FLORA SVECICA

ENUMERANS

PLANTAS SVECIÆ INDIGENAS

CUM SYNOPSI CLASSIUM ORDINUMQUE, CHARACTERIBUS GENERUM, DIFFERENTIIS SPECIERUM, SYNONYMIS CITATIONIBUSQUE SELECTIS, LOCIS REGIONIBUSQUE NATALIBUS, DESCRIPTIONIBUS HABITUALIBUS NOMINA INCOLARUM ET QUALITATES PLANTARUM ILLUSTRANTIBUS

POST LINNÆUM EDITA

A

GEORGIO WAHLENBERG

BOTANICES DEMONSTRATORE UPSALIENSI.

PARS POSTERIOR

UPSALIÆ,

SUIS IMPENSIS EXCUDEBANT PALMBLAD & C.

ARGENTORATI apud TREUTTEL & WÜRTZ.

CHRISTIANIÆ apud HARTMAN.

HAFNIÆ apud GYLDENDAL.

LIPSIÆ apud BROCKHAUS.

LONDINI ap. TREUTTEL & WÜRTZ, TREUTTEL filium & RICHTER.

PARISIIS ap. TREUTTEL & WÜRTZ.

TIGURI (Zürich) apud ORELL, FÜESSLI & C:O.

MDCCCXXVI.

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. DECANDRIA.

Stylus subulatus. Stigmata arillique seminum quinque. Calyx simplex 281. GERANIUM

2. ORD. POLYANDRIA.

Pistilla plurima. Calyx duplex: exterior triphyllus - - 282. MALVA
trifidus trilobusve 283. LAVATERA

ORD. 1. DECANDRIA.

281. GERANIUM.

Linn. gen. ed. Schr. 1118. Juss. gen. p. 298. Gærtn. fr. 1. p. 383. t. 79.

Calyx pentaphyllus simplex. Corolla pentapetala, æqualis: petalis glandula interstinctis. Filamenta decem: alternis brevioribus interdum (in spec. ultimis) sterilibus. Semina quinque tecta arillis circa receptaculum rostratum positis, introrsum apertis, globosis, caudâ se revolventibus, — vel in spec. ultima (*Erodio*) spiraliter se contorquentibus, non dehiscentibus, obconicis. — *Ord. nat. inter* 32. *Gruinales et* 33. *Columniferas medium. — Herbæ foliis inferioribus alternis sed plerisque ad ramificationes oppositis, floribus rubicundis vel cærulescentibus,* 1) *pedunculis unifloris n.* 765 2) *pedunculis bifloris* a) *foliis angulatis* *) *radice perenni* (*ut in præcedentibus*) *n.* 766-769. **) *radice annua* (*ut in sequentibus*) *n.* 770. 771. b) *foliis subrotundis* α) *calycibus dilatato-angulatis n.* 772. 777. β) *calycibus non angulatis n.* 773-776. 3) *pedunculis multifloris n.* 778.

765. GERANIUM *sangvineum:* pedunculis unifloris, caule hirto, foliis orbiculatis septempartitis trifidis, calycibus aristatis, petalis emarginatis. *Linn. svec. n.* 616. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 697. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 639. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1107. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. — 1811. *p.* 33.

Hab. in petris calcareis adjacentibusque pratis nec non locis littoralibus provinciarum meridionalium frequentissime usque ad Vestrogothiam; ceterum in saxis rupibusque aridis passim usque ad Vermlandiam et Medelpadiam.

Radix perennis, dura. Planta fere tota praecipue autumnum versus sangvinea, unde nomen. Foliorum laciniae sublineares. Pedunculi foliis pluries longiores, in medio bracteati: floribus pollice latioribus, sub solstitio et postea eximie purpureis.

766. GERANIUM *phæum:* pedunculis bifloris solitariis oppositifoliis, caule hirto erecto, calycibus apiculatis, petalis subreflexis undulatis basi pilosulis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 699. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 641. *Flor. Dan. t.* 987. *Retz. diss. obs. bot. p.* 22. *oec. p.* 286.

Hab in lucis amoenissimis Scaniæ prope Söderåsen ad Norra-Wram raro.

Radix perennis fere ut in sequente, cui proxime affinis. Caules plures circiter sesquipedales. Folia in caule fere sessilia; stipulis obtusiusculis. Pedunculi una cum caule stricti, vix uncia longiores. Petala calyce dimidium tantum longiora, ovalia, basi fulvescentia, ceterum saturate violaceo-fusca.

767. GERANIUM *palustre:* pedunculis bifloris solitariis longissimis cauleque geniculato declinato, foliis quinquefidis dentatis, calycibus cuspidatis, petalis integris. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 703. *Decand. prodr. nat.* 1. 642. *Flor. Dan. t.* 596. *Retz. diss. obs. bot. p.* 22. *oec. p.* 286. *Wahlb. goth. p.* 69.

Hab. in pratis subhumidis sylvaticis vel occultis Scaniæ occidentalis copiosius, ut ad Norra Wram cum præcedente, ad Fogelsång, Kropp etc.; sed rarius orientem versus ad Christianstad, ut etiam Gothoburgi ad Lunnagården prope montem in prato Brudängen paroeciæ Fässberg.

Radix perennis, subhorizontalis; radiculis fusiformibus! Caules saepe bipedales hirti; geniculis tumidulis. Folia etiam ad pedunculos petiolata; stipulis omnibus et bracteis longius acuminatis aristatisque. Pedunculi palmam longi et

ultra. Petala calyce duplo longiora, oblonga, sangvinea, sub foenisecio expansa. Arilli tenuiter hirtelli.

768. GERANIUM *pratense:* pedunculis bifloris cauleque superne subpaniculato, foliis subpeltatis quinquepartitis pinnatifido-laciniatis acutis rugosis, calycibus cuspidatis demum nutantibus, corollis rotatis rotundatis. *Linn. svec. n.* 618. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 705. *amoen. ac.* 8. *p.* 41. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 641. *Fl. Dan. t.* 124. (G. sylvaticum). (*Fries halland. p.* 113.) *Wahlb. gothob. p.* 69. *Carls. strengn. p.* 40. *Wahlenb. ups. n.* 442.

Hab. in pratis siccis apricis regionum magis campestrium Sveciæ temperatioris passim, ut Scaniæ frequentius, Bahusiæ vix nisi ad mare et Götha-elf, Ostrogothiæ raro ex. gr. ad Godegårdsbruk, Sudermanniæ prope Strengnäs et Åkerö, Upsaliæ satis copiose.

Radix perennis, torulosa. Herba breviter puberula. Folia fere ad basin partita. Pedunculi e dichotomia caulis longi, pedicellis brevioribus demum curvatis et fructubus crassioribus huic speciei prae ceteris conciliant nomen Svecicum *Tranehals* vel *Storknäf.* Flores post solstitium caerulei.

769. GERANIUM *sylvaticum:* pedunculis bifloris cauleque superne paniculato, foliis subpeltatis multifidis inciso-serratis, calycibus cuspidatis erectis, corollis campanulatis emarginatis. *Linn. svec. n.* 617. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 703. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 641. *Engl. Bot. t.* 121. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 337.

β fastigiatum: caule hispido, petalis subintegris sangvineis. *Fries nov. p.* 92.

Hab. in pratis sylvaticis totius Sveciæ vix alpibus quidem exceptis frequentissime; *β.* Scaniæ.

Radix perennis, minus crassa. Herba viridior, gracilior quam praecedentis; foliis minus divisis. Pedunculi communes breviores, sed pedicelli longiores semper erecti. Flores sub solstitio obvii Svecis septentrionalibus *Midsommarsblomster* s. *Persmåsseblommor*, minores, plerumque dilutius violacei.

770. GERANIUM *bohemicum:* pedunculis bifloris di-

vergentibus, foliis quinquefidis dentatis omnibus petiolatis, calycibus erectis: cuspide barbata petala emarginata subæquante *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 708. *mant. p.* 434. *Dillen. elth.* 159 *t.* 133. *f.* 160. *Decand. prodr. nat.* 1 *p.* 644. *Videgren östeg. p.* 28. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11. *Wahlenb. ups. n.* 444

Hab. locis deustis sylvarum majorum Sveciæ temperatioris interioris præcipue Smolandiæ, Ostrogothiæ ad Omberg, Vestmanniæ ad Salberg, Stockholmiæ, Upsaliæ; denique ad mare orientale prope exitum fluminis Ångermanån extra Nora (*Læstadius*): semper parce.

Radix omnino annua ut sequentium, fili tenuitatis. Caulis vero inferne et ad genicula intumescens, inter pilos longiores nudos glanduloso-pubescens. Folia fere dimidiata. Flores minores quam in praecedente post solstitium prodeuntes, lilacini obscurioris coloris; sed fructus eo majores, calycibus valde grandefactis. Forsan tantum status annuus praecedentis?

771. GERANIUM *robertianum:* pedunculis bifloris, foliis ternatis quinatisve pinnatifidis, petalis integris calyce decemangulato aristato duplolongioribus, arillis glabris reticulatis. *Linn. svec. n.* 619. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 714. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 464. *Flor. Dan. t.* 694. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219.

β. purpureum: petalis calyce parum longioribus. *Fries halland. p.* 113. *nov. p.* 11. *Willden. spec. pl. p.* 715.

Hab. in rupibus, petris, lapidosis umbrosis a Scania ad Vermlandiam, Dalecarliam mediam et Angermanniam prope Bjerträ frequens; *β* in maritimis Hallandiæ borealis ex. gr. inter Backa et Åsa.

Planta tota tactu valde foetet, eximie rubet, pilis tamen albis longis. Folia in lacinias linea vix latiores divisa. Petala angusta, rosea, aestivalia.

772. GERANIUM *lucidum:* pedunculis bifloris, foliis suborbiculatis quinquelobis crenatis, calycibus dilatato-angulatis transversim rugosis, arillis multicari-

natis. *Linn. svec. n.* 620. *spec. pl. ed Willd.* 3. *p.* 709. *it. oel. p.* 72. *gotl. p.* 228. *scan. p.* 129. *vestrog. p.* 213. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 664. *Sv. Bot. t.* 556. *Fl. Dan. t.* 218. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 60 *Ahlquist runst. p.* 24. *Leche scan. p.* 26. *n.* 38. *Wahlb. gothob. p.* 70. *Forsand. veg. scan. p.* 14.

Hab. ad petræ calcareæ abrupta latera prope oram orientalem Gotlandiæ et Oelandiæ frequenter, deinde ad eandem oram Scaniæ in Stenshufvud etc., in monte Trollarestugan paroeciæ Glimåkra; postea vero non antequam in Bahusia meridionali ejusque insula Fillskär; ceterum in interioribus regni vix nisi ad lacus summos, ut Venern ad Hunneberg in paroecia Flo, Vettern in Omberg ad s. d. Ommasborg copiose, Mälarn ad Stockholm etc.

Caulis plerumque ramosus vix pedem altus, ob succositatem fragilior quam sequentium. Folia vix unciam lata, quamquam pilis magis adspersa, tamen nitentia et saepe ut praecedentis sangvinea tuncque eo magis lucida (unde nomen speciei). Calyx circiter duas lineas latus. Petala vero dilute rosea inconspicua, vix semilinea latiora.

773. GERANIUM *rotundifolium:* pedunculis bifloris, caule prostrato pubescente, foliis reniformi-subrotundis subseptemfidis lobisque trifidis, petalis apice retusis longitudine calycis mutici, arillis pubescentibus seminibusque lævibus. *Linn. svec. n.* 621. *it. scan. p.* 202. *amoen. ac.* 8. *p.* 41. 101. *Wahlenb. ups. n.* 449. *Aspegren bleking. p.* 51.

G. pusillum *Smith brit.* 2. *p.* 736. *Engl. Bot.* 6. *t.* 385. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 713. *Fries halland. p.* 113. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 643.

β. grandiflorum: G. pyrenaicum Svec. (nec Wahlenb. veg. helv. n. 711.)

Hab. in cultis, ad vias, sepes, rudera a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam inferiorem, Dalecarliam usque ad Leksand et Gestriciam ubique; *β.* raro Stockholmiæ ad Mariæberg.

Caules plures, adscendentes. Folia pleraque omnino orbicularia. Pedicelli brevissime glanduloso-pubescentes. Flores minimi; petalis dilute violaceis; staminibus quinque sterili-

bus. Calyx etiam fructiferus tantum sesquilineam longus; rostrum fructus quinquelineare. — β Status subperennans, petalis majoribus, esse videtur. Semina ut in α oblonga.

774. GERANIUM *malvaceum:* pedunculis bifloris, caule adscendente puberulo, foliis reniformibus septemlobis crenatisque, petalis integris calyce aristato longioribus, arillis pilosiusculis, seminibus scrobiculatis. *Burman. geran. p.* 24. *Fries nov. p.* 117. G. rotundifolium *Smith brit.* 2. *p.* 736. *Engl. Bot. t.* 157.

Hab. tantum in aggeribus pagorum Scaniæ occidentalis mediæ prope Höje-å circa Lund, ut ad Râby, Källby et Kyrkeheddinge raro, nec omni anno appariturum.

Planta major quasi Malvam (rotundifoliam) referens, unde nomen. Caulis ramosus tenuiter puberulus. Folia tantum semiorbicularia, in caule majora quam praecedentis, saepius bis unciam lata, minus profunde divisa vel ad medium tantum. Fructificationis partes praecipue majores: calyx sesquitertiam lineam longus et petala sesquiquartam, pallide rubicunda. Fructus rostrum octo lineas longum. Semen quoque duplo majus quam in proximis, magis ovale.

775. GERANIUM *molle:* pedunculis bifloris oppositifoliis cauleque diffuso arachnoideo-pilosis, foliis subreniformibus multifidis, petalis bifidis calyce mutico duplolongioribus, arillis glabris rugosis, seminibus lævibus. *Linn. svec. n.* 624. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 710. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 643. *Flor. Dan. t.* 679. *Sv. Bot. t.* 639. *Leche scan. p.* 13. *n.* 53. *Aspegren blek. p.* 51. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 222. 244. *Ahlquist runst. p.* 24. *Fries halland. p.* 113. *Wahlb. gothob. p* 69.

Hab. in aggeribus, ruderatis aliisque locis apricis siccis provinciarum littoralium meridionalium, ut Scaniæ passim ex. gr. ad Ystad, Malmö, Yngsjö, Balsberg, Lund, Blekingiæ, Gotlandiæ in Carlsöarna etc., Oelandiæ passim, etiam in adjacenti Skäggenäs, Hallandiæ ad Halmstad, Bahusiæ in insula Domsö; raro Roslagiæ ad Vätö.

Caules fere filiformes, flexiles, longitudine plerumque spi-

thamaei, pubem arachnoideam ipsorum diametro multoties longiorem gerens ut et reliqua planta. Folia fere ut in G. rotundifolio, sed vix unciam lata. Petala in maritimis Scaniae rosea, alibi dilutius violacea, calyce multum longiora, sed reliquae partes fructificationis vix majores quam in G. rotundifolio. Arilli pulchre transversim rugosi.

776. GERANIUM *dissectum:* pedunculis bifloris, foliis subrotundis quinquepartitis: laciniis trifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis cuspidati pubescentis, fructibus villosulis. *Linn. svec. n.* 622. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 712. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 643. *Flor. Dan. t.* 936. *Retz. oec. p.* 285. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 60. *Fries halland. p.* 112. *Wahlb. gothob. p.* 69. *Videgren ósterg. p.* 28. *Carls. strengn. p.* 41.

Hab. in arvis ad sepes provinciarum meridionalium et littoralium passim, ut Scaniæ, Gotlandiæ, Hallandiæ meridionalis et prope Götheborg; Ostrogothiæ in Ö. Ryd, (Strengnesiæ forsan adventitium).

Caules protensi, saepe plus quam pedales, ut reliqua planta undique cinerascenti-puberuli. Foliorum laciniae linea vix latiores. Pedunculus communis uncia brevior et petioli dimidiam longitudinem tantum emetiens. Petala saturatius violacea, tres lineas longa.

777. GERANIUM *columbinum:* pedunculis bifloris longissimis, foliis quinquepartitis (: laciniis) multifidis linearibus acutis; infimis subrotundis; superioribus angulatis, petalis emarginatis longitudine calycis dilatato-angulati glabri, fructibus glabris. *Linn. svec. n.* 623. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 711. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 643. *Flor. Dan. t.* 1221. *Leche scan. p.* 13. *n.* 52. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806 *p.* 60.

Hab. ad arva prataque inter frutices minores per regiones maxime campestres australiores supra formationem transitionis Scaniæ, Gotlandiæ, Ostrogothiæ passim ex. gr. ad Alvastra alibique prope Omberg, ad Hagbytorp paroeciæ Hagbyhöga,

Vestrogothiæ in Kinnekulle ad Mörkeklef, Brattfors etc.

Planta tota glabrior quam praecedentis, etiam valde protensa praecipue florescentia sua. Folia fere eadem, sed in plures lacinias divisa Svecice prae ceteris *Dufvefot*. Pedunculus communis semper petiolo suo multum longior; pedicellis fere ejusdem longitudinis. Calyx demum plus quam quatuor lineas longus cum petalis dilutioribus.

778. GERANIUM *cicutarium:* pedunculis multifloris, foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis incisis subsessilibus, petalis calyce majoribus. *Linn. svec. n.* 625. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 629. (Erodium). *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 646. *Flor. Dan. t.* 986. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p* 26.

β. pimpinellifolium: contractius, foliolis sessilibus, petalis minoribus. *Fries halland. p.* 112.

Hab. in cultis, ad vias, a Scania ad Vermlandiam et Medelpadiam ex. gr. in Sundsvall frequenter; β in maritimis Oelandiæ, Scaniæ, Hallandiæ ad Varberg etc.

Planta magnitudine valde varians, semper patenter pilosa. Foliorum laciniae vix linea latiores. Flores purpurei, usque in autumnum provenientes. Arilli obconici asperuli. Rostra fructus parallela Scanis *Kammar* in similitudinem Pecten-veneris.

ORD. 2. POLYANDRIA.

282. MALVA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1134. Juss gen. p. 302. Gærtn. fr. 2. p. 254. t. 136.

Calyx interior triphyllus: foliolis sublinearibus, interdum minutis; interior quinquefidus. Petala quinque. Semina plura, tecta arillis in orbem circa receptaculum columnare positis, introrsum adnatis. — *Ord. nat.* 53. *Columniferæ.* — *Herbæ floribus sæpe axillaribus;* 1) *Malvæ p. s. d. arillis compaginatis, receptaculo longioribus, intra calycem patulum* (*Svecis Kattost*), *foliis indivisis n.* 779. 780. 2) *Alceæ: arillis liberis, receptaculo brevioribus, intra calycem clausum, foliis plerisque partitis n.* 781. 782.

779. MALVA *rotundifolia:* caule prostrato, foliis suborbiculatis indivisis crenatis glabris, pedunculis fructiferis declinatis calycibusque stellato-ciliatis, corollis fructu minoribus. *Linn. svec. n.* 626. *spec. pl ed. Willd.* 3. *p.* 786. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 432. *Wallroth in Syll. p.* 142. *Sv. Bot. t.* 142. *Samz. neric. p.* 42. *Wahlenb ups. n.* 449. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 26

M. rotundifolia β pusilla *Smith. fl. brit. p.* 741. *compend.* 1818. *p.* 105. *Hornem. plant* 3. *p.* 742.

β. grandior: foliis subquinquelobis, corollis calyce triplolongioribus, arillis lævioribus numerosioribus. *Flor. Dan. t.* 721.

M. rotundifolia α *Smith. l. c. Wahlb. gothob. p.* 71.
M. neglecta *Wallroth in Syllog. pl. ratisb. p.* 140.

* foliis incanis. M. rotundifolia β pelargonifolia *Aspegren bleking. p.* 51.

Hab. ad plateas, vias, in regionibus magis campestribus a Scania ad Vermlandiam inferiorem, Nericiam, Vestmanniam ex. gr. prope Broddbo et Gestriciam frequenter, dein raro Medelpadiæ ad Tuna; β in ruderatis urbium majorum ut Stockholmiæ et Gothoburgi, nec non deinde in maritimis provinciarum australiorum passim præcipue formationum juniorum usque ad Oelandiam et Gotlandiam.

Radix annua multicaulis; caulibus vagis gracilibus, demum ramosis, eximie angulatis. Folia quoque tenuia. Corolla prorsus alba. Arilli circiter decem eximie rugosi. — β ob solum marinum obesior, minus angulata et flexa, corolla duplo majore non parum rubicunda, fructu patentiore; arillis laevioribus (etiam ob pubescentiam obtegentem), numerosioribus, circiter tredecim. — Svecis *Liten Kattost.*

780. MALVA *sylvestris:* caule erecto, foliis suborbiculatis septemlobis; lobis supremorum acutis, pedunculis petiolisque pilosis. *Linn svec. n.* 627. *spec. pl. ed. Willd* 5. *p.* 787. *it. scan. p.* 115 198. 295. *gotl. p.* 250. 257. *vestrog. p.* 159. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 432. *Sv. Bot. t.* 602. *Flor. Dan. t.* 1223. *Leche scan. p.* 26. *n.* 39. *Aspegren blek. p.* 52. *Fries hall. p.* 115. *Wahlb. gothob. p.* 71.

Hab. in vallis, ad sepes, agros, ruderata regionum maritimarum australiorum, ut Scaniæ frequenter, Blekingiæ ad Carlskrona, Norje etc., Gotlandiæ maxime meridionalis copiose; sed Hallandiæ tantum in ruderibus ad Varberg et Bahusiæ solummodo ad Bohus fästning et Götheborg.

Radix biennis. Caulis medius erectus, saepe tripedalis; reliqui adscendentes. Folia inferiora suborbiculata leviter septemloba; superiora saepius quinqueloba, vix ad medium divisa. Pedunculi longitudine valde inaequales, plerumque unciales, successive aestate florentes. Petala calyce triplo longiora, purpurea, striis tribus saturatioribus, Svecis *Röd Kattost.* Arilli maxime rugosi, fere suberosi.

781. MALVA *Alcea:* foliis caulinis quinquepartitis laciniatisque scabriusculis, arillis glabris. *Linn. svec. n.* 628. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 790. *it. oel. p.* 158. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 432. *Sv. Bot. t.* 601. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 222. *Ahlquist runst. p.* 24. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300. *Leche scan. p.* 26. *n.* 40.

Hab. in clivosis lapidosis dumetorum vel etiam ad agros et sepes supra formationem transitionis provinciarum orientali-meridionalium, ut Gotlandiæ ad Quie in paroecia Heide et ad Hafdhem, Oelandiæ passim ad Runsten, Glöminge, Räplinge etc. Scaniæ interioris clivosæ ad Fogelsång copiose, Harlösa, Öfvedskloster etc.

Radix perennis. Planta pubescentia brevi adpressa non parum canescens. Foliorum saltem superiorum laciniae caule vix latiores. Petala calyce quadruplo longiora, dilutius rosea, striis saturatioribus, Svecis *Blek-kattost.*

782. MALVA *moschata:* foliis inferioribus reniformibus incisis; superioribus quinquepartitis pinnatifidisque, caule arillisque hirtis. *Linn. svec. n.* 629. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 790. (*it. vestrog. p.* 267. adventitia). *Decand prodr. nat.* 1. *p.* 432. *Flor. Dan. t.* 905. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 222. *Retz. oec. p.* 440. *Kalm bohusl. p.* 134. *Wahlb. gothob. p.* 71.

Hab. ad culta et ruderata prope oras maritimas Got-

landiæ, Gubernationis Calmariensis ad Loftahammar supra Vestervik, Scaniæ, Bahusiæ in insula Lögholmen paroeciæ Tanum raro.

Radix perennis. Planta plerumque minor praecedente, pilis patentibus adspersa et viridior, odorem moschi spargens, unde etiam Svecis *Desmerosor.* Corollae aliquantum minores quam in praecedente, saepius albissimae.

283. LAVATERA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1133. Juss. gen. p. 302. Gærtn. fr. 2. p. 256. t. 136.

Calyx exterior monophyllus trilobus latus; interior quinquefidus. Petala quinque. Semina plura tecta arillis in orbem circa receptaculum columnare positis, introrsum adnatis, sed a se invicem liberis (ut in sectione secunda præc. generis). — *Herbæ majores grandifloræ.* — *Ord. nat.* 53. *Columniferæ.*

783. LAVATERA *thuringiaca*: caule herbaceo subtomentoso, foliis inferioribus subrotundis; supremis trilobis: lobo intermedio longiore crenato. petalis calyce triplolongioribus *Linn. faun. svec. app. p.* 558. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 795 *Decand. prodr.* 1. *p.* 439. *Jacqu. austr. t.* 311. *Wahlenb. ups. p.* 235 *Fischerström mål. p.* 287.

Hab. in pratis ad pagos juxta lacum Mälaren ad Vårdsätra, Ekebyhof insulæ Ekerö, Kungsberg et Hesselbyholm ultra Strengnäs, etc. copiose.

Radix perennis, fere lignosa. Caulis circiter quadripedalis. Folia pleraque palmam lata, subtus tomento tenui cinerascentia. Flores magnitudine fere praecedentium, post messem explicati, dilute caerulescentes. Arilli laevissimi.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. HEXANDRIA.

Filamenta duo trifida. Corolla calcarata. Siliqua monosperma 284. FUMARIA
polysperma 285. CORYDALIS

2. ORD. OCTANDRIA.

Calyx pentaphyllus: foliolis duobus alæformibus - - 286. POLYGALA

3. ORD. DECANDRIA. PAPILIONACEÆ s. LEGUMINOSÆ.

A. Monadelphia spuria i. e. Filamenta omnia basi connexa.

Legumen elongatum polysp. Calyc. labium sup. emarginatum 287. SPARTIUM
bidentatum 288. GENISTA
abbreviatum seminibus paucis. Calyx constrictus - 289. ONONIS
ventricosus 290. ANTHYLLIS

B. Diadelphia optima: stamine decimo libero.

a. Stigma saepius pubescens. (Folia semper sine impari, saepius sc. 293-295. cirrhifera).

Stylus teretiusculus. (Folia sine cirrho subnervosa) - - 291. OROBUS
superne latior ibique introrsum villosus. (Foliola pauca subnervosa) 293. LATHYRUS
triangulus. (Stipulæ fere magnitudine foliolorum) - 292. PISUM
linearis utrinque villosus. (Foliola numerosa venosa) - 294. VICIA
filiformis superne undiq. villosulus. Legumen 2-4 sperm. 295. ERVUM

b. Stigma glabrum. (Folia cum impari).

† *Legumen divisum. (Folia pinnata)*

Legumen articulatum - - - - - - - - - - - - - 296. CORONILLA
Leg. longitudinaliter divisum sutura superiore depressa - 297. PHACA
semibiloculare ob suturam inf. elevatam 298. ASTRAGALUS

†† *Legumen continuum. (Folia ternata)*

Legumen submonosp. non dehiscens tectum corolla calyceve 299. TRIFOLIUM
dehiscens nudum - - - - - 300. MELILOTUS
polyspermum rectum. Carinæ rostrum stamina includens 301. LOTUS
curvatum initio carinam findens vexillumque reflectens 302. MEDICAGO

ORD. 1. HEXANDRIA.

284. FUMARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1154. partim. *Decand. syst. 2. p. 130.*
Gærtn. fr. 2. p. 162. t. 115.

Calyx minimus diphyllus. Petala quatuor in formam crucis superne conniventia, inæqualia: supremo basi calcarato; infimo demum a reliquis discedente subfiliformi. Stylus filiformis deciduus. Silicula nucularis evalvis monosperma subglobosa. — *Plantae annuae tenerae; foliolis angustis.* — *Ord. nat.* 24. *Rhoeadeæ.*

784. FUMARIA *officinalis:* siliculis reniformibus apice retusis, racemis subsessilibus multifloris folio longioribus, foliis supradecompositis rectis: foliolis obtusatis; lobis linearibus caule angustioribus. *Linn. svec. n.* 630. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 868. *Decand. syst.* 2. *p.* 134. *Sv. Bot. t.* 42. *Flor. Dan.* 6. *t.* 940. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 106.

Hab. in agris et cultis Sveciæ omnis usque ad Vermlandiam et Dalecarliam superiorem nec non Vestrobottniam meridionalem ex. gr. ad Säfvar ubique; etiam ad Åsele Lapponiæ meridionalis.

Herba laxa, saepe glaucescens, amaricans, Svecis *Jordrök, Åkerrök, Gallgräs*, Blekingis minus apte *Åkersilke*. Racemi interdum vigintiflori et longitudine digiti minoris; corollis totis tres lineas longis, purpurascentibus, apice atropurpureis. Siliculae ultra lineam latae.

785. FUMARIA *parviflora:* siliculis orbiculatis apiculatis, racemis paucifloris folio brevioribus, foliis supradecompositis: petiolis cirrhoso-convolutis; foliolis acutis; lobis linearibus. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 868. *Decand. syst. nat.* 2. *p.* 136. *prodr.* 1. *p.* 130. *Sv. Bot. t.* 574. *Wahlenb. ups. n.* 453.

Hab. in agris margaceis campestribus circa Upsala frequenter.

Planta tota tenerior et pallidior quam praecedens, sed interdum longior et foliis contortis magis scandens. Racemus vix plus quam decemflorus; floribus angustioribus, dilutioribus, apice tantum purpureis. Siliculae quoque linea angustiores.

285. CORYDALIS.

Decand. syst. 2. *p.* 113. Capnoides *Gærtn. fr.* 2. *p.* 163. *t.* 115. Fumariæ spec. *Linn.*

Calyx nullus. Petala quatuor in formam crucis superne conniventia, inæqualia: supremo basi calcarato; infimo latiore basi gibbo. Stylus acuminatus persistens. Siliqua bivalvis polysperma lanceolata. Semina aterrima nitidissima. — *Herbae radicibus perennibus tuberosis; foliolis latioribus.* — *Ord. nat.* 24. *Rhoeadeae.*

786. CORYDALIS *cava:* radice cava, caule exsquamato simplici diphyllo, foliis biternatis: foliolo intermedio producto inciso-multifido acuto, bracteis oblongis acutis. *Wahlenb. carp. n.* 696. *Fries halland. p.* 114. *nov. p.* 11. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 287. 305.
C. tuberosa *Decand. syst.* 2. *p.* 117.
Fumaria bulbosa γ *Linn. svec. n.* 631. *Flor. Dan. t.* 605. *Leche scan. p* 13. *n.* 54.
Hab. inter frutices pratorum declivium Scaniæ ad Fogelsång, Roslätt, Blentarp in Lillevång, ad Hallandsås etc. passim, et Oelandiæ mediæ ad Tveta et Kålorp paroeciæ Thorslunda, ad Spjuterum in Runsten rarius.

Radicis tuber pollicem crassum, intus praecipue cavitatem versus flavescentis coloris et amari saporis, unde Aristolochia fabacea Off. Herba quoque major sequentibus, saepe pedalis et ultra. Folia in medio producta ad pinnatam formam non parum accedunt, cæterum quoque majora quam in sequente. Flores etiam majores, fere unciam longi, calcari praecipue longiore et magis curvo insignes, primo vere florentes colore saepius albo.

787. CORYDALIS *bulbosa:* radice tuberosa solida, caule ramulum ad squamam supraradicalem emittente, foliis biternatis: foliolis æqualibus integris obtusis, corollæ calcari recto, bracteis cuneiformibus. *Decand. fl. franc. n.* 4099. *Wahlenb. ups. n.* 451.
α. major: bracteis palmatis. *Nov Act. Ups. VIII. p.* 222. Fumaria bulbosa α *Linn. svec. n.* 631. *Sv. Bot. t.* 531. *Flor. Dan. t.* 1224.
C. bulbosa *Decand. syst.* 2. *p.* 119. *prodr.* 1. *p.* 127.
Fumaria Halleri *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 863.
* intermedia: bracteis crenatis. *Aspegr. blek. p* 52.
β minor: bracteis indivisis. Fumaria bulbosa β *Linn. l. c. Sv. Bot. t.* 15. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1394. *Wahlenb. lapp. n.* 339. (Coryd.) *Fries halland. p.* 114.
C. fabacea *Decand. syst.* 2. *p.* 118. *Wahlb. goth. p.* 71.
Hab. in nemoribus declivibus: α ad plagam maxime orientalem regni a Gotlandia ad Uplandiam præcipue maritimam frequenter; * ad Carlskrona; β per

maximam partem Sveciæ reliquæ magis occidentalis a Blekingia et Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam interiorem frequens; sed dein vix nisi prope mare septentrionale Nordlandiæ passim.

Radicis tuber magnitudine circiter nucis Avellanae, in centro omnino solidum et album, potius dulcescens quam amaricans, (nec Arist. fabaceam Off. suppetiens, unde nomen var. minoris male desumtum). Herba quo minor eo etiam magis glaucescens vel potius caesia (sub glaucescentia obscure viridis). Folia radiis aequalis longitudinis strictius ternata quam in praecedente. Bracteae ob eandem analogiam sursum latiores, quo majores eo magis fissae in maritimis etc., quo minores eo magis integerrimae in montanis etiam summis. Flores iidem fere semper rubicunde-violacei, vix semiuncia longiores, primo vere prodeuntes. — Nericiis *Nunneört.*

ORD. 2. OCTANDRIA.

286. POLYGALA.

Linn. gen. ed Schr. n. 1155. Decand. fl fr. 3. p. 455. Gærtn. fr. 1. p. 294. t. 62

Calyx pentaphyllus, persistens: foliolis duobus interioribus majoribus primum coloratis, demum virescentibus grandefactis capsulam alarum instar amplectentibus. Corolla tubo supra fisso inferne staminifero: limbo trifido; labio infimo antheras includente, superne cristato (vel in spec. extr. imberbi). Capsula obcordata, bilocularis: loculamentis monospermis. — *Herbae radice perenni, foliis indivisis subintegerrimis alternis, flore* (*Svecis* *Korsblomma*) *et capsula Ord. nat.* 22. *Personatis similes, sed seminibus potius Tricoccarum.*

788. POLYGALA *vulgaris:* floribus cristatis racemosis, alis calycinis corollam subexcedentibus demum capsula sessili obovata longioribus, foliis inferioribus lanceolatis acutis. *Linn. svec. n.* 632. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 875. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 324. *Flor. Dan. t.* 516.

Hab. in pascuis et pratis siccioribus fere totius Sveciæ scil. a Scania ad Vermlandiam superiorem et Norrlandiam frequenter.

Radix multicaulis; caulibus inferne simplicissimis. Herba facie omnino Lini, unde Svecis *J. Mariae Lin* s. *Hôr*, plerumque spithamaea. Flores praecipue initio aestatis explicati, caerulescentes vel rubicundi. Alae fructus majores quam in sequentibus, saepe tres lineas longae.

789. POLYGALA *comosa:* floribus cristatis dense racemosis, alis calycinis corollam subæquantibus demum capsula sessili suborbiculata brevioribus, foliis lineari-lanceolatis, radice cæspitosa. *Schkuhr.* — *Reichenb.* — *Fries nov. part. VIII. ined.*
P. major *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 168. *oec. p.* 529.
Hab. in locis maxime apricis calidis Scaniæ ad Råby paroeciæ Ifvetofta (*Fries*), ad Ekeröd (supra Höör? vel in Färshärad?) (*Retzius*).

Radice et herba praecedenti similior, sed fructu sequenti proxima. Utràque multo major utpote saepe pedalis, immo etiam magis multiflora et angustifolia, ut non possit non distincta tractari inter species tam multas affines. Radix interdum pennam gallinaceam crassa; caulibus saepe decem in caespitem insignem collectis. Folia inferiora vix ulla vel minuta, quo vero superiora eo longiora et numerosiora, cum ramulo uno alterove folioso sub racemo unde nomen. Racemus saepe ultra 40 floribus et capsulis onustus. Alae fructus vix duabus lineis longiores. Flores plerumque violacei.

790. POLYGALA *amara:* floribus cristatis racemosis, alis calycinis corollam subæquantibus demum capsula sessili suborbiculata brevioribus, foliis infimis obovatis obtusis, radice subrepente. *Linn. spec. ed.* 2. *p.* 987. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 325. *Retz. oec p.* 528. *Sv. Bot. t.* 484. *Flor. Dan. t.* 1169. *Ahlquist runst p* 24. *Carls. strengn. p.* 41?
P. austriaca *Crantz austr. p.* 439. *t.* 2. *f.* 4.
β. alpestris: major, floribus majoribus coloratioribus.
P. amara *Jacqu. austr. t.* 412. *Videgren österg. p.* 30. *Web. et Mohr reis. p.* 95. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 92. 99. — 1818. *p.* 136.
Hab. in littoribus maris et adjacentibus petris ad insulas orasque orientales regni ab Oelandia et Gotlandia ad Gestriciam frequenter; *β* in formationibus

transitionis altioribus ut Vestrogothiæ in strato calcareo montis Mösseberg etc., Ostrogothiæ in Omberg frequentissime et exinde per paludes ad Vadstena, Järsta, Linköping etc. Dalecarliæ ad Boda et Osmundsberg copiose, Jemtlandiæ ad Storsjön et inde usque ad alpes frequenter.

Radix multo tenuior quam in praecedentibus vix filo crassior, subrepens vel potius iterum iterumque in caules vagos sursum divisa. Folia ad has divisiones obovata, saepe lineas quatuor lata. Caules supra divisiones dictas radicales superne semper simplicissimi (nec ramulis ullis sub racemo ut in praecedentibus), vix plus quam digitum longi. Racemus circiter vigintiflorus; floribus praecipue in β saturate caeruleis, sed alae fructus mature virescunt et lineas duas vix longae evadunt.

ORD. 3. DECANDRIA.

287. SPARTIUM.

Linn gen. ed. Schr. n. 1166, Gærtn. fr. 2. p. 338. t 153. Genistæ sp. *Juss.*

Calyx divergenter bilabiatus: labio superiore apice emarginato. inferiore brevissime tridentato. Petala laxa: vexillum stylo deorsum reflexum; alæ carinaque deorsum filamentis adnatæ, genitalia emittentes. Legumen polyspermum. Semina hilo carunculato. — *Frutex floribus magnis.*

791. SPARTIUM *scoparium:* foliis ternatis oblongis, floribus axillaribus solitariis, legumine marginibus pilosis, ramis angulatis. *Linn. svec. n.* 633. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 933. *it. scan. p.* 272. 352. *Sv. Bot. t.* 421. *Flor. Dan. t.* 313. *Leche scan. p.* 14. *n* 59. *Vet. Ac. Handl.* 1744 *p.* 277. *Retz. oec. p.* 695. *Montin Vet. Ac. Handl* 1766. *p.* 241. *Osbeck ibid.* 1765. *p.* 252. *Wahlb. gothob. p.* 72. *Fries phys. sällsk. årsb.* 1825. *p* 87.

Hab. in arenosis glareosisve editioribus inter frutices vel ad sepes prope aquas majores regionum sublittoralium Scaniæ passim, ex. gr ad Gualöf, prope Ifvetofta aliisque locis (jurisdictionis Willandshärad)

extra Christianstad, ad Söfdesjön, ad Höja et Skillinge prope Rönneå versus Engelholm alibique; Hallandiæ maxime septentrionalis ad Gåsevadsholm, et Bahusiæ meridionalis ad Krogslätt et Gunnebo, inter Götheborg et Elfsborg passim; (dein Vestrogothiæ in insula Veneri et Smolandiæ potius sporadicum).

Frutex circiter bipedalis, virgatus, Svecis *Hare-ris*, aliis *Knagel*; ramis junioribus eximie quadrangulis. Folia caulina infra et juxta pedunculos ternata: foliolis ungve non longioribus; sed ramorum summorum omnino simplicia et sessilia. Pedunculi foliis demum aliquantum longiores. Flores ex maximis nostrarum fere longitudine unciae, lutei, spectabiles, solstitiales. Legumen sesquiunciam longum, digitum minorem latum.

288. GENISTA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1167. Gærtn. fr. 2 p. 329. t. 151.

Calyx superne grosse bidentatus, inferne in labium apice tridentatum productus. Petala laxa a se invicem divergentia, emissis genitalibus interjectis. Legumen polyspermum. Semina hilo carunculato. — *Fruticuli floribus leguminibusque minoribus, foliis simplicibus.*

792. GENISTA *tinctoria:* foliis lanceolatis demum glabriusculis, ramis suberectis teretiusculis, leguminibus axillaribus glaberrimis. *Linn. svec. n.* 634. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 939. *Sv. Bot. t.* 451. *Fl. Dan. t.* 526. *Leche scan. p.* 15. *n.* 60. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 277. *Retz. oec. p.* 282. *Fries halland. p.* 115. *Montin Vet. Ac. H.* 1766. *p.* 242.

Hab. locis clivosis siccioribus (Scaniæ jurisdictionis Albo: *Leche*), Hallandiæ meridionalis ad Halmstad præcipue prope Hyltehög et Räfhög, ad Slottsmöllan sive Marieberg; ceterum non nisi ad oram orientalem lacûs Venern Vestrogothiæ inter Börstorp et Slättervalla, ad Roxtorp aliisque locis paroeciæ Lyrestad, nec non in monticulo paroeciæ Malma versus Hunneberg.

Fruticulus apud nos ramulis tantum annotinis spithamaeis inter Ericam et Juniperum eminens. Folia fere unciam

longa, saepe tenuissime hirtella. Flores semiunciam longi, sed angusti, flavi. Legumina foliis parum longiora et latiora.

793. GENISTA *pilosa:* foliis subcuneiformibus, caule procumbente, floribus axillaribus brevissime pedicellatis leguminibusque pilosis. *Linn. svec. n.* 635. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 941. *Jacqu. austr. t.* 208. *Flor. Dan. t.* 1225. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 242. *Fries halland. p.* 115. *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 247.

Hab in collibus ericetorum arenosis Hallandiæ meridionalis præcipue inter flumina Nissa et Laga frequentissime, adscendens versus Smolandiam ad Draered et supra Nissam septentrionem versus rarius; infra Lagam versus Hasslöfså copiosius, ut etiam Scaniæ occidentali - septentrionalis interioris a Ljungby et Örkelljunga usque ad Hörja et Finja copiose.

Fruticulus saepe pedem unum alterumve longus et digitum minorem crassus, valde torulosus, ramosissimus. Folia minuta vix tribus lineis longiora, subconduplicata. Flores foliis sesquilongiores, flavi, ad solstitum explicati et demum autumno. Legumina foliis triplo longiora.

794. GENISTA *germanica:* foliis lanceolatis hirsutis, ramis floriferis erectis inermibus: caulinis spinis compositis axillaribus, floribus ramosis nudis terminalibus; carina pubescente, leguminibus rhomboidalibus hirsutis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 944. *Sv. Bot. t.* 547. *Montin götheb. handl.* 4. *p.* 22. *Fries halland. p.* 115.

Hab. in ericetis clivosis arenosis ad flumen Nissa inter ejus trajectum versus Enslöf (Enslöfs färgställe) et pagum Fostad paroeciæ Vapnö Hallandiæ meridionalis copiose.

Fruticulus pedalis, scoparius, ex axillis demum post annum spinosus. Folia et flores fere ut in *G. tinctoria*, sed legumina foliis duplo breviora et latiora.

289. ONONIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1173. *Juss. gen. p.* 391. *Gærtn fr.* 2. *p.* 343. *t.* 154.

Calyx quinquepartitus: laciniis linearibus assurgentibus.

Vexillum petalis ceteris duplo majus, striatum. Legumen turgidum, rhombeum, inter lacinias calycinas ipsum æquantes: seminibus circiter quatuor in medio latere. — *Suffrutices vel herbae radice perenni, foliis ternatis, stipulis magnis petiolo adnatis.*

795. ONONIS *spinosa:* floribus solitariis racemosis bracteas excedentibus, foliis inferioribus ternatis stipula majoribus, caule frutescente: ramulis spinescentibus. *Linn. svec. n.* 637. *β. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 989. *it. gotl. p.* 292. *scan. p.* 152. 178. *Sv. Bot. t* 243. *Flor. Dan. t.* 783. *Leche scan. p.* 14. *n.* 56. *Retz. oec. p.* 471. *Ahlquist runst. p.* 24. *Fries halland. p.* 116 *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. *Aspegren bleking. p.* 52.

Hab. in agris et arvis provinciarum littoralium australiorum, ut Gotlandiæ, Oelandiæ et Scaniæ finitimæque Blekingiæ frequentissime, ad vias Hallandiæ parcius, Roslagiæ raro usque ad flumen Dalecarlicum.

Suffrutex depressus ramulis spinescentibus undique armatus, aratro molestus, unde Scanis *Puktôrne*, Blekingis *Ljungpinnar*, aliis *Lievarg, Vargbasse.* Rami ex topho radicali spinoso demum prodeunt angusti et virgati, non nisi foliolis sparsis et floribus minoribus solitariis rubicundis praediti, fere glabri. Legumina quoque minora quam in sequente.

796. ONONIS *arvensis:* floribus geminatis axillaribus, foliis ternatis: foliolis oblongis serrulatis postice integerrimis, caule herbaceo subsimplici inermi villoso. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 622. *it. vestrog. p.* 25. 39. 84. 135. 162. *Flor. Dan. t.* 1584. *Retz. obs. bot.* 2. *p.* 21. *Kalm bohusl. p.* 68. 75 82. 124. *Wahlenb. ups. n.* 456. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 217.

Hab. ad agros et arva in provinciis australioribus, sed magis septentrionem versus non nisi in pratis subhumidis juxta lacus majores usque ad Bahusiam, Vestrogothiam præcipue ad montes transitionis, Kinnekulle etc. et Uplandiam circa lacum Mälaren ex. gr. ad Skokloster copiose.

Radix omnino crassa et valida, forsan etiam qualitatibus

valentior, unde Svecice *Stallört*, *Horsagräs*. Herba ipsa longe magis foliosa et grandiflora quam praecedens; floribus pulchre ex roseo et albo varicgatis, Svecis *Räfblommor*. Sic forma nostra pratensis longe a praecedentis spinosissimo statu distat, sed numne formis intermediis connectuntur vel cui hae formae propiores dubium videtur.

290. ANTHYLLIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1174. Juss. gen. p. 391.

Calyx ventricosus, quinquedentatus. Vexillum petalis ceteris duplo majus, non striatum. Legumen intra calycis ventrem inclusum eoque duplo minus et cum eodem decidens, monospermum (vel in exteris biarticulatum). — *Herbae foliis utplurimum pinnatis cum impari, (sine stipulis,) floribus capitatis.*

797. ANTHYLLIS *Vulneraria*: foliis pinnatis: foliolo terminali infimorum majore, capitulo duplicato, calycis dentibus obtusiusculis. *Linn. svec. n.* 658. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1013. *it. vestrog. p.* 23. 39 74. 90. *Sv. Bot.* 595. *Flor. Dan.* 6. *t.* 988. *Wahlenb. lapp. n.* 340. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. — 1818. *p.* 123. *Samz. neric. p.* 55. *Kalm bohusl. p.* 124. 129.

β. coccinea: foliolis magis æqualibus. *Linn. it. oel. p.* 54 71. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 222. *et* 245.

Hab. in pratis apricis siccis regionum campestrium a Scania ad Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam frequenter; dein vix nisi in petris calcareis aliisque locis calidis Dalecarliæ ad Gerseby, Jemtlandiæ copiose et Lapponiæ infimæ raro. β in calcareis nudis alpestribus Oelandiæ et Gotlandiæ passim.

Radix eximie perennis. Caules plures, fere decumbentes, plerumque simplices, vix pedales. Folia praecipue subtus pilis adpressis primum sericea: foliolo terminali in inferioribus multo majore. Capitula terminalia multiflora fere pollicem lata; bracteis palmatis; Svecis *Räfklor*, *Örnblomster*. vel post calyces maturos vesiculaeformes villosos *Harvåpling*. Corolla flava a solstitio ad messem obvia. — β Quo humilior eo magis singularis foliolis omnibus fere aequalibus; floribus rubicundis.

291. OROBUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1185. Juss. gen. p. 397.

Calyx basi gibbosus, tubulosus, quinquedentatus: dentibus duobus superioribus brevioribus. Stylus linearis, teretiusculus, introrsum villosulus. Legumen teretiusculum, polyspermum. — *Herbæ radice perenni subrepente, foliis pinnatis; petiolo abrupto (sine foliolo et cirrho).*

798. OROBUS *vernus:* caule simplici triquetro, foliis trijugis: foliolis ovatis acuminatis mucronatis, stipulis semisagittatis integerrimis. *Linn. svec. n.* 641. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1073. *Flor. Dan. t.* 1226. *Sv. Bot. t.* 640. *Samz. neric. p.* 55. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 81. *Hagström jemtl. p.* 149.

Hab. in lucis ad radices rupium a Scania per plures provincias frequenter usque ad Vermlandiam, Dalecarliam prope Boda et Osmundsberg et Angermanniam, ubi denique ad Bjertrå rarescit; desistit quoque versus mare imprimis occidentale, nisi in montibus transitionis Vestrogothiæ eorumque strato lapidis suilli.

Herba primo vere proveniens, tota laete virens, nitidissima, circiter sesquipedalis. Foliola etiam majora quam in sequentibus, plerumque bis unciam longa. Flores mense frondescentiae splendide purpurei, demum magis caerulescentes.

799. OROBUS *niger:* caule ramoso ancipiti (sine alis), foliis sejugis: foliolis ovato-oblongis. *Linn. svec. n.* 643. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1076. *it. vestrog. p.* 313. *Fl. Dan. t.* 1170. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 123. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 223.

Hab. in lucis rupestribus præcipue regionum interiorum et orientalium a Scania ad Vestrogothiam et Uplandiam passim; rarescit in orientali Gotlandia; desideratur omnino in maxime occidentalibus.

Radix dulcescens fere ut Liquiritia herbam promit exsiccatione nigrescentem (unde nomen), sed vivam glaucescen-

tem, affinium altissimam (tripedalem) et ramosissimam Svecis *Vippårter*. Racemi paullo ante solstitium florentes; petalis subcarneis.

800. OROBUS *tuberosus:* caule subsimplici alato, foliis subquadrijugis: foliolis lanceolatis, stipulis semisagittatis medio denticulatis. *Linn. svec. n.* 642. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1074. *Flor. Dan. t.* 781. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 35.

β. tenuifolius: foliolis sublinearibus. *Willd. l. c. Fries halland. p.* 116.

Hab. in pratis et pascuis etiam sylvaticis per maximam partem Sveciæ frequenter, usque ad Angermanniam meridionalem prope Bjertrå lectus; β. in pinetis sabulosis Smolandiæ.

Radix hinc inde in tubera oblonga intumescens. Herba glauca sine nitore, laxa, plerumque pedalis. Flores toto vere obvii, primum rubicundi, dein sordide caerulescentes, Svecis *Gubbtånder*, rarius *Gökmat*.

292. PISUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1184. *Juss. gen. p.* 397. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 331. *t.* 152.

Calyx quinquefidus: laciniis superioribus duabus brevioribus. Vexillum amplissimum obcordatum. Stylus triangulus, supra carinatus ibique pubescens. Legumen polyspermum. Semina globosa; hilo lineari. — *Stipulæ fere magnitudine foliolorum numerosorum.*

801. PISUM *maritimum:* petiolis cauleque triangularibus, stipulis sagittatis, pedunculis multifloris. *Linn. svec. n.* 640. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1071. *it. vestrog. p.* 190. *Flor. Dan. t.* 338. *Wahlenb. lapp. n.* 346. *Kalm bohusl. p.* 133. 144. 162. *Vet. Ac. Handl.* 1743. *p.* 110. *Wahlb. gothob. p.* 72. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 242. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 23.

β. minus, pubescens.

Hab. in insulis et littoribus exterioribus arenosis marium frigidiorum, ut ad mare septentrionale Finmarkiæ et Nordlandiæ Norvegicæ passim, ad occidentale Bahusiæ interdum copiose et Hallandiæ ma-

xime septentrionalis, ad sinum Bottenviken proprie dictum maris orientalis omnium frequentissime, meridionalius vero raro ad Landsort Sudermanniæ, et Scaniæ ad Ystad extra Nybrohusen copiose lectum.

Radix perennis, repens. Caulis eximie geniculatus, pedem longus vel paullo ultra. Folia palma longiora, circiter quinquejuga; foliolis ovalibus, crassiusculis, subglaucescentibus. Pedunculi longitudine foliorum. Flores aestivales, spectabiles; vexillo latitudine foliolorum vel semiunciam lato, violaceo; alis carinaque dilutius caerulescentibus. Legumina juniora quoque subviolacea. Semina bis lineam lata. — In maxime septentrionalibus et sterilissimis folia valde angusta pubescentia totaque planta gracilis.

293. LATHYRUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1185. *Juss. gen. p.* 396. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 330. *t.* 152.

Calyx quinquedentatus; dentibus duobus superioribus brevioribus. Stylus superne latior ibique introrsum villosus. Legumen elongatum, polyspermum. — *Herbae Svecis Vial s. Vedel, radice perenni subrepente, petiolo cirrhifero diphyllo tetraphyllove, foliolis subnervosis, pedunculis multifloris.*

802. LATHYRUS *pratensis:* petiolis diphyllis: foliolis lanceolatis acutis, stipulis lanceolatis sagittatis. *Linn. svec. n.* 647. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1089 *Sv. Bot. t.* 49. *Flor. Dan. t.* 527. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 342.

Hab. in pratis et sepibus per longe maximam partem Sveciæ usque ad Arnäs Angermanniæ et Jemtlandiam frequenter; Nordlandiæ meridionalis rarius.

Herba laete virens, tenuior sequentibus, Nericiis *Gråflingshö.* Foliola subtrinervia, stipulis parum latiora. Flores circa foenisecium flavi, avenes.

803. LATHYRUS *sylvestris:* petiolis omnibus diphyllis caule tetragono alato angustioribus: foliolis subensiformibus, stipulis caule angustioribus sagittatis. *Linn. svec. n.* 644. *spec. pl. ed Willden.* 3. *p.* 1089. *it. scan. p.* 251. (L. latifolius). *oel. p.* 131. *Flor. Dan. t.* 325. *Samz. neric. p.* 55. *Rosén obs. bot. p.* 35. *n.* 24. *Carls. strengn. p.* 42.

β. platyphyllos: foliolis oblongis. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 170. *Fl Dan. t.* 785. *Fries hall. p.* 117. L. latifolius *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 1159. *ed.* 2. *n.* 645. secundum locum. *Sv. Bot. t.* 254. cult.?

Hab. in pratis et pascuis sylvestribus rupestribusque duris regionum magis montosarum et frigidiorum a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam (ex. gr. ad Hunneberg), Nericiam et Uplandiam (ex. gr. ad Andersby prope Dannemorasjön), Oelandiam et Gotlandiam passim, raro ad flumen Angermannicum in Döraberget par. Y. Länäs; β. in insulis Bahusiæ ex. gr. Musö paroeciæ Tanum, Vinga extra Götheborg, Hallandiæ ad Karup, Scaniæ ad Skabersjö.

Caulis plantae primariae cum alis vix tres lineas latus. Foliola protensa, cirrhis longiora. Flores minores quam sequentis minusque pulchre colorati. Legumina tantum uncias duas longa. — β Foliola non tantum latiora verum etiam interdum numerosiora, ut difficillime a sequente distingvatur.

804. LATHYRUS *heterophyllus:* petiolis superioribus tetraphyllis; inferioribus latitudine caulis membranacei: foliolis lanceolato-ellipticis, stipulis sagittatis caule latioribus longitudine petiolorum inferiorum. *Linn. svec. n.* 6 6 *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1090. *it. vestrog. p.* 75. *Bjerkand. Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 81. *Kalm bohusl. p.* 35.

Hab. in pratis campestribus supra petram calcaream vel lapidem suillum formationis transitionis provinciarum interiorum ut: Vestrogothiæ ad Ålleberg, Mösseberg, Billingen, Kinnekulle etc. frequentissime; nec non Nericiæ in Hökerkulla äng paroeciæ Tysslinge.

Planta tota magis explanata, membranacea et lata praecipue quod ad caulem et stipulas quam praecedentis speciei. Caulis eximie compressus, valde flexilis et decumbens una cum alis suis saepe quinque lineas latus. Stipulae foliolis parum angustioribus, semiunciam latae. Foliola latitudine magis variabilia, subreflexa cirrho breviora. Pedunculi interdum fere pedem longi; floribus numerosis; vexillo purpurascente duas tertias unciae lato; carina dilutiore. Legumina quoque majora, plus quam tres uncias longa.

805. LATHYRUS *palustris:* petiolis subhexaphyllis: foliolis lanceolatis acutis, stipulis sagittatis lanceolatis, caule alato. *Linn. svec. n.* 648. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1090. *Flor. Dan. t.* 399. *Retz. diss. obs. bot.* 1. *p.* 23. *Samz. neric. p.* 55. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 208.

Hab. in pratis humidis provinciarum magis orientalium et campestrium a Vestrogothia (Kinnekulle) ad Scaniam, Gotlandiam, Oelandiam, Upsaliam immo etiam Vestrobottniam maritimam ex. gr. Skellefteå passim, (ad Kiexisvaara Tornensium: *Zetterstedt*).

Herba tota obscure viridis. Stipulae caule undique angustiores. Folia non nisi in medio caule trijuga: foliolis sublinearibus. Flores ad foenisecium, petalis exterioribus obscure violaceis, avenibus.

294. VICIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1187. *Juss. gen. p.* 397. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 325. *t.* 151.

Calyx quinquedentatus; dentibus inferioribus elongatis. Stylus linearis superne introrsum extrorsumque villosus (except. n. 809.). Legumen elongatum, polyspermum (sed in eodem n. 809. subdispermum). — *Herbæ petiolo cirrhifero plerumque polyphyllo: foliolis venosis; pedunculis* 1) *multifloris* a) *corolla lutescente n.* 806. 807. b) *cærulescente in ceteris;* 2) *paucifloris uniflorisve n.* 812-814.

806. VICIA *pisiformis:* pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis: foliolis deltoideo-ovatis; infimis in caule sessilibus stipulas hastatas dentatas tegentibus. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1093. *Jacqu. austr. t.* 364. *Sv. Bot. t.* 608. *Retz scand. ed.* 2. *p.* 171. *Videgren österg. p.* 17. 30. 548.

Hab. in Ostrogothia orientali-meridionali raro, ut in paroecia Tjärsta ad lacum Jernlunden paullo supra exitum fluvii Hallsta-å in latere montis Lilla-Borgberget s. Friberget prati Klefängen inter lapides parcius, in monticulo inter Borkhultsbruk et Yxnerum (*Rosén*), ad Åtvedabergsbruk; nec non Vestrogothiæ in latere meridionali montis Hunneberg supra diversorium Bursle parce (*L. B. Wrangel*).

Radix perennis, repens. Herba longe maxima hujus generis re vera pisiformis, fere erecta et per se stabilis, circiter orgyalis. Caules subtetragoni. Stipulae utrinque acuminatae, extus passim dentatae. Folia circiter quinquejuga; foliolis infimis unciam latis, reliquis decrescentibus, apice subemarginatis. Pedunculi demum longitudine petiolorum. Flores numerosissimi, foliolis mediis duplobreviores, initio subvirentes, dein pallidi, demum marcescendo lutescentes, sine striis ullis.

807. VICIA *dumetorum:* pedunculis paucifloris, petiolis polyphyllis: foliolis subovatis mucronatis; infimis cauli approximatis, stipulis angulato-dentatis. *Linn. svec. n.* 649. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1095. *Fl. Dan. t.* 1464. *Leche scan. p.* 14. *n.* 57. *Retz. diss. obs. bot. p.* 23. *oec. p.* 768. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 242. *Fries halland. p.* 117. *phys. sällsk. årsb.* 1823. *p.* 90.

Hab. in dumetis monticulorum exterioris Scaniæ raro, ut ad Öfvedskloster, Kadesjö et Krageholmsjö (olim), jam vero ad Stenbyhällar paroeciæ Benestad reperta a Cel. *Fries*; Hallandiæ ad diversorium Vrearp et Halmstad (olim saltem).

Radix perennis. Caulis orgyalis longitudinis. Foliola vix dimidio pollice latiora, laetius viridia. Pedunculi elongati, sed vix plusquam sex floribus pallidis. Legumina longiora quam in praecedente; seminibus circiter sex.

808. VICIA *sylvatica:* pedunculis multifloris longioribus petiolo polyphyllo: foliolis ellipticis, stipulis lunatis setaceo-dentatis. *Linn. svec. n.* 650. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1095. *Sv. Bot. t.* 136. *Flor. Dan. t.* 277. *Hisinger herjed. p.* 51. *Wahlenb. lapp. n.* 343.

Hab. in lucis ad montium radices per plerasque provincias a Scania ad Vermlandiam, Dalecarliam supremam, Herjedaliam et Angermanniam meridionalem passim; dein vix nisi trans alpes in Nordlandia Norvegiæ rarius.

Radix perennis. Caules valde scandentes usque ad orgyalem longitudinem, Svecis *Skogsvicker.* Folia circiter octo-

juga; foliolis ovato-ellipticis vix lineas tres latis. Flores praecipue sub solstitio obvii, majores quam in proximis, albi; vexillo eleganter picto striis caeruleis.

809. VICIA *cassubica:* pedunculis multifloris brevioribus petiolo polyphyllo: foliolis oblongis obtusis utrinque pubescentibus, stipulis sagittatis integerrimis lanceolatis, stylo glaberrimo, legumine subdispermo. *Linn. svec. n.* 653. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1096. *Fl. Dan. t.* 1395. *Jacqu. austr. t.* 229 (V. Gerardi). *Rosén obs. bot. p.* 56 *Retz. oec. p.* 768. *diss. obs. bot. p.* 23. *Fries hall. p.* 117. *Wahlb. gothob. p.* 73. *Videgren österg. p.* 30.

Hab. in dumetis et lucis arenosis quousque Fagus exstat, ut Scaniæ et Blekingiæ frequenter, Hallandiæ meridionalis infra Halmstad, et Smolandiæ infra Vexiö nec non Calmariensis Gubernationis australis (excepta Oelandia) non rara; sed dein vix nisi Ostrogothiæ rarius in Gäddersta äng prope Söderköping, in Borgberget paroecia Tjärsta, in prato Vada ad Oppeby, in Svinsta, in Fagerviksäng prope Bråviken; tandem ad Götheborg parce.

Radix perennis, repens. Caulis per se satis stans, pedem unum vel alterum altus, pubescens. Folia circiter duodecimjuga: foliolis subcontiguis ovato-oblongis subemarginatis. Flores rubicundo-violacei, sub foenisecio legendi. Legumina rhomboidalia, semiuncia parum longiora.

810. VICIA *Cracca:* pedunculis multifloris demum longioribus petiolo polyphyllo: foliolis lanceolatis, stipulis sagittatis lineari-subulatis integerrimis, dentibus calycinis subulatis. *Linn. svec. n.* 652. *α. β. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1098. *Fl. Dan. t.* 804. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 136. *Wahlenb. lapp. n.* 344.

β. tenuifolia: foliis linearibus. *Roth* . . . *Fries nov. p.* 36. 93. *halland. p.* 118.

Hab. in pratis et ad agros fere totius Sveciæ, alpibus et sylvaticis summis Lapponiæ tantum exceptis, frequenter; *β.* in arvis arenosis Scaniæ orientalis, Oelandiæ etc.

Radix in *α* non parum perennans, sed in *β* omnino annua.

Herba tota plerumque pilis brevibus adpressis non parum canescens, Svecis *Fogelvicker*. Folia circiter octojuga. Flores post solstitium ex violaceo-caerulescentes.

811. VICIA *villosa:* pedunculis multifloris demum longioribus petiolo polyphyllo: foliolis ovato-oblongis villosis, stipulis sagittatis lanceolatis subintegerrimis, dentibus calycinis setaceis ciliatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p*, 1098. *Wahlenb. ups. n.* 464.
V. Cracca segetum *Linn. svec. n.* 652. *γ. δ. Sv. Bot. t.* 166.
Hab. in agris inter secale usque ad Uplandiam frequenter; dein passim per Norrlandiam ad Anundsjö Angermanniæ usque (*Læstadius*).

Vix nisi praecedentis varietas agrestis magis fertilis, radice subbienni, herba multo majore, pilis patentioribus longioribus e. s. p.

812. VICIA *sepium:* pedunculis paucifloris brevissimis, foliolis ovatis obtusis; exterioribus minoribus. *Linn. svec. n.* 651. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1109. *Sv. Bot. t.* 326. *Flor. Dan. t* 699. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123. — 1814. *p.* 99.
Hab. ad sepes in pratis et cultis Sveciæ ubique, usque ad Vermlandiam superiorem et Angermanniam meridionalem, nec non Jemtlandiam rarius.

Radix perennis, multicaulis. Herba circiter bipedalis, vix ramosa. Folia circiter quinquejuga. Flores saepius quatuor foliola proxima parum excedentes, secundi, violacei. Legumina flore duplolongiora compressa Svecis *Tranårter*.

813. VICIA *sativa:* floribus sessilibus binatis erectis, foliolis cuneiformi-obovatis retusis, stipulis dentatis medio notatis. *Linn. svec. n.* 654. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1104. *Sv. Bot. t.* 230. *Flor. Dan. t.* 522.
β. nigra: semine parvo nigro, foliolis linearibus; inferioribus acuminatis.
V. angustifolia *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 1105? *Flor. Dan. t.* 1340.
Hab. in agris et cultis usque ad Norrlandiam passim; *β.* in sylvaticis passim.

Radix annua. Planta tota magnitudine et latitudine admodum varia; foliolis interdum locis macris lineam angustis, floribus quoque angustissimis violaceis. Legumen semper magis teres.

814. VICIA *lathyroides:* floribus sessilibus solitariis erectis, foliis pubescentibus: superiorum foliolis senis; infimorum subbinis obcordatis, stipulis integerrimis, seminibus planiusculis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1106. *Fl. Dan. t.* 58. *Jacqu. misc.* 2. *p.* 299. *t.* 18. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 171. *oec. p.* 769. *Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 247. *Osbeck gótheb. handl.* 4. *p.* 23. *Fries halland. p.* 119. *Aspegren bleking. p.* 54. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 301.

Hab. locis siccis glareosis editis ad urbes pagosque sublittorales Scaniæ ex. gr. ad Cimbrishamn, Christianstad, Käflinge, Lund copiose, Hallandiæ meridionalis, Blekingiæ præcipue in insulis circa Carlskrona, Oelandiæ orientalis inter Gårdby et N. Möckleby, Calmariensis oræ usque ad Möckelkullen paroeciæ Odensvi passim, (Stockholmiæ rarissime ut adventitia).

Radix annua. Planta minima hujus generis tantum digitum longa, vernalis, ante solstitium quaerenda. Foliola quatuor lineas longa, floribus caerulescentibus fere aequalia. Legumina reliquis partibus majora interdum unciam longa.

295. ERVUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1188. *Juss. gen. p.* 397.

Calyx profunde quinquefidus; laciniis attenuatis subæqualibus. Stylus rectiusculus filiformis, superne undique villosulus; stigmate capitato. Legumen breve: seminibus paucis (vix ultra 4). — *Herbæ tenuiores, radice annua, petiolis cirrhiferis polyphyllis, floribus minutis, leguminibus parvis.*

815. ERVUM *tetraspermum:* pedunculis subbifloris folio brevioribus, leguminibus glabris tetraspermis, foliolis oblongis truncatis. *Linn. svec. n.* 655. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1112. *amoen. ac.* 8. *p.* 41. 102. *Decand. fl. franc. suppl. p.* 581. *Flor. Dan. t.* 95.

Fries halland. p. 119. *Wahlb. gothob. p.* 73. *Carls. strengn. p.* 43.

β tenue: pedunculis unifloris capillaribus, foliis linearibus acutis. *Fries nov. p.* 12. *hall. l. c. Wahlb. l. c. Wahlenb. ups. n.* 467. *Aspegren blek. p.* 54. (E. tenuissimum *Bieberst?* forsan hoc cum E. soloniensi connectens).

Hab. in agris et arvis provinciarum meridionalium usque ad Götheborg et ad Åkerö, Vingåker ac Strengnäs Sudermanniæ, Norrköping Ostrogothiæ; β. vero in rupestribus dumosis præcipue locis adustis, usque ad lacum Mälaren prope Upsala parcius.

Caules inferne eximie ramosi, vix pedales. Folia saepius quadrijuga; foliolis in caule inferiore obovatis, bis lineam latis. Pedunculi non raro triflori. Flores etiam bis lineam longi, superne caerulescentes, ante solstitium saepius obvii. Legumina semiunciam longa. Semina ex minimis linea non latiora, Svecis *SparfLins.* — β. undique angustior et minor, pedunculis semper unifloris.

816. ERVUM *hirsutum:* pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis dispermis, foliolis linearibus obtusis. *Linn. svec. n.* 656. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1113. *Fl. Dan. t.* 639. *Wahlenb. lapp. n.* 545.

β. angustifolium; pedunculis subbifloris, foliolis acutis. *Fries l. c. Wahlb. l. c.*

Hab. in agris et cultis totius Sveciæ quousque quid coli possit ubique; β. in littoribus inundatis maris occidentalis.

Herba major quam praecedentis, plerumque plus quam pedalis. Folia saepe septemjuga. Flores aeque minuti albi; striis caerulescentibus. Legumina vix quinque lineas longa, sed turgidiora ob semina majora Svecis *DufLins.*

296. CORONILLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1198. *Juss. gen. p.* 398. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 344. *t.* 155.

Calyx dentibus duobus superioribus coalitis. Vexillum alis vix longius. Legumen articulatum: articulis monospermis a se invicem discedentibus. — *Frutex floribus umbellatis flavis, foliis pinnatis cum impari, stipulis obsoletis liberis.*

817. CORONILLA *Emerus:* pedunculi umbella subtriflora, petalorum ungvibus calyce triplolongioribus, caule fruticoso angulato. *Linn. svec. n.* 636. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1149. *it. gotl. p.* 229. *Sv. Bot. t.* 543. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 60. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 298.

Hab. locis occultis ad petram calcaream formationis transitionis insularum Gotlandiæ prope Thorsborg et Mullvalls paroeciæ Ardre, nec non Oelandiæ prope Borgholm et Wickleby.

Frutex vix bipedalis; ramis virgatis viridibus. Folia plerumque quadrijuga; foliolis obovatis, longitudine ungvis, glaberrimis. Pedunculi foliis parum longiores. Flores flavi aestivales; ungve vexilli a reliquorum petalorum separato. Legumen interdum tres uncias longum octoque articulis constitutum, subulatum.

297. PHACA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1207. *Juss. gen. p* 395. *Gærtn. fr.* 2 *p.* 341. *t.* 154. *Wahlenb. lapp. p.* 189. *t.* 12 *f.* 2. 3.

Calyx quinquedentatus: dentibus superioribus minoribus. Vexillum alis longius rectum. Legumen subinflatum monoloculare: sutura superiore impressa. — *Herbæ radicibus perennibus subrepentibus, foliis pinnatis cum impari, floribus racemosis, leguminibus turgidioribus* 1) *pendulis n.* 818. 819. 2) *erectis n.* 820. 821.

818. PHACA *frigida:* caulescens erecta indivisa glabriuscula, foliis pinnatis subquinquejugis: foliolis ovato-oblongis obtusiusculis, racemis fastigiatis, leguminibus basi exsertis pendulis oblongis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1253. *svec. n.* 657. (alpina). *Flor. Dan. t.* 856. *Jacqu. austr. t.* 166. *Wahlenb. lapp. n.* 347. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 156. *Deinboll in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 107. — 1818. *p.* 135.

Hab. in collibus duris fruticulosis ad fluvios majores per partem subalpinam et subsylvaticam Lapponiarum septentrionalium passim, ut in districtu Fælles dicto multis locis, in Harimatskaiti prope Polmak,

ad fluvios Utsjokenses, ad Kamasjoki et Ivalojoki paroeciæ Enare, supra Alten, in Nunainen paroeciæ Enontekis, ad Torneåträsk juxta viam versus fodinas Skangeli, in Kurravaara paroeciæ Jukkasjärvi; — dein vero non antequam in alpe Snasahögen Jemtlandiæ (denique in Dovre).

Planta plerumque plus quam pedem alta, laete virens. Stipulae quam in ceteris longe majores, fere ejusdem longitudinis ac foliolum extimum. Foliola saepe semiunciam lata. Pedunculi plerumque spithamaei, apicem caulis fere semper superantes. Flores pallide lutei, laxi, aestivales. Legumina longe magis inflata et membranacea quam in sequentibus.

819. PHACA *lapponica:* subcaulescens procumbens incana, foliis pinnatis duodecimjugis: foliolis sublanceolatis, stipulis connatis, leguminibus in calyce deflexo sessilibus triquetro-cylindraceis calyce duplo latioribus. *Wahlenb.* (*helv. p.* 131.) *lapp. n.* 348. *t.* 12. *f.* 3. (Ph. montana). (*Hisinger norr. p.* 73).

Hab. in lateribus graminosis meridiei expositis alpium Lulensium meridionalium glaciebus perpetuis vicinarum rarius, ut in Lill-Tokin prope Virihjaur, in Jolli infra Sorjåsjaur copiose (ceterum non nisi in Dovre Norvegiæ).

Caulis plerumque inconspicuus, sed interdum longitudine digiti, tuncque semper terrae adpressus. Foliola tantum sesquilineam lata. Pedunculi stricti, demum foliis saltem duplo longiores. Flores primum dilute violacei, demum saturatiores. Legumina rigide deflexa.

820. PHACA *campestris:* acaulis canescens, foliis pinnatis subduodecimjugis: foliolis sublanceolatis acutis, bracteis calyce pubescente brevioribus, leguminibus erectis subovatis pilosis. *Wahlenb. carp. n.* 756. *Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 318. *Ahlqu. runst. p.* 25. Astragalus campestris *Linn. svec. n.* 662. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1317. *it. oel. p.* 50. *Waldst. et Kitaib. hung.* 2. *p.* 138. *t.* 130.

β. sordida: floribus sordide cærulescentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 349. *Deinboll in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 125.

Astragalus sordidus *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1313.
Astragalus uralensis *Linn. svec. n.* 257. *Flor. Dan. t.* 1041. (nec Willd. neque Jacqu.).

Hab. locis siccissimis editis in jugo Landtborgen dicto et adjacenti Alvaren Oelandiæ ibique copiose ex. gr. ad Holmref, Hornsudd, Borgholm, Räpplinge, Runsten, Rosenkind; — ceterum β. non nisi (Finlandiæ interioris et denique) prope mare septentrionale in districtu Fælles dicto copiose, unde ad Komagelfven Finmarkiæ oppositæ pervenerit.

Semper acaulis; caudicibus copiosis caespitem densum constituens. Folia plerumque longitudine scapi; foliolis sesquilineam latis. Scapi plerumque spithamaei, divergentes. Flores ob vexillum porrectum longiores quam in ceteris, octo lineas longi, pallidi vel albescentes: macula tantum caerulea in carina ad situm antherarum. Legumina magis inflato-teretia, longitudine varia pro longitudine plantae, sed semper tres lineas lata. — β Gentianæ involucratæ β analoga colore.

821. PHACA *pilosa:* caulescens adscendens pilosa, foliis pinnatis duodecimjugis: foliolis lanceolatis acutis, pedunculis folio longioribus, leguminibus erectis cylindraceis latitudine calycis pilosis. *Linn. faun. svec. app. p.* 558. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1262. *Jacqu. austr. t.* 51. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 223 *et* 245.

Hab. in arenosis ad oram occidentalem Gotlandiæ tribus locis, scil. in Skansholmen ad Vestergarn, ad Bredsunds fiskeläge paroeciæ Väskinde, et ad Öfversteqvarn vel Lummelundsbruk; — ceterum Ostrogothiæ in latere prærupto montis Omberg lacum Vettern respiciente tum loco Skräerne dicto ad Hvitletsbäcken tum ad Rödgafvel, nec non in insula lacus Skogssjö paroeciæ Högby (*Agrelius*); etiam in Calmariæ gubernatione sept. (Herb. *Liljebl.*).

Planta statura valde varia: in Gotlandia plerumque procumbens, immo interdum quasi acaulis, sed in Ostrogothia erecta, non raro 3-4pedalis. Flores semper unicolores, in Gotlandia fere albidi, in Ostrogothia paullo lutescentes. Legumina magis constantia, semper cylindracea et angustiora quam in praecedentibus, vix sesquilineam lata.

298. ASTRAGALUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1208. Juss. gen. p. 395. Gærtn. fr. 2. p. 339. t. 154.

Calyx quinquedentatus: dentibus superioribus minoribus. Vexillum alis longius rectum. Legumen constrictum semibiloculare: dissepimentum e sutura inferiore elevata. — *Herbæ radicibus perennibus subrepentibus; foliis pinnatis cum impari, floribus racemosis, leguminibus angustioribus laxis.*

822. ASTRAGALUS *glycyphyllus*: caulescens prostratus, foliolis ovalibus obtusis glabris, stipulis ovato-lanceolatis, racemis pedunculatis folio brevioribus, leguminibus subtriquetris arcuatis. *Linn. svec. n.* 658. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1276. *it. scan. p.* 134. 268 *oel. p.* 56. 81. 127. *gotl. p.* 196. 289. *vestrog. p.* 23. 32. 39. 40. 84. *Fl. Dan. t.* 1108. *Sv. Bot. t.* 237. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Samz. neric. p.* 56. *Fries halland. p.* 119. *Carls. strengn. p.* 43.

Hab. in nemoribus calidioribus declivis præcipue supra formationes juniores Scaniæ, Oelandiæ, Gotlandiæ, Vestrogothiæ (Falbygden et Kinnekulle); Ostrogothiæ ex. gr. ad Borgberget paroeciæ Tjärsta, Omberg, et Nericiæ frequenter; alias rarius et supra Gothiam tantum paucis locis regni interioris ut Vermlandiæ ad Persbergs grufvor, Dalekarliæ in monte Hyckjeberget, Sudermanniæ ad Strengnäs.

Planta inter maximas totius classis interdum orgyalis longitudinis et caule digiti minimi crassitudinis, ob similitudinem Glycyrrhizae etiam svecice *Lakrits-Kloårt*, vel vulgatius *Söt-kloårt.* Foliola interdum unciam lata. Pedunculi vix longitudine digiti minimi. Flores pallidi, extrorsum rubicundi. Legumina unciam longa, glaberrima ut fere tota planta.

823. ASTRAGALUS *arenarius*: caulescens prostratus ramosus albo-sericeus, foliis pinnatis subquadrijugis: foliolis lineari-lanceolatis subcomplicatis, racemis subsexfloris folio longioribus, leguminibus erectiusculis teretibus pubescentibus. *Linn. svec. n.* 659.

spec. pl. ed. Willden. 3. *p.* 1289. *it. scan. p.* 108. *Retz. obs.* 2. *p.* 22. — 3. *p.* 41. *t.* 3. *oec. p.* 86. (*Fries hall. p.* 153). *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 408. 611.

Hab. in latere orientali montis arenarii Stora Drifvan dicti extra Vidtsköfle ¼ mil. septentrioni-orientem versus Scaniæ orientalis copiosissime.

Radix eximie chordaeformis, alte sub arena latens, multicaulis. Caules decumbentes ab arena superfusa basi tecti, subfiliformes, ut tota herba sericeo-pubescentes. Folia triquadrijuga: foliolis vix linea latioribus. Pedunculi ipsi foliis semper breviores, sed flores leguminaque folia excedunt. Flores fere ut in Vicia sepium rubro-violacei, venis dilutioribus. Legumina diu erectiuscula, sed demum laxa, teretia, crassitie pennae gallinaceae, fere unciam longa.

824. ASTRAGALUS *alpinus:* caulescens procumbens, foliis pinnatis novemjugis: foliolis ovalibus, racemis folio longioribus: floribus leguminibusque pendulis e calyce pedicellatis acuminatis pilosis. *Linn. svec. n.* 661. *lapp. n.* 267. *t.* 9. *f.* 1. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1297. *Flor. Dan. t.* 51. *Wahlenb. lapp. n.* 350. *t.* 12. *f.* 5. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Hising. herjed. p.* 50. *Zetterst. res.* 2. *p.* 208.

Hab. locis graminosis lætioribus subirrigatis per latera et radices omnium alpium nivalium ab ultimo limite Lapponiæ versus Russiam usque ad Herjedalen, descendens quoque juxta fluvios per sylvas totius Lapponiæ et consimilium provinciarum frequenter.

Planta longitudine valde varians, interdum pedem unum alterumve longa, valde laxa. Foliola circiter duas lineas lata. Flores extus violacei, ad basin albescentes praecipue in speciminibus maximis. Legumina ipsa sine pedicello suo vix quinque lineas longa, nigro-pilosa ut in sequente.

825. ASTRAGALUS *oroboides*: caulescens adscendens, foliis pinnatis sejugis: foliolis oblongis obtusis, pedunculis folio duplolongioribus: floribus subsecundis laxis leguminibusque deflexis in calyce sessilibus ovatis. *Hornem. in Fl. Dan.* 8. *t.* 1396. *Wahlenb. carp. n.* 739. *lapp. n.* 351. *t.* 12. *f.* 4. (A. le-

ontinus). *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. 104. — 1818. *p.* 132. 135. *Hisinger herjed. p.* 51.

Hab. in lateribus graminosis alpium altiorum nivalium passim, ut in Hitterdalen trans Herjedaliam, ad Åreskutan et Snasahögen Jemtlandiæ, ad Lill-Tokin, Kâbrinojvi et Jolli alpium Lulensium, denique in alpibus maritimis districtus Fælles dicti Norvegiæ ultimæ copiose

Praecedenti utique proximus, sed bene diversus habitu fere Orobi tuberosi, longe minus laxo et minus diviso, latitudine majori. Caulis saepe pedalis. Foliola plerumque tres lineas lata. Flores toti caerulei. Legumina in hoc genere brevissima, cum calyce tantum quatuor lineas longa.

299. TRIFOLIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1211. Juss. gen. p. 392. Gærtn. fr. 2. p. 333. t. 153.

Calyx tubulosus, quinquedentatus, non marcescens. Corolla persistens: vexillo alas carinamque ad basin amplectente. Legumen calyce corollave tectum, non dehiscens, plerumque monospermum, rarius ultra, ad tetraspermum. — *Herbæ foliis fere semper æqualiter ternatis* (*Svecis Klôfver*), *stipulis minutis petiolo adnatis, floribus dense spicatis* (*Svecis Våpling*) *n.* 826-830. *vel subumbellatis n.* 831-833. *vel scariosis in ceteris ultimis. — Subdivisiones:* 1) *Lagopoda: calycibus villosis sim. c. semine increscentibus* a) *corolla monopetala n.* 826. 827. b) *dipetala n.* 828. c) *tetrapetala n.* 829. 2) *Longiflora: calycibus glabris, vexillis subulatis n.* 830. 3) *Lotoidea: calycibus glabris subumbellatis, legum. tetraspermis n.* 831. 832. 4) *Vesicaria: calycibus inflatis n.* 833. 5) *Lupulina: floribus flavis demum scariosis n.* 834-837.

826. TRIFOLIUM *pratense:* calycibus undique pilosis: dente infimo tubis corollæ monopetalæ inæqualis breviore, spicis ovatis subgeminatis bracteatisque, foliolis ovatis subintegerrimis, stipulis aristatis. *Linn. svec. n.* 666. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1366. *Sv. Bot. t.* 268. *Flor. Dan.* 6. *t.* 989. *Wahlenb. lapp. n.* 353. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 42.

β. villosum: *Wahlb. gothob. p.* 73. *Aspegren bleking. p.* 54.

Hab. in pratis siccioribus totius Sveciæ usque ad partem infimam sylvaticam Lapponiæ ubique.

Radix perennis. Caules adscendentes, non flexuosi, striati. Herba prae ceteris svecice *Klöfver.* Foliola infima subrotunda; omnia plerumque zonis pallidis notata. Capitula florentia rubra svaveolentia et dulcia Svecis *Rödvåpling, Honungstuppor* etc. saepe pollicem crassa.

827. TRIFOLIUM *medium:* calycibus superne pilosis: dente infimo tubis corollæ monopetalæ subæqualis breviore, spicis ovatis solitariis ebracteatis, foliolis lanceolato-ellipticis denticulatis, stipulis subulatis. *Linn. faun. svec. app. p.* 558. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1367. *Sv. Bot. t.* 460. *Flor. Dan. t.* 1275. *Wahlb. gothob. p.* 74. *Wahlenb. ups. n.* 470.

β. angustius. T. alpestre *Fries halland. p.* 120, *aliorumque. Fischerstr. mål. p.* 289. (nec Linn.).

Hab. in nemoribus siccis rupestribus vel lapidosis regionum alias magis campestrium vel littoralium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam et Uplandiam passim copiose; dein ad Vestmanniam ferrimontanam ex. gr. Skinskatteberg, Dalecarliam ad Boda et Angermanniam mediam ex. gr. Sollefta rarius; *β.* in subalpestribus maritimis regionum australium.

Radix perennis et planta tota praecedenti proxima, sed gentilior, magis flexuosa, ad genicula stipulis magis herbaceis (nec tam scariosis coloratisque). Flores crassiores, magis serotini, obscurius colorati; calycis tubo glaberrimo. Ob locum Svecis *Bergklöfver* vel *Skogsklöfver.*

828. TRIFOLIUM *striatum:* calycibus undique pilosis decemstriatis: dente infimo corollam dipetalam subæquante, spicis ovalibus terminalibus lateralibusque sessilibus stipula vaginante striata fulcratis, foliolis obovatis subintegerrimis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 669. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1376. *Flor. Dan. t.* 1171. *Sv. Bot. t.* 616. *Leche scan. p.* 13. *n.* 55. *Retz. oec. p.* 735. *diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 9. *Aspegren bleking. p.* 55.

Hab. in arvis macrioribus Scaniæ maxime argillaceo-campestris et sublittoralis copiose ex. gr. ad Trelleborg, Krageholm, Râ, Lund, Helsingborg, etiam intra Cimbrishamn frequenter; alias tantum Blekingiæ maritimæ rarissime in Jorö.

Radix annua ramosa. Caules plures, undique omnino decumbentes, circiter spithamaei, crassitie pennae columbinae, insigniter rubentes, albo-pilosi. Folia etiam albo-pilosa, margine rubentia, ovalia. Spicae pleraeque laterales, magnitudine fabae minoris, omnino sessiles intra stipulas vaginantes rubicundo-striatas. Corolla dilutissime rubescens s. fere alba, ante solstitium obvia: vexillo usque ad basin distincto; reliquis vero petalis ungve connatis tum inter se tum columnae staminum.

829. TRIFOLIUM *arvense:* calycibus setosis corolla longioribus spicas elongatas villosissimas constituentibus, foliolis cuneato-linearibus integerrimis, stipulis apice setaceis *Linn. svec. n.* 660. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1373. *Flor. Dan. t.* 724. *Samz. neric. p.* 56. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818 *p.* 123.

Hab. in arvis et pascuis elatis regionum campestrium et littoralium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Gestriciam frequenter.

Radix annua. Planta longe gracilior proximis, caulibus filiformibus plerumque rubentibus, superjecta hirsutie canescente. Spicae digito minimo non crassiores ob villum copiosum Svecis *Harklöfver*, *Harfötter*, *Harsvans*, *Noppor* etc. Corolla minima dilutissime rubens.

830. TRIFOLIUM *montanum:* vexillis subulatis, calycibus glabris, spicis oblongis, foliolis oblongis mucronato-dentatis, stipulis apice subulatis. *Linn. svec. n.* 667. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1381. *it. vestrog. p.* 81. *Flor. Dan. t.* 1172. *Samz. neric. p.* 56. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 26. *Forsander veg. scan. p.* 13.

Hab. in pratis elevatioribus supra saxa petrasque per Sveciam orientalem a Scania et Gotlandia ad Nericiam, Dalecarliam infimam (ex. gr. Hedemoræ) et Gestriciam frequenter; sed per Sveciæ occidentalem

plagam non reperitur nisi in formatione transitionis Vestrogothiæ (Falbygden vulgo dicta) copiose.

Radix perennis, validior quam in ceteris, saepe digitum minorem crassa, omnino alba. Caules simplices, stricti, circiter pedem alti. Foliola infima ovalia, suprema lanceolata. Pedunculi eximie sulcati. Petala nivea. Semina vix maturescere videntur.

831. TRIFOLIUM *repens:* calycibus glabris, leguminibus tetraspermis umbellatis, foliolis obovatis emarginatis argute dentatis, stipulis vaginantibus, caule repente laterifloro. *Linn. svec. n.* 665. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1359. *Sv. Bot. t.* 344. *Flor. Dan. t.* 990. *Wahlenb. lapp. n.* 352.

Hab. in pratis et pascuis ad vias totius Sveciæ, alpibus tantum et subalpinis locis exceptis, ubique frequenter.

Radix perennis; caulibus undique repentibus filiformibus. Petioli et praecipue pedunculi saepe toto caule longiores, per omnem aestatem florentes. Flores albi Svecis *Hvitvåpling.*

832. TRIFOLIUM *hybridum:* calycibus glabris, leguminibus tetraspermis subumbellatis, foliolis ovatis emarginatis argute dentatis, stipulis aristatis, caule adscendente apice florifero. *Linn. svec. n.* 664. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1359. *Sv. Bot. t.* 129. *Flor. Dan. t.* 1706. *Carls. strengn. p.* 43. *Wahlenb. ups. n.* 473. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. ad agros et arva præcipue Sveciæ orientalis mediæ, ut circa Mälaren et Hjelmaren ubique frequenter, ad Vettern etiam copiose, et alibi, sed non supra Gestriciam.

Radix perennis. Caules subangulati, pedales et ultra. Flores initio albi, dein incarnati Svecis *Blekvåpling.*

833. TRIFOLIUM *fragiferum:* paleis distingventibus calyces demum inflatos superne membranaceos pubescentes: dentibus supremis binis deflexis, foliolis obovatis emarginatis, stipulis vaginantibus, caulibus repentibus. *Linn. svec. n.* 670. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1380. *Flor. Dan. t.* 1042. *Rosén Nov. Act.*

Ups. VIII. p. 223. *Ahlquist runst. p.* 25. *Aspegren bleking. p.* 55. *Retz. oec. p.* 728. *Fries halland. p.* 120. *Wahlb. gothob. p.* 73. *Videgren ó-sterg. p.* 30.

Hab. in pascuis et arvis argillosis interdum inundatis maxime campestribus, et sublittoralibus ad oras Sveciæ meridionales, ut Gotlandiæ et Oelandiæ passim, Blekingiæ, Scaniæ frequenter, Hallandiæ rarius inter Varberg et Lindhof, ad Kungsbacka etc. Gothoburgi in Domsö, Ostrogothiæ ad Johannisborg prope Norrköping; — ceterum solummodo ad lacus maximos Sveciæ orientalis raro ut ad Mälaren, ad Vettern in Omberg etc.

Radix perennis. Caules e latere apicem versus pedunculos erigentes. Foliola argute serrata. Capitula florentia vix piso majora, fructifera nuce avellana grandiora. Flores initio albi, demum rubentes. Vexillum sublineare. Calycis latus superius demum in vesiculam distenditur adeo ut dentes superiores deorsum spectent; inferiores minimi permanent.

854. TRIFOLIUM *spadiceum:* vexillis scariosis deflexis demum discoloribus, spicis imbricatis oblongatis, calycinis dentibus pilosiusculis alas subæquantibus, foliolis ovalibus. *Linn. svec. n.* 672. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1383. *Sturm ic. trifol. Wahlenb. ups. n.* 476. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 295. (*Fries halland. p.* 121)

Hab. in pratis declivis apricis Sveciæ mediæ orientalis scil. Dalecarliæ a Svärdsjö usque ad Hedemora frequenter, Gestriciæ, Vestmanniæ ad Skinskatteberg etc.; prope oram septentrionalem lacus Mälaren Upsaliæ, Stockhomiæ etc. passim; denique Oelandiæ rarius.

Radix vix plus quam annua. Caules subsolitarii, erecti, subsimplices, plerumque spithamaei. Spicae paucae, primum flavae, dein oblongatae totae spadiceae.

855. TRIFOLIUM *agrarium:* vexillis scariosis deflexis nitidis, spicis imbricatis oblongatis, calycibus glabris, foliolis obovato-oblongis æqualibus, caule e-

recto. *Linn. svec. n.* 671. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1382. *it. scan. p.* 134. 242. *vestrog. p.* 213. *gotl. p.* 137. 168. 212. *Rogberg smol. p.* 19. *Fl. Dan. t.* 558. *Samz. neric. p.* 56. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

β caulibus magis diffusis patulisve. *Fries hall. p.* 121.

Hab. ad agros et prata locis siccis saxosis vel petrosis a Scania ad Vermlandiam (ex. gr. Tabergsgrufvor), Nericiam meridionalem et Uplandiam passim copiose; denique raro ad Siljeberget Medelpadiæ (*Læstadius*); β. inter segetes Hallandiæ etc.

Radix vix plus quam annua. Caules pauci, saepe stricti et pedales. Foliola omnia in petiolo sessilia. Spicae majores quam in proximis, diutius flavi, Svecis *Gulvåpling* vel *Gullkulla*. Flores demum exaridae obscurioris straminei coloris, fere tres lineas longi.

856. TRIFOLIUM *procumbens:* vexillis scariosis deflexis ovalibus, spicis imbricatis subglobosis, calycibus glabris, foliolis obovato-oblongis: terminali pedicellato, caule procumbente flexuoso. *Linn. svec. n.* 673. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1383. *it. scan. p.* 242. *vestrog. p.* 65. *gotl. p.* 257. *Rivin. tetrap. irreg. t.* 10. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 796. *Videgren österg. p.* 30. *Fischerström mål. p.* 292.

T. campestre *Schreb. in Sturm. trif. t.* 13. *Fries halland. p.* 121.

β. minus et brevius: foliolo extimo subsessili. T. minus *Smith brit.* 3. *p.* 143. *Fries halland. p.* 122.

Hab. in pascuis et pratis aridis apricis per regiones maxime campestres vel littorales a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam (saltem in Falbygden et ad Ulricæhamn) et Ostrogothiam tum prope Vettern tum in maritimis extra Norrköping pasim; etiam Stockholmiæ; β. vix nisi in australioribus regionibus.

Radix magis perennat quam in proximis. Caules quoque praecipue inferne eximie ramosi, filo parum crassiores, sed in α saepe pedalis longitudinis, eximie flexuosi; internodiis pedunculisque circiter biuncialibus. Spicae vero breviores quam in praecedente. Flores vix minores. — β. praecipue brevius est.

837. TRIFOLIUM *filiforme:* vexillis scariosis deflexis oblongis, spicis laxis paucifloris, calycibus subglabris, foliolis obcordatis subæqualibus, caule procumbente filiformi. *Linn. svec. n.* 674. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1384. *Flor. Dan. t.* 1707.

Hab. in campis macris arenosis, sed subuliginosis, inter gramina duriora regionum littoralium australiorum, ut Scaniæ campestris ubique, Hallandiæ australis quoque frequenter, dein usque ad Götheborg passim et Gotlandiæ in angulis exterioribus Fåröæ et versus Hoburg rarius, nec non Oelandiæ.

Radix evidenter tantum annua. Caules quoque pauci vel subsolitarii, plerumque simplices, filo tenuiores, sed recte protensi (nec flexuosi), plerumque digitales. Spicae brevissimae omnium, saepe tantum novemflorae; floribus sesquilineam longis.

500. MELILOTUS.

Juss. gen. p. 392. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 335. *t.* 153. Trifolii spec. *Linn.*

Calyx tubulosus quinquedentatus. Corolla decidua: petalis liberis. Legumen nudum, dehiscens, submonospermum (rarius in extran. specc. non dehiscens sem. pluribus). — *Herbæ floribus utplurimum racemosis svaveolentibus, foliis ternatis: intermedio semper pedicellato.*

838. MELILOTUS *officinalis:* leguminibus submonospermis obovatis acutis rugosis, foliolis subtruncatis, stipulis subulatis, petalis longitudine æqualibus. *Willden. en. hort. berol. p.* 790.

Trifolium M. officinalis *Linn. svec. n.* 663. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1355. *it. oel. p.* 60. *gotl. p.* 216. *scan. p.* 93. 284. 307. 316. *vestrog. p.* 40. *Sv. Bot. t.* 69. *Flor. Dan. t.* 934. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 61. *Leche scan. p.* 26. *n.* 41. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81.

β. dentata: foliis argute dentatis, floribus minoribus. M. dentata *Fries nov. p.* 93.

γ. vulgaris: petalis longitudine inæqualibus albis. *Wahlenb. ups. n.* 478. *Flor. Dan. t.* 1705.

Hab. in litoribus maris et prope eadem in pratis pro-

vinciarum australium formatione juniore quadam substratarum ut Gotlandiæ, Oelandiæ et Scaniæ passim copiose, etiam in simili formatione calcaria Vestrogothiæ ad radicem orientalem montis Kinnekulle supra stratum lapidis suilli inter Brattfors, Martorp et Norrtrelje copiose; β in fucis ad litus Scaniæ occidentalis ex. gr. ad Borreby; γ. ad urbes Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam forsan magis adventitia.

Radix plerumque biennis. Herba saepe tripedalis, stricta, Svecis *Honingsklôfver*. Flores semper longius racemosi, magis lutei in maritimis et formationibus junioribus, potius ceterum albi. Semina saepe in formis omnibus bina. Respectu foliorum β differt ab α fere ut Senecio denticulatus a sylvatico.

301. LOTUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1212. Juss. gen. p. 393. Gærtn. fr. 2. p. 336. t. 153.

Calyx tubulosus, quinquefidus, æqualis. Corollæ carina margine superiore clausa abiens in rostrum genitalia nunquam excludens. Legumen elongatum polyspermum. — *Herbæ radicibus perennibus, foliis ternatis; foliolis omnibus sessilibus, sed stipulis liberis interdum foliola æquantibus.*

839. LOTUS *corniculata:* capitulis depressis multifloris, leguminibus teretibus patentibus, caulibus decumbentibus. *Linn. svec. n.* 675. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1395. *Sv. Bot. t.* 334. *Flor. Dan.* 6. *t.* 991. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 354. *Zetterst. res.* 2. *p.* 94. 60.

β. uliginosa: major, caule fistuloso tereti, calycibus recurvis. *Fl. Dan. t.* 1521. *Linn. it. scan. p.* 155.

γ. tenuis: foliis lanceolatis acuminatis. *Fries nov. p.* 94. *Aspegren bleking. p.* 55.

Hab. in pratis per longe maximam partem Sveciæ scil. usque ad Angermanniam superiorem prope Ramsele et Jemtlandiam vulgatissime, et denique trans alpes in Nordlandia Norvegica passim; β. usque ad Upsala; γ. Scaniæ ad Sandby etc.

Herba magnitudine valde varians. Capitula in maximis

formis decemflora, in minoribus saepe 4-2-flora. Flores lutei exsiccatione virescentes, Svecis *Kåringtånder, Kattklor* etc. vix semiunciam longi.

840 LOTUS *maritima:* leguminibus subsolitariis membranaceo-quadrangulis, bracteis lanceolatis, caulibus simpliciusculis subunifloris. *Linn. svec. n.* 676. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1385. *it. gotl. p.* 167. 221. *oel. p.* 143. *Sv. Bot. t.* 448. *Flor. Dan. t.* 800. *Aspegren bleking. p.* 55. *Retz. oec. p.* 426. (*Fries halland. p.* 157).

(L. siliquosus β maritimus *Decand. fl. franc. n.* 5930? *Sprengel hal. p.* 213).

β. siliquosa: pubescens, caulibus multifloris. L. siliquosus *Linn. spec. ed. Willden.* 3. *p.* 1386. *Fries nov. p.* 118.

Hab. in litoribus adjacentibusque pratis depressis inundatis insularum maris orientalis quo orientalius eo copiosius, ut Gotlandiæ passim copiose, Oelandiæ rarius, et ceterum (vix nisi) in insulis Gränsö ad Westervik, Stålhanske prope Runneby Blekingiæ et Hven Scaniæ raro; nunquam extra fretum Öresundense; β. tantum ad rivulos in clivis calcis tophosæ ad Benesta Scaniæ meridionalis.

Radix subfusiformis, multicaulis. Caules usque e radice omnino annui et basi simplices, ibique tantum squamis praediti, raro plus quam digitum longi, filiformes. Folia quo superiora eo majora vix quinque lineas lata, interdum ut tota herba pilis adpressis. Pedunculus plerumque tantum unicus in caule, sed interdum duo (qui rarissime biflori), folio suo triplo longiores. Flos ex longissimis unciam longus, sulphureus. Legumen sesquilineam latum, sesquiunciam longum.

302. MEDICAGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1214. *Juss. gen. p.* 592. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 348. *t.* 155.

Calyx subcampanulatus, quinquefidus, æqualis. Corollæ carina primum antice clausa, demum dehiscens emittensque genitalia ad vexillum sese elastice reflectentia. Legumen semper nudum curvatumque 1) monospermum basi apiceque concurvatis n. 841. 2) di-tetraspermum falcatum n. 842. 3) polyspermum spiraliter

cochleatum n. 843. — *Herbæ foliis ternatis: foliolo intermedio pedicellato, stipulis parvis.*

841. MEDICAGO *lupulina:* leguminibus monospermis rugosis glabriusculis, spicis ovalibus densifloris, foliolis obovatis apice dentatis, caule procumbente. *Linn. svec. n.* 678. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1406. *Flor. Dan. t.* 992.

Hab. in pratis ad vias per maximam partem Sveciæ ad Helsingiam saltem frequenter.

Radix annua. Caules plures filo vix crassiores. Stipulae dentatae. Spicae piso parum majores, flavi. Legumina demum vix ultra lineam longa, nigricantia.

842. MEDICAGO *falcata:* leguminibus subtetraspermis lunatis pubescentibus racemosis, foliolis lanceolato-cuneiformibus apiculatis, caule prostrato. *Linn. svec. n.* 677. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1405. *it. gotl. p.* 241. *oel. p.* 47. *scan. p.* 84. 115. 124. 210. 291. (*vestrog. p.* 2.) *Sv. Bot. t.* 248. *Flor. Dan. t* 233. *Ahlquist runst. p.* 25. *Wahlenb ups. n.* 481. *Fries halland. p.* 123. *Wahlb. gothob. p.* 74.

Hab. ad agrorum margines solo aprico margaceo regionum maxime campestrium et orientalium Sveciæ, ut Gotlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ et Uplandiæ circa lacûs Mälaren vel potius Ekoln sinus septentrionales ab Ostuna et Bälinge ad Salnecke frequenter; ceterum rarius ad mare occidentale.

Radix perennis. Caules plures saepe pedales et ultra. Flores toti flavi, satis conspicui, quatuor lineas longi. Legumina in arcum vix semicircularem flexa interdum semiunciam longa.

843. MEDICAGO *minima:* leguminibus polyspermis cochleatis subdepressis: aculeis rectis acicularibus apice uncinatis, pedunculis paucifloris, stipulis integerrimis, foliolis cuneatis apice dentatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1418. *Fries nov. p.* 118.

M. polymorpha μ minima *Linn. spec. ed.* 2. *p.* 1099. *Flor. Dan. t.* 211.

Hab. in clivis arenosis præruptissimis, ventis et soli

maxime expositis, maritimis ad Kåseberga Scaniæ extimæ orientali-meridionalis (districtus Sandhammar) abunde (*Fries*).

Radix annua, legumine originali plerumque onusta. Caules procumbentes, longitudine digiti vel ultra, tenuiter incani ut reliqua herba. Foliola vix quatuor lineas longa. Flores 2-5 in quoque pedunculo, minuti ut in M. lupulina, luteoli. Legumina semine cannabino vix majora, demum defossa ut in Trif. subterraneo et sub terra germinantia.

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

CONSPECTUS.

ORD. POLYANDRIA.

Petala 5. Filamenta connata in tres fasciculos. Styli tres. 303. HYPERICUM

ORD. POLYANDRIA.

303. HYPERICUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1224. Juss. gen. p. 382. Gærtn. fr. 1. p. 300. t. 62.

Calyx quinquepartitus, æqualis. Petala quinque ante florescentiam contorta. Filamenta inprimis interiora basi connata in fasciculos tres, commissuris capsulæ respondentes. Styli tres. Capsula trilocularis, tripartibilis; receptaculo communi columnari polyspermo. — *Herbæ radicibus perennibus (nisi in ultimo minoris durationis), foliis oppositis sæpius pellucido-punctatis, calycibus etiam glandulose serratis in n.* 847-849, *floribus luteis, Columniferis aliquantulum affines.*

844. HYPERICUM *perforatum:* caule ancipiti, foliis oblongis obtusis pellucido-punctatis, floribus paniculatis terminalibus, laciniis calycinis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 680. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1460. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 549. *Sv. Bot. t.* 75. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1043. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 36. *lapp. n.* 355.

Hab. in pratis campestribus duris fere totius Sveciæ minus elevatæ nec montanæ usque ad Angermanniam septentrionalem frequenter, dein non nisi trans alpes in Nordlandia Norvegica rarius.

Planta pedalis et ultra Svecis *Johannisôrt*, *Hirkenpirk*, *Pirkum*. Folia costa dorsali decurrente angulos tantum duos caulis efficiunt, subtus pallidiora et magis aequabilia. Petala sine punctis nigris nisi ad marginem superiorem.

845. HYPERICUM *quadrangulum:* caule quadrangulo, foliis ovato-oblongis obtusis obsolete pellucido-punctatis, floribus subpaniculatis terminalibus, laciniis calycinis ellipticis. *Linn. svec. n.* 679. *am. ac.* 8. *p.* 322. *it. oel. p.* 39. *vestrog. p.* 39 *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 548. *Sv. Bot. t.* 359. *Wahlb. gothob. p.* 75. *Aspegren bleking. p.* 56.

H. tetragonum *Fries halland. p.* 124.

β. pauciflorum. H. dubium *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 1460. *Ahlquist runst. p.* 26.

Hab. in pratis præcipue sylvestribus et montanis a Scania ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam superiorem ex. gr. Osmundsberg et Helsingiam frequenter.

Caulis pedalis et ultra plerumque firmior; angulis alternis e commissura foliorum obsoletioribus. Folia venis evidentioribus puncta pellucida pleraque quasi absorbentibus. Flores inexplicati eo magis succo subviolaceo rubicundo scatentes, unde Ostrogothis *Mannablod*, post explicationem quoque eo magis nigro-punctati.

846. HYPERICUM *quadrialatum:* caule tetraquetro alato, foliis ovalibus obtusis pellucido-punctatis, floribus subcymosis, brateis laciniisque calycinis lanceolatis acuminatis.

H. alatum *Retz. herb.* — (*pugil. obs. bot. p.* 18. partim) *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 530.

H. quadrangulare *Smith brit.* 2. *p.* 801. *Engl. Bot.* 6. *t.* 370. *Flor. Dan. t.* 640.

H. tetrapterum *Fries nov. p.* 94.

Hab. in pratis humidis ad oram Scaniæ occidentalem

rarius, ut prope laterariam Nedre Glumslöf supra Landskrona, in sylva Reften prope Fogelsång aliisque locis.

Praecedenti utique valde affine, sed tenuius, angulis caulis sub commissura foliorum fere majoribus quam sub costa media, inflorescentia crebrius divisa; floribus numerosioribus verum angustioribus, minoribus, multo minus succosis; petalis pallidioribus, vix tres lineas longis; staminibus paucioribus.

847. HYPERICUM *hirsutum:* caule tereti pubescente, foliis ovalibus pellucido-punctatis bracteisque caulinis integerrimis, calycinis serraturis glandulosis. *Linn. svec. n.* 682. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1465. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 551. *Flor. Dan. t.* 802. *Ahlqu. runst. p.* 26. *Wahlenb. ups. n.* 484 *Forsander veg. scan. p.* 13. *Videgren österg. p.* 29.

Hab. in pratis declivibus Sveciæ orientalis a Scania per Oelandiam ad Uplandiam passim; ceterum ad lacum Vettern in Omberg et ad Venern in Hunneberg rarius.

Saepe majus et crassius proximis, altitudine bipedali, caule pennam crasso. Folia quoque crassiora, pubescentia. Inflorescentia magis elongata in formam subracemosam; pedunculis ramulisque suberectis foliorum pari uno alterove suffultis.

848. HYPERICUM *montanum:* caule tereti (glabro), foliis oblongis amplexicaulibus punctatis subtusque nigro-glandulosis, bracteis caulinis calycibusque serrato-glandulosis. *Linn. svec. n.* 683. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1465. *it. vestrog. p.* 213. *amoen. ac. ed. Schreb.* 8. *p.* 42. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 552. *Sv. Bot. t.* 641. *Flor. Dan. t.* 173. *Wahlenb. Vet. Ac Handl.* 1806. *p.* 62. *Kalm bohusl. p.* 65. *Fries halland. p.* 124. *Wahlb. gothob. p.* 75. *Videgren österg. p* 29. *Aspegr. blek. p* 56.

Hab. in montibus sive formationis junioris ut Thorsborg Gotlandiæ, Hunneberg et Halleberg Vestrogothiæ, Omberg et Charlottenborg nec non Marmorbruket juxta Bråviken Ostrogothiæ, va-

riisque locis Scaniæ ex. gr. Söderåsen, Kullaberg, — sive in littoralibus, ut inter Kungsbacka et Götheborg passim, ad Yxnerum Ostrogothiæ et Åkerö Sudermanniæ rarius, Blekingiæ quoque.

Stolonum radicalium folia subtus purpurascentia, qui color etiam in caulinis aliquantum remanet. Planta saepius sesquipedalis, sed tenuior quam praecedens, tota glaberrima. Inflorescentia latior subpaniculata; ramis patentibus; bracteis angustis. Flores flavi; petalis quatuor lineas longis.

849. HYPERICUM *pulchrum:* caule tereti, foliis subcordatis amplexicaulibus utrinque discoloribus creberrime pellucido-punctatis, calycibus margine glandulosis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1468. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 551. *Sv. Bot. t.* 536. *Fl. Dan. t.* 75. *Fries nov. p.* 56. *halland. p.* 124.

Hab. in scopulo marino supra Kungsbacka Hallandiæ borealis raro.

Planta saepe pedalis et ultra, sed tenuior quam omnes praecedentes; caule fere filiformi. Folia inferiora plerumque pulchre purpurea (unde nomen speciei), sed vix semiunciam longa, magis crassa et oleosa quam ceterorum. Neque bracteae nec calyces serrati, verum glandulis sessilibus praediti, obtusi. Flores minores; petalis flavis, extus rubicundis, sesquitertiam lineam longis.

850. HYPERICUM *humifusum:* caule subancipiti filiformi prostrato, foliis sublanceolatis pellucido-punctatis, floribus subcymosis, petalis calyce sesquilongioribus. *Linn. svec. n.* 681. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1461. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 549. *Flor. Dan. t.* 141.

Hab. in arvis humidis vel ad ripas arenosas paludum Scaniæ orientalis arenoso-campestris ad Maglehem, Degeberga, Gualöf etc. copiose; in adjacente regione ad Träne, Trullstorp paroeciæ V. Wram etc. parcius; in tractu arenoso medio ad Efverlöf rarissime (et olim inter Ystad et Trelleborg tantum solitarium): *Fries.*

Planta apud nos serotina post messem quaerenda incon-

spicua, in agris radice fere annua, sed in campis saepius perennante. Caules omnino fili tenuitatis, longitudine digiti. Folia quinque lineis non longiora. Flores pallidius flavi, minimi hujus generis (fere ut in Trientali); petalis sesquitertiam lineam longis. Styli semper reflexi (nec patentes ut in ceteris).

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

CONSPECTUS.

I. Sect. POLYGAMIA: *Ord. nat.* 45. *Compositae* (semen nudum).

1. ORD. POLYGAMIA AEQUALIS.

a. Corollulae planipetalae: ligula extrorsum versa: *β. Semiflosculosae.*

Pappus plumos. stipitatus. Cal. simpl. longe pyramidatus 304. TRAGOPOGON
subsessilis. Calyx basi imbricatus – 305. SCORZONERA
sessilis. Calyx duplex: exteriore laxo – 306. PICRIS
Papp. capillaris stipitat. Calycis squamae exteriores inaeq. 310. LEONTODON
Calyx cylindricus – – – – 309. LACTUCA
subsessilis. Cal. squam. patul. basi calyculatus 311. CREPIS
cylindricus subpentaph. 308. PRENANTHES
sessilis. Calyx basi ventricosus – – – 307. SONCHUS
Papp. rigidulus inf. plumos. paleis recept. interstinctus 312. HYPOCHAERIS
paleis nullis – – – – – 313. APARGIA
scaber sessilis. Calyx ovatus – – 314. HIERACIUM
Pappulus paleaceus vel coronaeformis. Calyx simplex – 315. HYOSERIS
duplex – 317. CICHORIUM
nullus. Calyx octophyllus – – – – – – 316. LAPSANA

b. Corollulae longe tubulosae intra Calycem ventricosum: *α. Capitatae.*

Calyx squamis apice hamatis. Pappus setaceus brevis – 318. ARCTIUM
inermibus adpressis – – – – – – 319. SERRATULA
spinula terminatis – – – – – – 320. CARDUUS
bracteis obvallatus. (Flos flavus) 321. CNICUS
spin. strictam exserentib. Recept. alveolat. 322. ONOPORDON
duplex. Receptaculum paleis spinescentibus – – 323. CARLINA

c. Corollulæ brev. tubulosæ (rarius radio præditæ) γ. *Discoideæ.*

Pappus 2-3-4-aristatus. Receptac. paleaceum. (Folia opposita) 324. Bidens
setaceus. Recept. nud. Cal. pauciflorus. (Fol. oppos.) 325. Eupatorium
ovatus - - - - 326. Chrysocoma

2. ORD. POLYGAMIA SUPERFLUA.

a.) γ. *Discoideae* v. Radio semper destitutæ.

Semina marginata - - - - - - - - - - - 327. Tanacetum
calva - - - - - - - - - - - - 328. Artemisia
pappo clavato vel setaceo - - - - - 329. Gnaphalium

b.) γ* *Radiatae* quamquam interdum radio obsoleto.

Papp. lanatus. Cal. simplici serie polyphyll. (Scapus radic.) 331. Tussilago
(Caul. folios.) 335. Cineraria
setaceus. Calyx basi squamis sphacelatis - - 332. Senecio
imbricatus. Radii subfilif. cærulei 330. Erigeron
lanceolati cærulei - 333. Aster
subseni flavi - - 334. Solidago
numerosi flavi. Antheræ bisetosæ 336. Inula
simpl. polyph. Radii c. filam. (Fol. opp.) 337. Arnica
Sem. calvesc. Cal. simp. squam. æqualib. (Pedunc. radical.) - 338. Bellis
imbric. squ. scarios. Recept. nud. 339. Chrysanthemum
herbac. Recept. nud. - 340. Matricaria
Recept. paleaceum. Radii numerosi 341. Anthemis
subquini 342. Achillea

3. ORD. POLYGAMIA FRUSTRANEA.

Radii corollulæ tubulosæ: limbo subæquali (α. Capitatæ) 343. Centaurea

4. ORD. POLYGAMIA NECESSARIA.

Cal. duplex: exterior pentaph. Papp. capillaris (γ. Discoideæ) 344. Filago

II. Sect. (5. ord.) MONOGAMIA (Caps. polysp.)

Calyx communis; proprius superus - - - - - - - 345. Jasione
superus quinquedentatus. Corolla monopet. inæqualis 346. Lobelia
inferus pentaphyllus. Petalum inf. calcaratum - - 347. Viola
diphyllus. Corolla tetrapetala - - - 348. Impatiens

ORD. 1. POLYGAMIA ÆQUALIS.

304. TRAGOPOGON.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1229. Juss. gen. p. 190. Gærtn. fr. 2. p. 368. t. 159.

Calyx simplex (nec imbricatus), subdecempartitus, lon-

ge pyramidatus. Receptaculum nudum, excavato-punctatum. Pappus stipitatus plumosus. — *Folia indivisa attenuata.*

851. TRAGOPOGON *pratensis:* foliis integerrimis basi dilatatis lineari-acuminatis carinatis margine subundulatis, pedunculis teretibus, calycibus corollæ ligulas subæquantibus. *Linn svec. n.* 648. *spec. pl. ed. Willd* 3. *p.* 1492. *Sv. Bot. t.* 146. *Flor. Dan.* 6. *t.* 906. *Samz. neric. p.* 57. *Wahlenb. ups. n.* 485. *Fries nov. p.* 94.

* undulatus: foliis undulatis. *Fries nov. p.* 56.

β suberadiatus: foliis brevibus strictis. *Fries l. c. p.* 95. T. major *Jacqu. austr. t.* 29

* minor: foliis attenuatis flaccidis. *Miller. Fries l. c.*

Hab. in pratis apricis et ruderatis per regiones magis campestres a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Uplandiam frequenter; β Scaniæ ad Bosjökloster, β * ad Lund copiosius.

Radix perennis, fusiformis, Svecis *Hafrerot* v. *Salsofi.* Planta glaberrima, nonnihil glaucescens, circiter bipedalis, stricta, pauciflora. Flores in ramis solitarii, duos pollices lati, saturate flavi. — In meridionalibus siccioribus ad radicem magis luxuriat, foliis tenuioribus curvatis, floribus magis solitariis, minoribus, radiis praecipue brevioribus vel nullis.

505. SCORZONERA.

Linn gen. ed. Schr. n. 1230. *Juss. gen. p.* 190. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 367. *t.* 159.

Calyx polyphyllus, basi imbricatus; squamis margine scariosis. Receptaculum nudum. Pappus subsessilis, plumosus. — *Folia indivisa petiolata.*

852. SCORZONERA *humilis:* caule subnudo unifloro (superne lanato). foliis radicalibus nervosis planis oblongo-lanceolatis. *Linn. svec. n.* 685. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1499. *it. scan. p.* 50 154. 151. 155. 248. 286. *vestrog. p.* 25. 52. 59. 64. 74. 92. 93. *oel. p.* 47. 61. 115. (56.) *am. ac.* 8. *p.* 42. 102. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 205. *Sv. Bot. t.* 212. *Flor. Dan. t.* 816. *Samz neric. p.* 58. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 62. *ups. n.* 486. *Carls. strengn. p.* 44.

β. altior, tota glabra, foliis angustioribus. *Fries halland. p.* 125 *Flor. Dan. t.* 1653.
Hab in pratis depressis a Scania ad Bahusiam, Daliam, Vermlandiam infimam, Nericiam, Vestmanniam ferrimontanam et Gotlandiam frequenter; sed raro prope lacum Mälaren ad Upsaliam usque.

Radix perennis, fusiformis, sed flexuosa extusque fusca unde Scanis *Ringormarot*, aliis *Svinrot* Folia radicalia petiolata interdum pollicem lata, sed caulina vix nisi bracteae caule pedali angustiores. Flos vix minor quam in praecedente, pallide flavus.

306. PICRIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1231. *Juss. gen. p.* 190. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 366. *t.* 159.

Calyx duplex: interior polyphyllus æqualis ovatus; exterior laxus inæqualis. Receptaculum inter alveolos marginatum. Pappus sessilis, plumosus: radiis æqualibus barbatis. — *Folia (divisa) totaque planta aspera.*

853. PICRIS *Hieracioides*: caule superne cymoso glochidato-hispido, calyce exteriore patulo, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis. *Linn. svec. n.* 686. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1556. *Flor. Dan. t.* 1522. *Leche Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 279. *scan. p.* 15. *n.* 62. *Rosén scan. p.* 41. *n.* 31. *Retz. oec. p.* 500.

β. caule vix ramoso. *Rosén l. c. p.* 42.
Hab. in limitibus agrorum et ad vias solo arenoso Scaniæ campestris meridionalis passim, ut ad O.s-lunda (Jur. Ingelsta), Svarteskog prope Ystad, Krageholm. Skabersjögård, Osbyholm ad Ringsjön, Ramlösa, Rydaskog, supra Rörum etc. copiose.

Radix perennis. Caules saepe quadripedales, valde stricti immo rigidi. Folia sinuato-dentata (sed apud nos non laciniata), rarius plus quam unciam lata. Calycis squamae carinatae, immo interiores naviculares semina extima curvata excipientes: carina nigro-hispida. Flores plus quam unciam lati, lutei, aestivales. Pappus densus, albissimus, mollis, semine duplo longior.

307. SONCHUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1233. Juss. gen. p. 189. Gærtn. fr. 2. p. 359. t. 158.

Calyx polyphyllus, imbricatus, basi ventricosus, demum sursum conice connivens. Receptaculum nudum. Pappus sessilis, capillaris, tenuissimus. — *Plantae succosae: floribus majoribus* 1) *flavis n.* 854-856. 2) *caeruleis n.* 857. 858.

854. SONCHUS *palustris:* pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis basi sagittatis runcinatis. *Linn. spec. ed. Willden.* 3. *p.* 1512. *Flor. Dan. t.* 1109. *Fries nov. p.* 119.

Hab. ad sinum maris, Saxaviken dictum, Scaniam Blekingiamque distingventem in peninsula prædio Valjö opposita inter lapides fruticesque ipsius litoris marini.

Radix perennis caespitosa. Planta spectabilis, orgyalis, quod ad maximam partem glaberrima, immo glaucescens. Flores numerosi, sed minores pallidioresque quam in sequente.

855. SONCHUS *arvensis:* pedunculis calycibusque glanduloso-hispidis subumbellatis, foliis basi cordatis obtuse pinnatifidis dentato-hispidis, radice repente. *Linn. svec. n.* 687. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1512. *it. vestrog. p.* 224. *Flor. Dan. t.* 606. *Kalm bohusl. p.* 138. 141. *Samz. neric. p.* 58.

β. maritimus: pedunculis paucioribus lævioribus, foliis retrorsum arguteque runcinatis dentatisque. S. maritimus *Linn. am. ac.* 8. *p.* 102. 103. *Celsii Vet. Ac. Handl.* 1740. *p.* 308. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 186.

Hab. in arvis et ad agros a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam, Nericiam et Helsingiam frequenter, etiam Angermanniam ad Fjellsjö et Lesjö passim; *β* in maritimis præcipue Roslagiæ.

Radix perennis, carnosa. Caulis interdum quadripedalis strictus; inflorescentia pauciflora glandulosa, unde Svecis *Fet-Tistel.* Flores maximi hujus generis saltem bipollicaris latitudinis, flavo-nitentes.

856. SONCHUS *oleraceus:* pedunculis primum albotomentosis: calycibus demum glabrescentibus, foliis

amplexicaulibus dentatis runcinatis indivisisve. *Linn. svec. n.* 688. α. β. *spec pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1514. *n.* 17. α β *Fl. Dan. t.* 682. (runcin.) *Wahlenb. lapp. n.* 556.

β. asper: dentibus foliorum pungentibus. *Linn. l. c.* γ. δ. *Flor. Dan. t.* 843.

Hab. solo pingviori culto et ruderato fere totius Sveciæ, Lapponia vix excepta, ubique.

Radix annua. Herba divisione foliorum et asperitie laciniarum valde varians, sed semper eximie lactescens et succosa Svecis *MjölkTistel*, *VattenTistel*, *SkråfTistel* etc. Pedunculi lanugine alba mox decidua. Flores lutei, minores, vix latitudine digiti medii.

857. SONCHUS *alpinus:* racemo simplici hirto bracteato pedicellisque bracteolatis, foliis basi sagittatis sursum lyratis: lobo extimo maximo triangulari. *Linn. svec. n.* 689. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1519. *Fl. Dan. t.* 182. *Sv. Bot. t.* 657. *Wahlenb. lapp. n.* 557. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Hisinger herjed. p.* 52.

Hab. locis umbrosis pingvioribus subhumidis in radicibus totius alpini jugi usque ad Transtrand Dalekarliæ frequenter; descendens quoque Medelpadiæ et Angermanniæ ad Bjertrå usque passim.

Radix perennis, carnosa, ramosa. Planta post n. 1. altissima hujus generis, quadripedalis et ultra, Medelpadis *Mjölkstut*, Jemtlandis *Tort* s. *Torta* (forsan quasi stercorea sec. Ihre gloss. p. 927. 90.) Folia basi angusta, sed extrorsum saepe plus quam spithamam lata, subtus glaucescentia. Flores caerulei.

858. SONCHUS *sibericus:* pedunculis glabris squamosis subcorymbosis, foliis sessilibus lanceolatis denticulatis; radicalibus subruncinatis. *Linn. svec. n.* 690. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1522. *Gmel. sib.* 2. *p.* 11. *t.* 5 *Wahlenb. lapp. n.* 558. *Deinboll in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126.

Hab. in nemoribus subhumidis juxta flumina per partem sylvaticam supremam Lapponiæ Kemensis, ut inter regionem Fælles et Enare frequenter, ad Ivalojoki parcius: nec non Lapponiæ Tornen-

sis circa Jukkasjärvi etc. rarius; — ceterum non nisi ad oram Angermanniæ prope Stigsjö ad Mjellån, Medelpadiæ ad Silje quasi e Finlandia adventitius,

Radix perennis, repens. Planta tota plerumque pedem alta, angusta. Folia digitum tantum lata; infima basi subamplectentia. Flores caerulei.

508. PRENANTHES.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1236. Juss. gen. p. 188. Chondrilla *Gærtn. fr. 2. p. 363. t. 158.*

Calyx cylindraceus, subpentaphyllus, subquinqueflorus, basi squamis paucis brevibus calyculatus. Receptaculum nudum. Pappus (subsessilis vel) in nostra specie breviter stipitatus, capillaris, mollis. — *Herbæ teneræ.*

859. PRENANTHES *muralis:* foliis runcinatis: lobo terminali quinquangulari. floribus paniculatis: flosculis quinis. *Linn. svec. n.* 692. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1543. *Flor. Dan. t.* 509.

Cicerbitula muralis *Wallroth sched. crit. p.* 436.

Hab. in umbrosis ad petras et rupes a Scania ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam prope Säter et Norrlandiam passim.

Radix perennis, subrepens. Planta laevissima, circiter tripedalis. Folia auriculis amplexicaulia, spithamaea. Panicula divergens; calycibus in toto ordine angustissimis, vix lineam crassis; flosculis flavis.

509. LACTUCA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1234. Juss. gen. p. 189. Gærtn. fr. 2. p. 361. t. 158.

Calyx cylindricus, imbricatus; squamis acuminatis, margine membranaceis. Receptaculum excavato-punctatum, glabrum. Pappus stipitatus, capillaris, mollissimus, fugax. — *Folia incisa, flores minuti paniculati.*

860. LACTUCA *Scariola:* foliis verticalibus runcinato-pinnatifidis acutis basi sagittatis carina cauleque aculeatis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1526. *Fl. Dan. t.* 1227. *Fries phys. sällsk. årsb.* 1825. *p.* 89. *nov. p.* 119.

L. sylvestris laciniata *Moris. hist.* 3. *p.* 58. *sect.* 7. *t.* 2. *f.* 17.

β. foliis minus profunde incisis.

L. virosa *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 186. *oec. p.* 548. (nec Linn. neque Woodvill t. 250).

Hab. in aggeribus et agris Scaniæ ex. gr. Lundini extra portam septentrionalem frequenter; β Calmariæ extra portam litoralem forsan adventitia.

Radix biennis videtur. Caulis saepe quadripedalis, valde virgatus, aculeolis pallidis exasperatus. Folia praecipue inferiora ultra medium divisa; laciniis deorsum falcatis, margine inferiore integris. Panicula composita, sed valde virgata. Flores serotini, quatuor lineas tantum lati, pallide lutei. Planta inodora (nec foetens ut *L. virosa* L).

310. LEONTODON.

Linn. gen. (partim). *Gærtn. fr.* 2. *p.* 363. *t.* 158. Taraxacum *Juss. gen. p.* 189.

Calyx polyphyllus; foliolis exterioribus reflexis aut patulis inæqualibus. Receptaculum nudum. Pappus stipitatus, capillaris. — *Herbæ pedunculis radicalibus fistulosis.*

861. LEONTODON *Taraxacum:* foliis runcinatis dentatis, squamis calycinis exterioribus reflexis. *Linn. svec. n.* 693. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1544. *Sv. Bot. t.* 4. *Flor. Dan. t.* 574. *Wahlenb. lapp. n.* 359. *Fries nov. p.* 37.

β. tenue: scapo subfiliformi deflexo, squamis calycinis erectiusculis paucioribus, foliis passim indivisis. *Linn. it. oel. p.* 62. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 62.
L. palustre *Smith Engl. Bot.* 8. *t.* 553. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 136. *Fl. Dan. t.* 1708.
L. lævigatum *Fries nov. p.* 13. 37.

γ. obliquum: foliis ad costam mediam usque divisis (v. pinnatis). *Aspegren bleking. p.* 57.
L. obliquum *Fries nov. p.* 14. 37.

Hab. in cultis, ad vias, agros per totam Sveciam, vix alpibus quidem altioribus exceptis, ubique; β. locis tum nimium humidis tum admodum siccis; γ. in ipso litore maris Scaniæ, Blekingiæ etc.

Radix perennis, subfusiformis, extus nigra. Folia tenuia,

laete viridia, eximie runcinato-dentata, unde Bahusiis *Hajtand.* Pedunculi radicales plerumque spithamaei; flore magno flavo Svecis *Smôrgubbar, Smôrblomster.* Receptacula demum restant *Munkhufvud* vel *Skallnacke* dicta. — In macris locis australioribus multifariam variat calyce erecto, foliis tum nimium indivisis tum divisis.

311. CREPIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1239. Juss. gen. p. 189. Gærtn. fr. 2. p. 364. t. 158.

Calyx polyphyllus, demum torulosus vetricosusque, basi squamis patulis pluribus calyculatus. Receptaculum nudum. Pappus subsessilis capillaris. — *Herbæ plerumque totæ annuæ, caule folioso.*

862. CREPIS *tectorum:* panicula calyceque pubescente oblongo, foliis lævibus sessilibus lanceolatis dentatis pinnatifidisve. *Linn. svec. n.* 705. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 1601. *Fl. Dan. t.* 501. (Leont. aut.) *Wahlenb. lapp. n.* 368

Hab. ad vias, ruderata, culta, in muris, tectis totius Sveciæ, Lapponia superiore tantum excepta, ubique.

Radix annua. Planta magnitudine et divisione valde varians, interdum bipedalis foliis pinnatifidis, sed locis sterilissimis vix pedalis foliis indivisis vixque dentatis. Panicula semper pubescens erecta, calyce angusto latitudine tantum duarum linearum, floribus pallide luteis semiuncia vix latioribus.

863. CREPIS *biennis:* pedunculis subcymosis patentibus calycibusque glabriusculis ovatis superne dorso asperulis, foliis scabris sessilibus runcinato-pinnatifidis. *Linn. svec. n.* 706. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1603. *it. scan. p.* 171. 209. 242. 245. 311. (C. scanensis) *Engl. Bot.* 5. *t.* 149. *Retz. obs. p.* 202. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766 *p.* 242.

Hab. in vallis et limitibus viarum agrorumque Scaniæ argillaceo-campestris extimæ et sublittoralis fere ubique, ex. gr. ad Cimbrishamn copiose, inter Ystad et Trelleborg frequenter, versus Malmö, ad Lund, Ramlösa ubique copiose; Hallandiæ meridionalis ad Halmstad raro.

Radix biennis. Caulis saepe tripedalis, strictus, ad angulos asperulus. Folia profundius divisa quam in praecedente; laciniis magis retrospicientibus. Pedunculi magis patentes. Calyx duplo crassior, ad basin crassitie fere digiti minimi; squamis nigricantibus. Flores majores fere unciam lati, flavi, aestivales.

312. HYPOCHÆRIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1246. Juss. gen. p. 191. Gærtn. fr. 2. p. 374. t. 160.

Calyx polyphyllus, imbricatus; foliolis valde inæqualibus. Receptaculum paleis deciduis membranaceis foliola calycina fere æquantibus. Pappus plumosus stipitatus in plerisque perennibus (*Achyrophorus Scop. Gærtn.*) n. 864. 865.; sed ad radium omnino sessilis in annuis n. 866. — *Herbae scapis paucifloris.*

864. HYPOCHÆRIS *maculata:* hirta, scapo solitario subbifloro, foliis oblongis dentatis indivisis. *Linn. svec. n.* 708. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1620. *it. scan. p.* 25. *Flor. Dan. t.* 149. *Wahlenb. ups. n.* 492. *lapp. n.* 369. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100 *Hagström jemtl. p.* 43.

Achyrophorus maculatus *Scopol.*

Hab. in pratis montosis soli expositis a Scania ad Vestmanniam superiorem, Dalecarliam omnem usque ad Boda et Osmundsberg, ac Uplandiam frequenter, dein rarius usque ad Lapponiam inferiorem, sed Jemtlandiæ copiosissima.

Radix perennis, crassa. Herba quoque longe crassior proximis, vere oleracea Svecis *Fruekål, Fibler, Mårrmjölk.* Folia radicalia terrae adpressa, saepe plus quam semipedalia, fusco-maculata. Scapus circiter bipedalis; pedunculis fere e medio latere patentibus, non nisi bractea angusta fulcratis. Flos ex maximis flavus, Smolandis *Oxögon*, Jemtlandis *Slåtterkulla.*

865. HYPOCHÆRIS *radicata:* foliis hirtis dentato-runcinatis obtusis, scapis glabris subbifloris versus calycem glabrum squamosis. *Linn. svec. n.* 709. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1622. *it. scan. p.* 225. 243. 257. *Flor. Dan. t.* 150. *Retz oec. p.* 524. *Fries halland. p.* 129. *Aspegren bleking. p.* 58.

Achyrophorus radicatus *Gaertn. fr.* 2. *p.* 370. *t.* 159. Hab. in pratis apricis subhumidis regionum littoralium provinciarum meridionalium frequenter, ut Scaniæ a Scanör versus Helsingborg et ab altera parte trans Ystad ad Cimbrishamn et Degeberga ubique, Hallandiæ usque ad Femsjö frequenter nec non Vestrogothiam proximam rarius, Blekingiæ littoralis ubique, Oelandiæ ad Ottenby etc.

Radix perennis, multiceps. Folia ultra medium divisa in lacinias retrospectantes. Scapi vix pedales, undique adscendentes. Calyx circiter quatuor lineas crassus, sed demum unciam longus, subcaesius. Flores plusquam unciam lati, aestivales, pallide lutei, sub radio caesii. Semina intermedia cum stipite et pappo omnino uncialia; paleis ejusdem longitudinis hyalinis intersepta.

866. HYPOCHÆRIS *glabra:* subglabra, foliis dentato-lyratis, scapis subramosis exsquameis, calycibus paucifloris elongatis: paleis calyce demum longioribus; pappo radii sessili. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1621. *Flor. Dan. t.* 424. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 189. *oec. p.* 324. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 24 *Fries halland. p.* 129. *Aspegr. blek. p.* 58. Hab. in arvis et agris secalinis arenosis ad oram occidentalem Scaniæ ex. gr Rydaskog, et præcipue Halandiæ ex. gr. ad Halmstad, Trönninge, Eldsberg etc. copiose, Smolandiæ adjacentis rarius, Blekingiæ occidentalis ad Norje, Skillinge etc. frequens.

Radix annua, ramosa. Folia crassiuscula vix digitum minorem lata, obscurius viridia, tam obtuse incisa ut fere lyrata. Scapi circiter spithamaei, valde juncei ut reliquae partes plantae. Calyx cylindraceus, crassitie tantum pennae gallinaceae, duas tertias unciae longus. Flores ad solstitium praecipue explicati, minuti, vix dimidiam unciam lati, flavi.

513. APARGIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1232. Leontodon *Juss. gen. p.* 190.
Virea *Gærtn. fr.* 2. *p.* 365. *t.* 159.

Calyx polyphyllus, basi imbricatus vel squamis angustis inæqualibus subcalyculatus. Receptaculum nu-

diusculum. Pappus subsessilis, rigidulus, plumosus. — *Herbæ radice perenni, scapis nudis uni- vel paucifloris tenuibus.*

867. APARGIA *autumnalis:* scapis declinatis glabris ramosis: ramis unifloris superne squamosis in calycem basi angustatum abeuntibus, foliis glabriusculis lanceolatis subruncinatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1550. *Sv. Bot. t.* 642. *Engl. Bot.* 12. *t.* 830. *Wahlenb. lapp. n.* 361.

Leontodon autumnale *Linn. svec. n.* 695. *it. scan. p.* 225. 240. (chondrilloides).

* salina: scapo subunifloro, foliis indivisis leviter dentatis. *Aspegren bleking p.* 57.

β. asperior: calycibus nigro-hirsutis. *Wahlenb. l. c. Fries halland. p.* 126.

* uniflora, pumila, foliis minus divisis.

A. Taraxaci *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 134. 153. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 108.

Hieracium Leontodontis. *Linn. faun. svec. app. p.* 558.

Hab. in pratis et pascuis præcipue ad semitas per totam Sveciam usque ad Lapponiam inferiorem ubique frequenter; β præcipue ad mare Nordlandiæ Norvegicæ et Hallandiæ; denique β* in montanis Smolandiæ occidentalis, Jemtlandiæ, alpibus Lapponiæ Pitensis etc. passim.

Folia satis tenuia et laxa, saepius etiam divisa in lacinias lineares squarrosas, sed interdum praecipue prope scapos indivisa oblonga et tantum dentata. Scapi vix pedales adscendentes circiter triflori; floribus inferioribus serioribus usque ad aequinoctium, unde Angermannis *Staduflur.* Calyx etiam in media Svecia saepe asperulus, quae asperities in subalpinis augetur usque dum in summis alpibus praecipue australioribus nigro-hirsutus fiat calyx in scapo unifloro sursum incrassato etc.

868. APARGIA *hispida:* scapo unifloro exsquameo calyceque basi ovato (hirto), foliis (furcatim hirtis) oblongatis runcinatis; dentibus apice callosis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1552. *Flor. Dan. t.* 862. *Sv.*

Bot. t. 643. *Fries halland. p.* 126. *Wahlb. gothob. p.* 76. *Aspegren bleking. p.* 57.
Leontodon hispidum *Linn. svec. n.* 694. *it. vestrog. p.* (14.) 39. 62. 92. *scan. p.* 115. 157. 243. 311. *am. ac.* 8. *p.* 102. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 203. *Samz. neric. p.* 58.
A. hastilis β *Schrad.*

β. undique glabrescens. *Fries nov. p.* 104.
A. hastilis *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1548. *Jacqu. austr. t.* 164. (Leont.) *Gærtn. fr.* 2. *p.* 365. (Virea). *Fries nov. p.* 56.

Hab. in pratis collinis asperis elevatis supra formationem transitionis provinciarum intermediarum, ut: Nericiæ ad Skävid paroeciæ Wiby, in Snaflunda etc. Ostrogothiæ ad Gärsta, Sjökumla, Vadstena etc. Vestrogothiæ ad Billingen, Ålleberg, Mösseberg, Kinnekulle satis frequenter, Scaniæ campestris fere ubique; — ceterum in meridionalibus provinciis granitoideis a Blekingia et Scania ad Götheborg et per totam Smolandiam ad Jönköping passim. β. in fagetis humidis inter Krageholm et Snogeholm Scaniæ, ad Sperlingholm Hallandiæ nec non (propius ad A. hispidam accedens) in paroecia Fryeled Smolandiæ.

Folia in parciores, latiores et breviores lacinias secta quam praecedentis, etiam crassiora ut tota planta. Scapi semper uniflori, rigidiores, plerumque semipedales. Calyx crassior fere digitum minimum latus. Flos unciam et tres lineas latus, fulvescens, ideoque spectabilior quam affinium. — β non differt nisi glabritie et tenuitate.

314. HIERACIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1238. *Juss. gen. p.* 189. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 360. *t.* 158.

Calyx polyphyllus, ovatus, imbricatus squamis inæqualibus. Receptaculum scabriusculum. Semina brevia subturbinata. Pappus sessilis rigidulus, setaceus, scaber. — *Herbae radicibus perennibus, floribus flavis;* 1) *scapo subnudo n.* 869-873. 2) *caule uni- vel bifolio; foliis subpetiolatis n.* 874. 875. 3) *caule multifolio; foliis sessilibus amplexicaulibusve n.* 876-879.

869. HIERACIUM *alpinum:* scapo unifloro subnudo calyceque villosissimo inferne laxo, foliis oblongis integris dentatisve petiolatis villosis. *Linn. svec. n.* 696. (*spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1561. var.) *Sv. Bot. t.* 644. *Flor. Dan. t.* 27. var. parvifl. *Wahlenb. lapp. n.* 562. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p* 103 104. — 1818. *p.* 134. 151. *Hising. herj. p.* 52.

Hab. in campis elatis sterilibus omnium alpium et regionum subalpinarum à Hemfjället prope Transtrand Dalecarliæ usque ad summam Lapponiam ubique.

Planta villo plerumque duas lineas longo umbrino-fulvescente obtecta, florens saepe tantum digitalis, sed fructificans interdum pedem alta. Folia radicalia utplurimum tantum semiunciam lata et integra, sed interdum latiora et dentata; caulina rarius nisi bracteae caule vix latiores. Flos fere maximus hujus generis, circiter octo lineas longus, ut in plerisque pallide luteus.

870. HIERACIUM *Pilosella:* scapo unifloro calyceque hirto, stolonibus repentibus, foliis integerrimis ellipticis subtus albido-squamulosis. *Linn. svec. n.* 698. *spec. pl. ed. Willden.* 3 *p.* 1563. *Sv. Bot. t.* 458. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1110. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100.

Hab. in pascuis sterilissimis siccissimis magis campestribus à Scania usque ad Umeå Vestrobotniæ et Jemtlandiam passim.

Omnium maxime serpit stolonibus suis; folia minora uncia vix unquam longiora, subtus nivea, supra viridia, Svecis *Musöron.* Pedunculus radicalis eo tenuior, plerumque digito brevior. Flos sulphureus; ligulae extus fasciis croceis concinne pictae.

871. HIERACIUM *Auricula:* scapo subunifolio paucifloro, stolonibus repentibus, foliis integerrimis lanceolatis subtus glaucescentibus glabriusculis. *Linn. svec. n* 699. *Flor. Dan. t.* 1111. *Wahlenb. lapp. n.* 563

β. majus: scapo subumbellato. *Wahlenb. ups. n.*

γ. collinum: superne subvillosum, foliis concoloribus. H. collinum *Fries nov. p* 74.

Hab in pratis et pascuis fere totius Sveciæ scil. a Scania ad Lapponiam inferiorem frequenter; γ præsertim in Calmariensi regione.

Planta valde mutabilis, mense florescentiae optima et minor, foliis tantum ad basin ciliatis, scapis circiter trifloris spithamaeis; sed seriore aestate stolones saepe scapiferi, foliis ubique ciliatis vix glaucescentibus, scapis pedalibus, varie divisis multifloris. Flores semper minores quam in plerisque ceteris, utrinque flavi.

872. HIERACIUM *dubium:* scapo unifolio umbellato divergenter pilosulo stellulatimque pubescente, foliis integerrimis lanceolatis omnibus caespitosis. *Linn. svec. n.* 698. *Wahlenb. ups. n.* 496. *Flor. Dan. t.* 1044. *Forsand. veg. scan. p* 8.

H. cymosum *Fries nov. p.* 74. *α. β. δ. ε.*

H. fallax *Willden. enum. hort. ber. p.* 822. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 188.

β. inferne villosum, scapo magis folioso. *Fries l. c. γ. Aspegren blek. p.* 57. *n.* 587. *β. Fl. Dan. t.* 810.

Hab. in pratis siccioribus Sveciæ orientalis a Blekingia, Gotlandia, Ostrogothia et Uplandia usque ad Vermlandiam Vestmanniamque ferrimontanam et Dalecarliam ad Ore passim; demum etiam Jemtlandiæ, Vestrobottniæ ad Skellefteå et Lapponiæ Pitensis ad Itsak; *β* in siccissimis Oelandiæ frequenter, Blekingiæ raro.

Planta non sine dubio distingvenda a praecedente defectu stolonum verorum, foliis saepe spithamam longis, eximie ciliatis, utrinque obscurius viridibus, scapis sesquipedalibus praecipue basi hirtis, umbella saepe vigintiflora, — et ab extraneo H. cymoso L. scapo basi non tam multifolio, pilis non ita erectis in basi flavescenti insidentibus, colore obscuriore. Sed formae intermediae numerosae. Vermlandis *Hundfötter.*

873. HIERACIUM *præmorsum:* scapo nudo thyrsifloro: floribus superioribus præcocioribus, foliis ovalibus dentatis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 700. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1568. *amoen. ac.* 8. *p.* 102.

Fl. Dan. t. 942. *Gmel. sib.* 2. *p.* 32. *t.* 13. *f.* 2. *Retz. oec. p.* 297. (*Fries hall. p.* 127. obs.) *Ahlqu. runst. p.* 26.
Hab. in pratis apricis præcipue margaceis Sveciæ orientalis a Scania et Gotlandia per Sudermanniam ad Uplandiam et Nericiam satis frequenter; ceterum vix nisi in montibus transitionis Vestrogothiæ copiose, Ostrogothiæ, et Dalecarliæ ad Boda capell rarius.

Radix ob brevitatem quasi praemorsa et tota planta distinctissima generis sui, pubescentia tantum tenui canescente. Folia anguste petiolata, sesquipollicem lata. Scapus omnino nudus, sine minimo foliolo, saepe sesqnipedalis. Thyrsus longitudine digiti minimi, ad solstitium florens luteus.

874 HIERACIUM *pellucidum*: caule fistuloso paucifolio; foliis caulinis longe petiolatis ovatis glandulose dentatis pellucido-punctatis; radicalibus infimis subcordatis, calycibus tenuibus sparsis glandulosis.
β. foliis caulinis pluribus basi magis attenuatis.
H. diaphanum *Fries nov. p* 75. 106. (*hall. p.* 128).
γ. minus: rigidius. H. murorum *Fries hall. p.* 127.
Hab. in sylvis abiegnis ad radices umbrosissimas succosas montium per regiones interiores, ut Angermanniæ supremæ ad Tåsjöberget (*Læstadius*); β Smolandiæ orientalis in paroecia Helleberga ad diversorium Villköl; γ Smolandiæ occidentalis in paroecia Femsjö ad Älmås rarius.

Radix non parum repens et planta tota magis extensa et gracilis quam affines. Folia radicalia exteriora omnino cordata et integerrima, subtus rubicunda; interiora basi saepe laciniata; caulinum plerumque tantum unicum, maxime tenue, adeo ut puncta non pauca pellucentia. Caulis pedalis vel paullo ultra. Pedunculi florum plerumque divergunt.

875. HIERACIUM *murorum*: caule paucifolio: foliis caulinis subpetiolatis; radicalibus subovatis dentatis, calycibus tenuibus sparsis glabriusculis. *Linn. svec. n.* 701. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1577. *it. vestrog. p.* 23. 31. 39. 257. *scan. p.* 280.
H. vulgatum *Fries nov. p.* 76.
β. ambiguum: foliis caulinis sessilibus basi attenuatis. *Ehrh. beitr.* 5. *p.* 178.

H. sylvaticum *Flor. Dan. t.* 1113.
Hab. in sylvis ad rupes totius Sveciæ ubique.

Radix magis brevis et subnodosa. Planta tota rigidior et minor, plerumque vix pedalis. Folia caulina minora et crassiora. Calyx fere isdem: foliolis tenuioribus quam sequentium.

876. HIERACIUM *sylvaticum:* caule multifolio hirto paniculato; pedunculis tomentosis, foliis lanceolatis basi subamplexicaulibus sinuato-dentatis hirtis. *Wahlenb. lapp. n.* 565. *Zetterst. res.* 2. *p.* 108. 131.
β. glabrius: præcipue superne.
* ramosum: caule magis ramoso.
H ramosum *Kitaib. hung* 3. *p.* 240. *t.* 216.
H. sabaudum *Linn. svec. n.* 703. *it. scan. p.* 304. (nec spec. pl.). *Fl. Dan. t.* 872. *Fries hall. p.* 128.
H. boreale *Horneman plant.* 3. *p.* 821.
γ. rigens: foliis oblongis utrinque grosse tridentatis.
H. rigidum *Wahlb. gothob. p.* 76.
Hab. in sylvis maxime desertis ad fluvios Lapponiæ frequenter, Angermanniæ interioris ex. gr. ad Långsele; *β* in Angermannia inferiore, Dalecarlia ad lacum Ore etc. *β** in montosis Sveciæ occidentalis ex. gr. Vestrogothiæ; etiam Roslagiæ; *γ* in maritimis occidentalibus ex. gr. Gothoburgi.

Majus et firmius omnibus affinibus, saepe tripedalis. Forma primaria nostra quoque asperior in caule et ad bases foliorum, sed non tam pulchre ciliata ac insequens species.

877. HIERACIUM *prenanthoides:* caule multifolio hirto subracemifero, foliis basi cordata amplexicaulibus grosse dentatis ciliatis. *Villars delph.* 3. *p.* 108. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1590. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 154. 150. — 1814. *p.* 100. (sylvaticum).
H. spicatum *Allion. pedem. n.* 795. *t.* 27. *f.* 1. 3.
Hab. in latere graminoso septentrionali-occidentali trans puteum petrolei montis calcarei transitionis Osmundsberg Dalecarliæ non parce, etiam Jemtlandiæ rarius.

Herba longe gracilior et gentilioris habitus nec non superne simplicior quam praecedens, unde Prenanthi cui-

dam comparata. Caulis penna columbina vix crassior, sesquipedalis. Folia omnia distincte ciliata, ceterum fere glabra et subtus glaucescentia; in medio caule e lata amplexicauli basi sensim angustata.

878. HIERACIUM *paludosum:* caule multifolio paniculato glabro, foliis superioribus cordatis amplexicaulibus dentatis; infimis petiolatis basi runcinatis, calycibus hispidis. *Linn. svec. n.* 702. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1579. *it. vestrog p.* 32. 59. 64. *Flor. Dan.* 6. *t.* 928. *Wahlenb. lapp. n.* 366. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlb. gothob. p.* 76. *Fries halland. p.* 129. *Videgr. österg. p.* 31.

Hab. in pratis paludosis sylvaticis regionum montosarum præcipue Sveciæ occidentalis passim, ut Lapponiæ meridionalis, Jemtlandiæ, Dalecarliæ ad Säter, Osmundsberg etc. Vestrogothiæ inprimis ad Kinnekulle et Billingen frequenter. Bahusiæ, Hallandiæ, Nericiæ ad Lerbäck, Uplandiæ ad Jumkil, Mehede etc. Ostrogothiæ ex. gr. ad Motala, Slaka, Medevi, Omberg copiosissime; Scaniæ saltim orientalis ubique.

Herba tota glaberrima omnium hujus generis, fere oleracea, saepe tripedalis; foliis saepius biuncialis latitudinis. Calyx setulis nigris eximie nigrescit. Flosculi lutei serotini.

879. HIERACIUM *umbellatum:* caule multifolio umbellifero: foliis sublinearibus denticulatis scabriusculis sessilibus. *Linn. svec. n.* 704. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1591. *it. scan. p.* 147. 342. *Sv. Bot. t.* 425. *Flor. Dan. t.* 680. *Wahlenb. lapp. n.* 367.

Hab. in pascuis siccis sylvaticis totius Sveciæ quousque sylvæ existunt frequenter.

Caulis strictus circiter bipedalis; sed folia angusta eximie patent et praecipue umbellae circiter septemflorae pedunculi divergunt. Calyx quoque squarrosus glaber; foliolis latioribus magis nigricantibus ut in tota sectione a n. 876. Flosculi flavi serotini.

315. HYOSERIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1242. *Juss. gen. p.* 189.
Arnoseris *Gærtn. fr.* 2. *p.* 355. *t.* 147.

Calyx simplex polyphyllus; squamis æqualibus cari-

nato-alatis. Semina præcipue extima (vel paleis paucis terminata vel) in nostra specie minimâ tantum marginata coronâ pentagonâ. — *Herba scapigera, foliis radicalibus.*

880. HYOSERIS *minima*: scapis nudis subtrifloris: pedunculis fistuloso-clavatis, foliis obovatis dentatis. *Linn. svec. n.* 707. *it. gotl. p.* 165. *scan. p.* 277. *Fl. Dan. t.* 201. *Leche scan. p.* 16. *n.* 65. *Fries halland. p.* 129. *Forsander veg. scan. p.* 16. *Aspegren bleking. p.* 58.

Lapsana pusilla *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1623.

Hab. in arenosis ruderatisque provinciarum littoralium extimarum meridionalium rarius, ut Gotlandiæ in Wisby, Blekingiæ extimæ ad Christianopel et Norje copiose, sed parcius Scaniæ interioris ad Simontorp paullo versus Efveröd loco Björket dicto ad molam, Hallandiæ ad Hasslöf etc.

Radix annua, ramosa. Folia radicalia lingulato-obovata, grosse dentata, digitum medium lata, pubescenti-asperula, ad medium costa pallidiore. Scapi interdum fere pedales, inferne crassitie tantum fili et purpurei, superne sensim incrassati demumque penna columbina crassiores, ibique virides ramosi. Calyx denique latior quam longus, magnitudine fere pisi. Flores ante solstitium expansi, calyce vix duplo latiores, intus lutescenti-citrini.

316. LAPSANA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1247. *Juss. gen. p.* 188. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 353. *t.* 157.

Calyx squamis cymbiformibus octogonus, basi squamulis brevissimis stipatus. Semina calva apice punctiformi (nec ullo modo coronato). — *Herba caule ramoso folioso, neutiquam lactescens.*

881. LAPSANA *communis*: caule paniculato, foliis ovatis angulato-dentatis petiolatis: radicalibus lyratis. *Linn. svec. n.* 710. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1624. *it.* (*vestrog. p.* 238.) *scan. p.* 422. *Flor. Dan. t.* 500.

Hab. in cultis Sveciæ temperatioris usque ad Verm-

landiam et Angermanniam meridionalem inferiorem frequenter, ex. gr. ad Arnäs (*Læstadius*).

Radix annua. Planta plerumque bipedalis, tota fere glabra, Svecis *Harekål* vel *Tomtört*. Flores ex minimis hujus ordinis, lutei.

317. CICHORIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1251. Juss. gen. p. 191. Gærtn. fr. 2. p. 357. t. 157.

Calyx duplex: exterioris squamæ quinque erectæ; interioris octo elongatæ, demum supra medium reflexæ. Semina margine multipartito coronata. — *Flores axillares cœrulei.*

882. CICHORIUM *Intybus*: floribus axillaribus geminis rameis subsessilibus, foliis runcinatis, caule inferne simplici. *Linn. svec. n.* 711. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1628. *it. scan. p.* 115. 162. 178. 207. 268. 395. 400. *oel. p.* 61. 77. 101. 127. *gotl. p.* 164. 225. 247. 253. *Sv. Bot. t.* 56. *Flor. Dan. t.* 907.

Hab. ad viarum agrorumque margines supra formationem transitionis in Scania campestri ubique (sed jamdudum Helsingburgi rarescens), Oelandia et Gotlandia frequenter.

Radix biennis. Folia prope radicem profunde runcinata, amplexicaulia. Caulis inferne ubi inseruntur folia simplicissimus, sed dein paniculatim dividitur, totus plerumque quadripedalis. Flores insignes sesquipollicem lati, cyanei, aestivales. Scanis *Blåbinkegrås* vel *BlåJernört*, Svecis *Vågvårda.*

318. ARCTIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1253. Lappa *Juss. gen. p. 193. Gærtn. fr. 2. p. 379. t. 162.*

Calyx demum totus decidens, globosus, imbricatus; squamis omnibus linearibus in spinas hamatas desinentibus. Receptaculum setoso-paleaceum. Pappus setosus brevis. — *Herbæ foliis maximis indivisis inermibus, petiolis amplexicaulibus.*

883. ARCTIUM *Lappa*: foliis cordatis denticulatis, floribus subcorymbosis, calycis spinis glabriusculis flosculos æquantibus. *Linn. svec. n.* 712. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1631.

* major: floribus fastigiatis solitariis, calycis spinis glaberrimis limbo flosculorum longioribus.
L major *Decand. fl. fr. n.* 3011. *Fries nov. p.* 119.
β. Bardana s. tomentosa: calycis spinis lana intertextis limbo flosculorum brevioribus. *Linn. l. c. Sv. Bot. t.* 63. (Lappa) *Flor. Dan. t.* 642.
A. Bardana *Willd. l. c. p.* 632. *Wahlenb. ups. n* 503.
Hab. α (intermedia) ad agros, * in nemoribus sylvisque, β (minor) in hortis ruderatisque, per Sveciam usque ad Uplandiam, Vestmanniam et Vermlandiam inferiorem frequenter; dein prope mare rarius ad Arnäs Angermanniæ (*Læstadius*).

Radix biennis subfusiformis, Svecis *Guktrot.* Folia radicalia ultra pedem longa lataque, quo majora eo magis dentata. Caulis in β minore circiter bipedalis magis divergens in α* majore saepe quadripedalis erectior. Calyx spinis in α* semiunciam longis viridibus, sed in β vix tres lineas emetientibus introrsum coloratis, Svecis *Borrar, Karborrar, Töflor* etc. Flosculi in majoribus rubicundi, in β saturatius violacei.

319. SERRATULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1264. *Juss. gen. p.* 195. *Gærtn. fr.* 2. *p* 379. *t.* 162.

Calyx subcylindricus, imbricatus: squamis inermibus adpressis. Receptaculum setosum. Pappus setaceus denticulatus in n. 884 plumosus in n. 885. 886. — *Herbæ radicibus perennibus, foliis plus minusve divisis vix decurrentibus.*

884. SERRATULA *tinctoria:* foliis inermibus basi pinnatifidis: lacinia terminali maxima argute dentata, floribus cymosis. *Linn. svec. n.* 713. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1638. *it. scan. p.* 201. 277. 281. *oel. p.* 47. 124. *vestrog. p.* 110. *Sv. Bot. t.* 170. *Fl. Dan. t.* 281. *Fries hall. p.* 130. *Wahlenb. ups. n.* 504. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.
Hab. in pratis subuliginosis campestribus provinciarum meridionali-orientalium ab Hallandia per Scaniam, Oelandiam, Gotlandiam meridionalem, Ostrogothiam inferiorem, Sudermanniam prope Mälaren usque ad Upsaliam passim copiose.

Folia radicalia extima saepe indivisa; caulina suprema tota pinnatifida; Svecis *Ångskåra*, *Skåra* etc. Caulis saepius bipedalis gracilis. Calyx turbinatus, coloratus. Flosculi rubro-violacei, serotini. Pappus fulvescens.

885. SERRATULA *alpina:* foliis inermibus indivisis subdentatis; superioribus subtus lanatis, floribus cymosis. *Linn. svec. n.* 714. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1641. *Flor. Dan. t.* 37. *Wahlenb. lapp. n.* 370. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Hisinger herjed. p.* 14. 51. 52.

Heterotrichum alpinum *Link enum.* 2. *p.* 298.

Hab. locis humidis suboccultis per alpium latera inferiora et radices adjacentesque sylvaticas regiones a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequenter; descendens rarius Vestrobotniæ ad Skellefteå.

Planta facile dignoscenda mollitie omnium partium ut etiam lanugine quadam in plerisque cum insigniter plumoso pappo, sed magnitudine et latitudine admodum variat. Sunt exemplaria foliis fere gramineis et calyce tantum duas lineas lato, alia autem foliis latitudine digiti vel plus quam pollicis et calyce fere digitum minimum crasso. Calycis squamae semper adpressae, obtusae, margine fuscescente. Flosculi eleganter violacei.

886. SERRATULA *arvensis:* foliis spinulosis dentato-pinnatifidis squarrosis, caule paniculato. *Linn. svec. n.* 715. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1646. *Flor. Dan. t.* 644. *Bjerkand. Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 87.

Hab. in agris et cultis Sveciæ usque ad Dalecarliam superiorem ex. gr. ad Boda, Ore et Angermanniam summam frequenter; etiam Lapponiæ Åselensis ad Vålgsjö passim (*Læstadius*).

Herba bipedalis et ultra Svecis *Åkertistel*. Folia summa et infima tantum dentata parum decurrentia. Calyx florens basi ovatus. Flosculi dilute violacei, tenues.

320. CARDUUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1254. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 377. *t.* 162. et Cirsium *p.* 383. *t.* 163.

Calyx ventricosus imbricatus; squamis superioribus pa-

tentibus, spina spinulave terminatis. Receptaculum setosum. Pappus deciduus: in 1) *Carduo Gærtn.* — *n.* 887-889 *radicibus annuis biennibusve* setaceus dentatusque; in 2) *Cirsio Gœrtn.* — *n.* 890-895. *radicibus magis perennantibus* plumosus. — *Herbæ foliis divisis plerumque spinulosis et decurrentibus, floribus cœruleis.*

887. CARDUUS *nutans:* foliis interrupte decurrentibus glabriusculis spinosis, floribus nutantibus: spinis calycinis dilatatis divergentibus radiantibusque. *Linn. svec. n.* 717. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1648. *it. oel. p.* 157. *gotl. p.* 292. 293. *Flor. Dan. t.* 675. *Leche scan. p.* 26. *n.* 45. *Wahlenb. ups. n.* 506. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. (*Carls. strengn. p.* 46. acanth?).

Hab. in ruderatis elatis campestribus Sveciæ orientalis mediæ rarius, uti Oelandiæ ad Hornsladugård, Gotlandiæ in Wisby, Roma etc. Upsaliæ copiose, Gevaliæ raro; ceterum ad Marstrand (*Wahlberg*).

Caulis firmus saepe bipedalis. Folia tantum costis et venis subtus villosulis; laciniis valde divergentibus. Calyx major quam in sequentibus omnibus, saepe bipollicaris latitudinis; spinis ad basin fere duas lineas latis, circa florem quasi radium non parum purpurascentem constituentibus. Svecis *Nicktistel.*

888. CARDUUS *acanthoides:* foliis undique decurrentibus scabris pinnatifidis spinosis, pedunculis alato-spinosis calycibusque solitariis (erectis): squamis subacicularibus laxis. *Linn. svec. n.* 718. *spec. pl. ed Willd* 3. *p.* 1650. *it. scan. p.* 297. 298. (115. 199. 264. C. nutans). *Flor. Dan. t.* 1141. *Jacqu. austr. t.* 249. *Retz. oec. p* 144. *Aspegren blek. p.* 59. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 62. *Fries halland p.* 150.

Hab. ad vias et pagos provinciarum meridionalium et littoralium, ut Scaniæ campestris frequenter usque ad Helsingborg, Blekingiæ ad Ronneby, Gotlandiæ passim, Hallandiæ ad Varberg etc.

Caulis undique obtectus spinis circiter tres lineas longis

ex seriebus saltem tribus foliorum decurrentium, ceterum circiter tripedalis, ramosissimus. Folia in caule rarius plus quam digitum longa. Calyx nuce avellana parum grandior, oblongatus. Flores serotini purpurascentes. Svecis *Piggtistel.*

889. CARDUUS *crispus:* foliis decurrentibus subtus lanuginosis oblongis sinuatis spinulosisque, (floribus fastigiatis) squamis calycinis lineari-subulatis mucronatis glabriusculis patentibus. *Linn. svec. n.* 719. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1652. *Flor. Dan. t.* 621. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 372.

Hab. in agris præcipue hordeaceis totius Sveciæ frequenter.

Caulis saepe tripedalis, ob folia valde decurrentia alis crispus, unde etiam Svecice *Krustistel.* Folia fere plana, satis mollia et spinulis vix pungentia. Calyces magnitudine circiter nucis avellanae. Flosculi saturatius violacei.

890. CARDUUS *lanceolatus:* foliis decurrentibus subtus lanuginosis pinnatifidis: laciniis lanceolatis spinosis, squamis calycinis arachnoideo-pubescentibus acicularibus. *Linn. svec. n.* 716. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1666. (Cnicus). *Sv. Bot. t.* 416. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1173.

Hab. ad viarum margines et in ruderatis per maximam partem Sveciæ usque ad Dalecarliam superiorem et Angermanniam copiose ex. gr. ad Tâsjö; etiam Vestrobottniæ ad Skellefteâ repertus.

Radix magis perennans. Caulis bipedalis et ultra, albovillosus, ob folia decurrentia ubique saltem bialatus; spinis undique validis, quare Svecis *Horntistel.* Calyces magnitudine ovi columbini; apicibus squamarum albescentibus valde penetrantibus.

891. CARDUUS *palustris:* foliis decurrentibus subtus hirsutis pinnatifidis dentatis spinulosisque, floribus confertis, squamis calycinis mucronulatis adpressis. *Linn. svec. n.* 720. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1662. (Cnicus). *Sv. Bot. t.* 428. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 373.

Hab. in pratis paludosis præcipue sylvaticis totius Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem passim.

Radix perennis ut in sequentibus. Caulis altissimus, saepe quinquepedalis, strictus, magis simplex usque ad inflorescentiam congregatam. Folia profunde divisa in lacinias sublineares caule angustiores. Calyces piso parum majores; mucronulis inconspicuis.

892. CARDUUS *heterophyllus*: foliis amplexicaulibus subtus tomentosis strigoso-ciliatis sublanceolatis indivisis intermediisve laciniatis, flore subsolitario pedunculato inermi. *Linn. svec. n.* 721. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1673. (Cnicus). *it. vestrog. p.* 64. 84. *Rogberg smol. p.* 22. *Flor. Dan. t.* 109. *Wahlenb. lapp. n.* 574. *ups. n.* 510. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Bjerkander ib.* 1776. *p.* 80. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 303. *Fries halland. p.* 130. *Samz. neric. p.* 59.

Hab. in pratis regionum sylvaticarum et montosarum saltim Sveciæ interioris a Lapponia summa per Jemtlandiam totamque Norrlandiam, Dalecarliam Vestmanniamque, Vermlandiam, Daliam, Vestrogothiam, Smolandiam, Scaniam superiorem, Ostrogothiam, Nericiam, Uplandiam etc. passim; sed Oelandiæ magis adventitius.

Radix eximie repens. Caulis plerumque bipedalis, simplex, foliosus. Folia omnia subtus nivea; radicalia saltim extima petiolata indivisa. Calyx magnus ad basin pollice crassior; squamis tantum superne mucronulatis; flosculis rubro-violaceis, Svecis *Brudborste*.

893. CARDUUS *acaulis*: floribus subradicalibus folio humiliori brevioribus: squamis lanceolatis mucronatis arcte imbricatis, foliis subpetiolatis pinnatifidis spinosis. *Linn. svec. n.* 722. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1681. (Cnicus). *it. scan. p.* 299. 310. *oel. p.* 157. *gotl. p.* 297. (336.) *vestrog. p.* 88. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 204. *Rogberg smol. p.* 22. *Fl. Dan. t.* 1114. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 24. *Fries halland. p.* 130. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Videgren österg. p.* 31.

* pedunculatus. *Rosén obs. p.* 42. C. dubius *Willd.*

β. c a u l i f l o r u s: caule elongato multifloro; floribus albis. C. acaulis *β* rigens *Fries nov. p.* 96.

C. rigens *Willd. spec.* 3. *p.* 1675. *Wallroth sched. crit. p.* 446. *Sprengels n. Entd.* 3. *p.* 38.

Hab. in pascuis maxime elatis formatione juniori substratis Scaniæ frequenter, Oelandiæ et Gotlandiæ ubique, Vestrogothiæ in Falbygden et Kinnekulle supra lapidem suillum frequenter, Ostrogothiæ ad Omberg alibique prope Vettern versus Jönköping, Vadstena, Gärstad, Berg prope Roxen, Linköping, Slaka etc. copiose; ceterum Hallandiæ maxime meridionalis rarius, Blekingiæ occidentalis, et ad Enköping Uplandiæ potius adventitius; β locis magis paludosis Scaniæ occidentalis argillaceo-campestris, ut ad Malmö versus Borgnäset, ad sylvam Reften prope Fogelsång copiose.

Radix multiceps. Folia in orbem terrae adpressum. divergentia Svecis *Jordtistel*, plerumque spithamam longa, fere ad costam pinnatifida; spinis tres lineas longis. Flores plerumque omnino sessiles, violacei; calyce circiter pollicem crasso et ultra unciam longo. — β mirum abludit non tantum caule saepe sesquipedali, foliis minus divisis minusque spinosis, floribus minoribus, sed etiam floribus folio uno alterove amplectente fulcratis lutescentibus et foliis tantum sinuatis margine aequali spinulosis, adeo ut a sequente non facile distingvatur. Radix quasi in caulem floriferum elevata est; nec flores tantum pedunculati ut in α*.

321. CNICUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1255. Juss. gen. p. 192.

Calyx ovatus imbricatus: squamis acuminato-spinulosis. Receptaculum carnosum alveolatum: dissepimentis in paleas dissectis. Pappus sessilis basi indivisus deciduus: radiis æqualibus usque ad apicem plumosis. — *Herbæ succosiores vel crassiores; flores lutescentes bracteis amplectentibus subcoloratis fulcrati (vel alio modo appendiculati: Silybum Gærtn. fr.* 2. *p.* 578. *t.* 162).

894. CNICUS *oleraceus*: foliis inferioribus subamplexicaulibus pinnatifidis: superioribus bracteisque cordatis sessilibus indivisis spinuloso-ciliatis, squamis calycinis mucronatis. *Linn. svec. n.* 725. *spec. pl.*

ed. Willd. 3. *p.* 1678. *it. scan. p.* 248. 277. 304. 372. *Fl. Dan. t.* 860. *Retz. oec. p.* 177. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 243. *Fries halland. p.* 130. (*Hisinger norrig. p.* 79).

Hab. in pratis humentibus juxta nemora Scaniæ totius præcipue exterioris et occidentalis ubique copiose, ut ad Dybeck, Efverlöf, Wallåkra, Wram-Gunnarstorp prope Söderåsen, Kivik, Fogelsång etc. nec non Hallandiæ usque ad Halmstad passim.

Radix perennis. Herba junior eximie oleracea etiam Svecis *Kål-tistel*. Caulis plerumque tripedalis, undique glaberrimus. Folia omnia basi cordatâ amplectentia, angustis sinubus pectinato-pinnatifida. Bractea quoque inferior superne pinnatifida, sed reliquae indivisae basi valde concavae, lutescentes. Calyces inter has bracteas sessiles, conferti crassitie pollicis. Flosculi lutescentes, post foenisecium optime explicati.

522. ONOPORDON.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1256. *Juss. gen. p.* 193. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 376. *t.* 161.

Calyx ventricosus imbricatus: squamis in spinas rectas elongatis. Receptaculum carnosum, alveolatum, glabrum. Semina hilo sublaterali adfixa. Pappus deciduus, setaceus. — *Herba maxima alis caulinis spinosissimis.*

895. ONOPORDON *Acanthium*: foliis undique decurrentibus tomentosis sinuatis spinosis, squamis calycinis patentissimis. *Linn. svec. n.* 724. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1686. *it. scan. p.* 142. 297. 222. *oel. p.* 101. 269. (334). *Sv. Bot. t.* 227. *Flor. Dan.* 6. *t.* 909. *Samz. neric. p.* 59. *Wahlenb. ups. n.* 511. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. in ruderatis et ad pagos provinciarum orientalium a Scaniæ, Oelandia et Gotlandia ad Visingsö et Nericiam Uplandiamque passim.

Radix biennis. Planta omnibus Carduis longe rigidior et spinosior, unde Nericiis bene *Tistelvårra*, plerumque quinquepedalis, lanâ albescens quare etiam *Bomullstistel.* Calyx demum tripollicaris latitudinis.

523. CARLINA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1258. Juss. gen. p. 193. Gærtn. fr. 2. p. 384. t. 163.

Calyx ventricosus, duplex: exterioris foliolis laxis bipinnatim in spinas divisis; interioris squamis summis in radium nitidum scariosum protensis. Receptaculi paleæ cohærentes spinescentes. Pappus basi coronam simplicem constituens, apicibus plumosus. — *Herbæ foliis spinosis non amplectentibus neque decurrentibus.*

896. CARLINA *vulgaris:* caule paucifloro cymoso pubescente, foliis lanceolatis dentato-spinosis sublus pubescentibus. *Linn. svec. n.* 725. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1696. *Sv. Bot. t.* 434. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1174. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818 *p.* 123.

Hab. in campis collibusque apricis præcipue glareosis a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam et Uplandiam frequenter.

Planta rarius pedem alta, spinis lutescens, tenax, tertio anno etiamnunc persistens sicca hygrometrica, radium humiditate erigens, siccitate expandens. unde Svecis *Spâmanstistel.* Calycis radii lineares, lutescenti-nitentes, longitudine diametrum disci aequantes. Flosculi umbrini. Receptaculi spinulae extra pappum prominent.

524. BIDENS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1267. Juss. gen. p. 209. Gærtn. fr. 2. p. 412. t. 167.

Calyx duplici serie polyphyllus: foliolis exterioribus sæpe longioribus. Receptaculum paleaceum. Semina plana, terminata aristis 2-4 retrorsum hispidis. — *Herbæ radicibus annuis, foliis oppositis tenuioribus.*

897. BIDENS *tripartita:* foliis tripartitis laciniatisve subpetiolatis, floribus erectiusculis oblongatis, seminum aristis subternis. *Linn. svec. n.* 726. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1715. *lapp. n.* 726. *Engl. Bot.* 16. *t.* 1113. *Samz. neric. p.* 60.

β. pumila: foliis ovatis integerrimis. *Wahlb. gothob. p.* 77.

Hab. ad fossas locaque passim inundata a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam inferiorem, Nericiam frequens, et juxta mare usque ad Vestrobottniam.

Planta magnitudine valde varians; quo major (bipedalis et ultra) eo magis folia composita et calyces foliosi, quo minor (digitalis β) eo magis folia indivisa et calyces sine foliolis a sequente caute distingvenda. Calyces ubique angustiores quam in sequente. Semina semper arista interiore carentia. Flosculi post messem lutei, sed squamis calycinis et paleis umbrinis, unde Svecis *Brunskåra* vel *Brômsar*.

898. BIDENS *cernua:* foliis lanceolatis serratis amplexicaulibus, floribus cernuis subglobosis, seminum aristis subquaternis. *Linn. svec. n.* 727. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1716. *n.* 4. α *it. gotl. p.* 334. *am. ac.* 8. *p.* 103. *Fl. Dan. t.* 841. *Samz. neric. p.* 60. *Wahlenb. ups. n.* 514.

β. radiata: floribus radiatis. *Wahlb. gothob. p.* 77. Coreopsis Bidens *Linn. svec. n.* 772. *it. vestrog. p.* 160. 272.

Hab. ad fontes aliasque aquas limpidiores passim vel rarius a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam, Uplandiam et Gotlandiam; β in provinciis meridionalioribus passim, in intermediis rarius usque ad Sudermanniam et Vestmanniam infimam.

Planta altitudine vix minus varians, sed semper simplicior, foliis indivisis, floribus multo crassioribus itaque etiam scopo tinctorio desideratior, iisdem nominibus insignita. Semina magis tetragona, plerumque aristis quatuor. — β radio luteo quo majore eo magis neutro luxuriat.

325. EUPATORIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1272. *Juss. gen. p.* 199. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 401. *t.* 166.

Calyx cylindricus pauciflorus; squamis sublinearibus inæqualibus imbricatis. Flosculi omnes æquales infundibuliformes. Stylus profunde bipartitus. Receptaculum scrobiculatum. Pappus setaceus, asper. — *Folia opposita. Flores cymosi purpurascentes.*

899. EUPATORIUM *cannabinum:* calycibus subquinquefloris, foliis petiolatis ternatis: foliolis lanceolatis serratis; intermedio longiore. *Linn. svec. n.* 728. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1756. *it. scan. p.* 170. 278. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 204. *Rogberg*

smol. p. 22. *Flor. Dan. t.* 745. *Leche scan p.* 26. *n.* 46. *Fries halland. p.* 131. *Kalm bohusl. p.* 140. *Carls. strengn. p.* 46. *Samz. neric. p.* 60. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 295. *Videgren österg. p.* 31.

Hab. ad ripas aquarum Scaniæ passim, Blekingiæ, Smolandiæ meridionalis ad diversorium Diö etc., Hallandiæ ad Hafslöf etc., Oelandiæ, Bahusiæ in insulis maritimis usque ad Väröarne, Vestrogothiæ ad lacum Venern in Kinnekulle, Ostrogothiæ ad Vettern in Omberg, ad Herrberga et Öjebro fluminis Svartån, Sudermanniæ ad Mälaren prope Strengnäs, Nericiæ meridionalis ad Skogahammar, et denique prope mare usque ad Gevaliam.

Radix perennis. Herba inter majores, plerumque tripedalis, tenuissime pubescens et cinerascens. Folia fere Cannabis unde nomen specificum, etiam svecice *Hampôrt*, forsan quoque *Flocks*. Florum cyma saepe palmaris latitudinis, dilutius purpureo-violacea. Calycis squamae interiores duabus lineis vix longiores.

326. CHRYSOCOMA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1275. *Juss. gen. p.* 201. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 403. *t.* 166.

Calyx (laxe) imbricatus; squamis linearibus. Flosculi omnes æquales infundibuliformes. Receptaculum scrobiculatum. Pappus setaceus, asper. — *Solidagini valde affinis, floribus luteis. Folia indivisa.*

900. CHRYSOCOMA *Linosyris* β minor: foliis lineari-convolutis glaberrimis, calycibus laxis. *Linn. svec. n.* 729. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1791. *Engl. Bot.* 35. *t.* 2505. *Ahlquist runst. p.* 27. *Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 300. *Wahlenb. ibid. p.* 318. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 224.

Hab. in pascuis subuliginosis supra petram calcaream Oelandiæ mediæ in Skogsbybet satis copiose et infra Runsten versus mare rarius, ut etiam in insula opposita Lilla Carlsön Gotlandiæ aliquando lecta,

Radix perennis. Caules ad basin saltem decumbentes, spithamaei, vix filo crassiores et tamen rigiduli. Folia ob caulem decumbentem plerumque secunda, linea vix latiora, glaucescentia. Flores fastigiati, lutei, omnino autumnales.

ORD. 2. POLYGAMIA SUPERFLUA.

327. TANACETUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1280. Juss. gen. p. 206. Gærtn. fr. 2. p. 395. t. 165.

Calyx hemisphæricus, imbricatus: squamis adpressis. Flosculi marginales feminei utplurimum trifidi. Receptaculum nudum. Semina coronata margine membranaceo. — *Herbæ odoræ foliis compositis.*

901. TANACETUM *vulgare:* foliis pinnatis incisis serratis. *Linn. svec. n.* 730. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1814. *it. oel. p.* 56. 151. *vestrog. p.* 54. 74. *Sv. Bot. t.* 81. *Flor. Dan. t.* 871. *Leche scan. p.* 47. *n.* 157. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 376. *Zetterst. res.* 2. *p.* 110.

Hab. in pratis siccis et agrorum marginibus fere per totam Sveciam usque ad Lapponiam inferiorem et inferalpinam passim.

Radix perennis. Planta odore gravi, sapore amaro, Svecis *Mattram,* Ostrogothis *Desmegrås*, altitudinis bipedalis et ultra; foliis numerosis spithamam longis et palmam latis. Panicula fastigiata. Flores circiter tres lineas lati, flavi.

328. ARTEMISIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1281. Juss. gen. p. 206. Gærtn. fr. 2. p. 387. t. 164.

Calyx oblongatus magis pauciflorus. Flosculi marginis feminei apetali subulati. Semina omnia apice calva. Receptaculum glabrum papillosum. — Sed in Absinthiis pr. s. d. n. 906. 907. calyx globosus multiflorus et receptaculum inter foveolas villosum. — *Herbæ radicibus perennibus, foliis profunde divisis; laciniis in n.* 904. 905. *filiformibus; floribus plus minus racemosis inconspicuis serotinis, saporis plerumque amari.*

902. ARTEMISIA *vulgaris:* foliis subtus albo-tomen-

tosis planis: caulinis pinnatifidis lanceolatis incisis acutis; floralibus indivisis linearibus, floribus oblongis subsessilibus erectis. *Linn. svec. n* 751. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1845. *Sv. Bot. t.* 417. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1176. *Wahlenb. lapp. n.* 377.

β. coarctata: floribus dense racemosis (spicatisve) *Ahlquist runst. p.* 28. *Wahlb. gothob. p.* 78. *Fries* (*halland. p.* 132. obs.). *nov. p.* 37. obs.

Hab. in cultis, ruderatis, agris per totam Sveciam usque ad Lapponiam infimam ubique; *β* in litoribus præcipue calcareis maris orientalis copiose.

Radix lignosa, valida. Planta circiter quadripedalis virgata, rubicundo-cinerascens, Svecis *Gråbo*, *Gråbôna*, *Buner*, (*Buris*), *Bunke* etc. Flosculi radii tantum quini.

903. ARTEMISIA *laciniata:* foliis utrinque pubescentibus petiolatis triplicato-pinnatifidis; laciniis lanceolatis, caule simplici superne duplicatim racemoso aphylloque, floribus subglobosis nutantibus. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1843. *Gmel. sib.* 2. *p.* 122. *t.* 57. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 298. *Fries nov. p.* 103.

A. tanacetifolia *Retz. diss. suppl. fl. scand. p.* 12. *oec. p.* 71. (nec Willden. spec.)

(*β.* pumila: racemo simplici. A. Mertensiana *Wallroth sched. crit. p.* 466. *t.* 4.)

Hab. in pascuis elatis Oelandiæ occidentalis supra petram calcaream prope Alfvaren rarius, ut in Skogsbybet paroeciæ Thorslunda, inter Halltorp et Borgholm, nec non ad Allbrunna paroeciæ S. Möckleby copiosius.

Planta tota pedalis vel paullo ultra, non ramosa, cinereo-virescens. Folia radicalia tota subovata, saepe sesquiunciam lata; pinnis divergentibus; laciniis ultimis sublanceolatis interdum fere lineam latis. Racemus plerumque spithamam longus. Flores globosi, sed inter minores vix sesquilineam lati.

904. ARTEMISIA *campestris*: foliis glabriusculis pinnatim divisis incisisque filiformibus, caule procumbente virgato, calycibus paucifloris subovatis nu-

tantibus. *Linn. svec. n.* 732. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1827. *it. scan. p.* 77. 541. *oel. p.* 53. 72. 128. *vestrog. p.* 35. 42 *Flor. Dan.* 7. *t.* 1175. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 63. *ups. n.* 517. *Samz. neric. p.* 60. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Fries halland. p.* 151.

β sericea pilis adpressis. *Fries l. c.*

Hab. in collibus elatis apricis regionum maxime campestrium præcipue provinciarum orientalium calce substratarum, ut Scaniæ, Oelandiæ Gotlandiæque, Blekingiæ, Uplandiæ, Nericiæ, Ostrogothiæ, Vestrogothiæ in Falbygden et inde Smolandiæ ad Tânnö; sed magis occidentem versus vix nisi in maritimis Hallandiæ.

Planta fere insipida, Scanis *Sandbunke*; caulibus inferne subnudis rubicundis. Flores secundi omnium minimi, lineam tantum longi latique; flosculis radii duobus tribusve rubicundis.

905. ARTEMISIA *maritima:* foliis utrinque albo-tomentosis pinnatis teretiusculis; summis indivisis, caulibus adscendentibus composite racemosis apice nutantibus, calycibus paucifloris oblongis. *Linn. svec. n.* 734. *it. oel. p.* 112. *gotl. p.* 250. 272. *scan. p.* 198. *Sv. Bot. t.* 323. *Flor. Dan. t.* 1655. *Woodw. med. t.* 122. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 63. *t.* 1. *Leche scan.* 27. *n.* 48.

A. Seriphium *α* marina *Wallroth sched. p.* 458.

β. inflorescentia simpliciore suberecta. *Lamark dict.* 1. *p.* 268.

A. gallica *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1834. *Engl. Bot.* 14. *t.* 1001.

γ. penduliflora: caule valde ramoso, floribus pendulis. *Fries halland. p.* 151. *Wahlb. gothob. p.* 78. *Kalm bohusl. p.* 205.

A. maritima *Engl. Bot.* 24. *t.* 1706.

Hab *α* et *β* in litoribus maris insularum et promontoriorum calce juniore substratorum ut Gotlandiæ passim, Oelandiæ exterioris ad Källahamn, Matkroken etc. Scaniæ occidentalis ad Limhamn infra Malmö, Landskrona, Barsebäck, Kullen etc.;

sed γ præcipue in aliis litoribus australioribus exterioribus granitoideis, ut in Gränsö prope Vestervik, Blekingiæ extra Thorhamn, Hallandiæ ex. gr. ad Varberg, Bahusiæ in insula Vinga, ad Hermanö extra insulam Orust.

Albedine sua et odore forti fere camphorato nec non foliorum laciniis omnibus filiformibus magis diversa quam differentiis ceteris a magnitudine admodum variante pendentibus. Plerumque spithamam longa et subdecumbens floribus nutantibus, sed interdum erigitur magis simplicitate aucta (quae A. gallica), denique vero ramosissima fit et bipedalis, floribus sub quoque ramo pendulis (quae A. maritima Engl. Bot.). Flores semper angustiores quam in ceteris vix linea latiores.

906. ARTEMISIA *rupestris*: foliis subpubescentibus inferne pectinatim partitis sessilibus, caulibus adscendentibus simpliciter racemosis, calycibus multifloris semiglobosis nutantibus. *Linn. svec. n.* 733. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1839. *it. gotl. p.* 285. cum tab. (culta). *Sv. Bot. t.* 517. (culta). *Wallroth sched. p.* 468. *t.* 5. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 63. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 294. *runst. p.* 27.

Hab. in campis petra calcarea transitionis substratis ad oras Gotlandiæ Oelandiæque passim copiose.

Planta minor quam praecedentes plerumque spithamaea; sed floribus majoribus. Folia nulla plus quam semiunciam lata, inferne simpliciter pectinata et tantum versus apicem laciniis parcius dentatis vel incisis praedita, omnino sessilia (adeo ut pectines ad caulem descendant eumque amplectantur), oblongata. Racemus in spontanea planta vix nisi simplex, sed in culta (ut fig. Linn. et Sv. Bot.) inferne ramosus. Flores sesquitertiam lineam lati, valde serotini. Svavius odorat quam reliquae.

907. ARTEMISIA *Absinthium*: foliis utrinque incanis triplicato-pinnatifidis laciniatis obtusis; floralibus indivisis. floribus hemisphæricis pendulis intus villosis. *Linn. svec. n.* 735. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1844. *Sv. Bot. t.* 106. *Flor. Dan. t.* 1654.

Hab. in ruderatis siccioribus et ad pagos præcipue solo calcareo et margaceo a Scania ad Dalecarliam

ejusque formationem transitionis supra Siljan frequenter.

Planta omnium maxime amara, Svecis *Malört*, ubique sericeo-incana, circiter bipedalis. Foliorum laciniae extimae saepius duas lineas latae. Flores quoque ejusdem latitudinis, flavi.

529. GNAPHALIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1282, Juss. gen. p. 200. Gærtn. fr. 2. p. 404. t. 166. (Elichr.) *et p. 410. t. 167.* (Antennaria et Filago part.).

Calyx imbricatus; squamis scariosis. Flosculi ambitus raro hermaphroditi (n. 908. *Elichrysum Gœrtn. Decand.* nec Willden.), plerumque feminei apetali interdum in stirpe diversa. Receptaculum glabrum. Semina pappo setaceo vel in masculis plantis clavato. — *Herbæ plerumque radice perenni et caule simplici, sed in n.* 909. 915. 916. *annua caule ramoso, semper foliis indivisis integerrimisque; calycibus* 1) *nitentibus* a) *luteis n.* 908. b) *albis n.* 909. 2) *dioicis: marium pappo clavato* (*Antennaria*) *n.* 910-912. 3) *apicibus obfuscatis* (*sphacelatis*) a) *oblongatis n* 913. 914. b) *globosis* (*radice annua*) *n.* 915. 916.

908. GNAPHALIUM *arenarium*: foliis tomentosis: infimis oblongo-spathulatis: superioribus linearibus, floribus composite cymosis. *Linn. svec. n.* 738. *spec pl. ed. Willd.* 3 *p.* 1867. *it. scan. p.* 77. 109. 124. 279. *oel. p.* 160. *Fl. Dan. t.* 641. *Sv. Bot. t.* 653. *Ahlqu. runst. p.* 28. *Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 301. *Aspegr. blek. p.* 61. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 224. *Fries hall. p.* 152. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 24.

Elichrysum arenarium *Decand. fl. fr. n.* 3113.

Hab in campis albo-arenosis præcipue exterioribus et littoralibus Scaniæ frequenter, Blekingiæ adjacentis passim, Oelandiæ mediæ rarius ex. gr. ad Rönnerum, Glöminge et Runsten, Gotlandiæ parcius ad Gannarfve et Frigges paroeciæ Hemse, Hallandiæ rarissime ad Halmstad et Hasslöf.

Radix perennis vel saltem biennis, multiceps. Folia stolonum et caulis inferioris sursum eximie dilatata, digitum minorem lata, dense lutescenteque tomentosa, rigidula. Caulis vix pedalis, strictus. Bracteae et his analoga folia su-

periora caule non latiora. Cyma saepe palmam lata, versus autumnum florens. Calyces forma et magnitudine pisi, colore citrino splendentes: squamis squarrosis praecipue post deflorationem. Flosculi flavi omnes hermaphroditi. Svecis *Evighetsblomster* vel *Hedenblomster*.

909. GNAPHALIUM *luteo-album:* foliis lanuginosis amplexicaulibus ensiformibus obtusiusculis, caule ramoso, floribus cymoso-glomeratis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3 *p.* 1871. *Engl. Bot.* 14. *t.* 1002. *Retz. diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 10. *Aspegren bleking p* 61.

Hab. ad vias inque ruderatis depressioribus pagorum sublitoralium arena substratorum raro, ut Scaniæ ad Skanör versus Falsterbo et ad L. Hammar in fossis, Blekingiæ ad Hörby et Oelandiæ ad Björnhofda supra Färgestaden omnium copiosissime.

Radix annua, tamen multiceps. Caules inferne ramosi, omnino debiles, vix pedem longi. Folia etiam mollia, lanugine alba conspersa, superiora ad basin caule pluries latiora. Bracteae quoque basi ovata pedunculos amplectuntur. Inflorescentia vix pollice latior. Calyces angustiores quam in praecedente idque praecipue ab squamas adpressas (nec squarrosas), albo-nitentes, ad basin tamen virides. Flosculi lutei (intra nitide album calycem, unde nomen), ad messem conspicui; sed ad ambitum feminei ut in n. 913-916. (Filaginoideis).

910. GNAPHALIUM *dioicum:* sarmentis procumbentibus: foliis cuneiformibus, caulibus simplicissimis cymosis, calycinis squamis lævigatis convexis integris: pappo masculorum clavato. *Linn. svec. n.* 736. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1822. *Sv. Bot. t.* 148. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1228. *Wahlenb. lapp. n.* 378.

Hab. in campis aridis totius Sveciæ usque ad summas et ultimas alpes Lapponiæ frequenter.

Folia sarmentorum subtus semper nivea, supra viridia, vix unciam longa; caulina linearia adpressa. Caulis plerumque tantum digitalis praesertim in maribus, quorum flores tres lineas lati abbreviati Svecis *Kattfötter*. Color in utrisque sexubus variat albus rubicundusque.

911. GNAPHALIUM *alpinum:* sarmentis procumbenti-

bus: foliis subcuneiformibus, caulibus simplicissimis cymosis, calycinis squamis lanuginosis acuminatis serrulatis. *Linn. svec. n.* 737. *lapp. n.* 301. *Wahlenb. lapp. n.* 379. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104.

Hab. locis siccioribus editioribus alpium ipsarum majorum Lapponiæ et Jemtlandiæ satis frequenter.

Praecedenti tam simillimum, ut non differat nisi calyce grisei coloris magis squarroso etc. Plerumque minus est.

912. GNAPHALIUM *carpaticum β:* foliis inferioribus lanceolatis trinervibus subtus (supraque) lanuginosis, caulibus simplicissimis cymosis, calycinis squamis basi lanuginosis acuminatis serrulatis: pappo masculorum clavato. *Læstadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 336. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 160.

(G. carpaticum α (fol. supra glabrat.) *Wahlenb. carp. n.* 843. *t.* 3. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 652.)

G. alpinum *Decand. fl. franc. p* 3124. *aliorumque.*

Hab. in lateribus præruptis aqua nivali irrigatis alpium Lulensium a Virihjaur meridiem versus positarum pone Kâbrinoivi, ad Pâllaure alibique satis copiose; etiam in alpibus supra Alten Finmarkiæ.

Praecedentibus duobus affine, sed sarmenta nulla, stolones autem suberecti. Folia lanceolato-linearia, acuminata, circiter duas lineas lata. Caulis plerumque duplo altior, spithamaeus. Calyx ut in praecedente, sed magis nigro-griseus et major. Plantae utriusque sexus quoque adsunt omnino convenientes; cum contra in praecedente femineae tantum.

913. GNAPHALIUM *sylvaticum:* foliis radicalibus lanceolatis subtus lanuginosis (supra denudatis; caulinis linearibus), caule simplici spicato. *Linn. svec. n.* 739. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1885. (rectum) *Fl. Dan.* 7. *t.* 1229. *Wahlenb. lapp. n.* 380.

β. fuscatum: foliis etiam caulinis lanceolatis utrinque lanuginosis, floribus confertioribus. *Wahlenb. l. c. Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Fl. Dan. t.* 254.

G. norvegicum *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 193.

Hab. ad vias, agros, in regionibus sylvaticis totius

Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem, deinde plerumque β in subsylvaticis et subalpinis, præcipue inferalpinis Norvegiæ usque ad Hopseidet ubique.

Folia radicalia circiter biuncialis longitudinis, sursum latiora; sed caulina linearia, quo superiora eo magis etiam supra pilosiuscula. Flores sparsi per dimidiam partem caulis stricti; maculis fuscescentibus. — β Folia caulina majora radicalibus simillima, demum flores in thyrsum confertos excedentia. Calycis maculae fusco-nigricantes.

914. GNAPHALIUM *supinum:* foliis omnibus linearibus lanuginosis, caulibus simplicibus subfiliformibus spicatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1888. *Flor. Dan. t.* 332. (alpinum) *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342. *Wahlenb. lapp. n.* 381.

β. filiforme: floribus subpedicellatis. G. sylvaticum A filiforme *Liljebl. sv. fl ed.* 2. *p.* 359. G. fuscum *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 148.

Hab. locis uliginosis sæpe irrigatis alpium fere omnium a summo septentrione ad Herjedalen ubique; β in subalpinis et inferalpinis passim.

Radix ut in omnibus praecedentibus, sed tenuior. Planta quoque minor raro digitum minimum longa, saepe omnino acaulis. Folia linea una nunquam latiora. Flores in α omnino sessiles in β pedicellati, circiter duas lineas longi. Semina ut in praecedentibus asperula.

915. GNAPHALIUM *uliginosum:* foliis sublinearibus canescentibus, caule diffuse ramoso, floribus globosis aggregatis, seminibus lævissimis. *Linn. svec. n.* 740. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1891. *Flor. Dan. t.* 859. *Wahlenb. lapp. n.* 382.

β. glabrum. G. nudum *Hoffm. germ.* 2. *p.* 138.

Hab. ad vias alibique, ubi aquæ sæpe stagnarunt, per totam Sveciam usque ad Vestrobottniam summam frequenter; β in fucis ipsius littoris marini Hallandiæ ex. gr. ad Falkenberg (*Wahlberg*).

Radix annua tenuis. Planta tota mollissima circiter spithamaea, plerumque valde ramosa, sed interdum simplicior. Flores inter tomentum album umbrini, serotini. Semina, uti convenit plantae uliginosae vel aquaticae, laevissima. Denique in littoralibus occidentalibus tota planta glabrescit.

916. GNAPHALIUM *pilulare:* foliis fulcrantibus lanceolatis glabratis, caule diffuse ramoso, floribus globosis aggregatis, seminibus hispidulis. *Wahlenb. lapp. n.* 583. *t.* 13.

Hab. solo arenoso ad ripas fluminum Lapponiæ Kemensis infimæ ex. gr. ad Hietasuvando.

Forsan forma praecedentis loco magis sicco mutata, fere ut Senecio Jacobæa ab aquatico differens. Folia sub floribus aggregatis magis collecta, saepe linea una latiora. Calyces ut in praecedenti lineam tantum longi, sed turgidiores ob semina hispidula et pappum quoque asperiorem, rigidiorem. Semina etiam crassiora, crebrius hispidula quam in ceteris, ante G. uliginosum positis speciebus. Forma haec forsan magis orientalis vel sibirica.

330. ERIGERON.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1287. Juss. gen p. 202. Gærtn. fr. 2. p. 448. t. 170.

Calyx imbricatus: squamis angustis apice patulis. Flosculi feminei nonnulli omnino apetali, ceteri radio angustissimo filiformi. Receptaculum glabrum. Pappus setaceus. — *Herbæ quo septentrionaliores eo certius radicibus perennibus et caulibus paucifloris, foliis indivisis sæpius integerrimis, floribus rubicundis vel albis.*

917. ERIGERON *acre:* caule racemoso; pedunculis alternis unifloris calycibusque pilosis, foliis lanceolato-ligulatis sessilibus. *Linn. svec. n.* 741. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1959. *Engl. Bot.* 17. *t.* 1158. *Wahlenb. lapp. n.* 584.

Hab. in sterilibus arenosis collinis et campestribus totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, frequenter.

Folia tantum radicalia in majoribus plantis serrata. Caulis pedalis et paullo ultra, cum pedunculis rubens. Flosculi dilutius violacei. Pappus demum rufescens.

918. ERIGERON *alpinum:* subuniflorum hirsutum, foliis caulinis inferioribus acutis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1959. *Flor. Dan. t.* 292. *Wahlenb. lapp n.* 585. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 153. *Læstadius ibid.* 1822. *p.* 342.

β. caule paucifloro: flore terminali majore.

Hab. in saxis et scopulis maritimis Finmarkiæ rarius, Nordlandiæ Norvegicæ totius ubique, unde etiam denique adscendit in radices alpium ibique in β mutatur, tandemque in convalles inferalpinas Jemtlandiæ pervenit passim, etiam Lapponiæ Lulensis in Njunnats.

Herba magnitudine fere intermedia, plerumque spithamaea, sed flores potius majores quam in utrisque ceteris. Planta tota longius et laxius hirsuta; hirsutie canescente. Flores quoque dilutius rubicundi, in β albidi, vulgo tres lineas longi, sed terminalis β quadrilinearis. Pappus quoque albescens.

919. ERIGERON *uniflorum*: caule unifloro inferne glabrato, calyce lanato, foliis radicalibus spathulatis glabriusculis. *Linn. svec. n.* 386. *lapp. n.* 307. *t.* 9. *f.* 3. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1960. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1397. *Wahlenb. lapp. n.* 386. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 105. *Hisinger herjed. p.* 46. 52. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 157.

E. alpinum γ. *Decand fl. franc. n.* 3132.

Hab. locis saltuosis duris irrigatis per latera alpium nivalium a Lapponia Tornensi usque ad Herjedalen frequenter.

Planta florens digitum minorem tantum alta, inferne glabrata, sed sursum eo densius hirsuta vel lanata. Folia duabus lineis vix latiora, interdum rubicunda. Calyx quoque sub lana eximie atropurpureus.

351. * TUSSILAGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1289. *Juss. gen. p.* 202. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 447. *t.* 170.

Calyx simplici serie polyphyllus æqualis, demum basi ventricosus. Flosculi feminei ligulati vel apetali. Receptaculum glabrum. Pappus capillaris longus. — *Radix perennis repens*; *folia subrotunda maxima subtus tomentosa; sed antea scapus vernalis* 1) *uniflorus n.* 920. 2) *thyrso terminatus eoque* a) *fastigiato n.* 921. 922. b) *oblongato n.* 923. 924.

920. TUSSILAGO *Farfara*: scapo squamoso unifloro: flore radiato, foliis cordatis angulatis denticulatis

subtus lanuginosis. *Linn. svec. n.* 743. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1967. *Sv. Bot. t.* 2. *Flor. Dan. t.* 595. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Hagström jemtl. p.* 56. *Wahlenb. lapp. n.* 587. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 23.

Hab. in agris aliaque terra mutabili argillosa per regiones campestres Sveciæ frequenter, ceterum ad scaturigines locis clivosis passim usque ad Dalecarliam superiorem et Lapponiam mediam parcius.

Pedunculi radicales maxime praecoces, plerumque digitales, squamis crebris tecti. Flos flavus latitudine pollicis; radiis numerosis anguste linearibus. Folia postea a diversis ramis radicis, palmam lata et ultra. Svecis *Håsthof*, *Folafötter*, Dalecarlis *Lerblad*, empiricis *Hostört*, *Bröst-Tobak*.

921. TUSSILAGO *frigida:* thyrso fastigiato simplici; floribus radiatis, foliis triangularibus inæqualiter sinuatis subtus cinereo-tomentosis *Linn. svec. n.* 744. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1968. *Flor. Dan. t.* 61. *Wahlenb. lapp. n.* 587. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 133. 150.

β. thyrso coarctato: floribus suberadiatis. *Wahlenb. l. c. Zetterstedt res.* 2. *p.* 238.

Hab. in paludosis et uliginosis salicetis campisque alpium adjacentiumque regionum subalpinarum et subsylvaticarum a Lapponia summa usque ad Jemtlandiam et Tåsjö Angermanniæ frequenter; *β* tantum primo vere in Lapponia Tornensi sylvatica lecta.

Scapus pedalis et ultra, demum laxus; squamis s. bracteis magnis, saepe digitum minorem longis et indicio foliorum terminatis (scil. usque ad medium scapi), atro-purpureis una cum calyce. Flosculi pallidi. Folia profundius sinuata quam in ulla alia interdum ad tertiam partem radii.

922. TUSSILAGO *alba:* thyrso fastigiato composito: floribus eradiatis, foliis subreniformibus argute dupplicato-dentatis subtus (albo-) tomentosis. *Linn. svec. n.* 745. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p* 1969. *Flor. Dan. t.* 524. *Retz. diss. obs. bot.* 1. *p.* 25. *oec. p.* 741. *obs. bot.* 1. *p.* 29. *Leche scan. p.* 16. *n.* 67.

Hab. locis opacis ad rivulos supra formationes juniores Scaniæ interioris rarius, ut ad Fogelsång in clivo meridionali, ad Gudmundtorp et Klinta prope Östra Ringsjön.

Scapus vix semipedalis. Flores toti pallidi. Folia duplo latiora quam longiora vel e petiolo radium undique aequalis longitudinis habentia, subtus aestate cinerascentia.

923. TUSSILAGO *spuria:* thyrso laxo composito: floribus radiatis, foliis denticulatis subtus albo-tomentosis cucullatis triangulo-cordatis: lobis posterioribus (divergentibus) bilobis. *Retz. obs. bot.* 1. *p.* 29. *t.* 2. *diss. obs. bot.* 1. *p.* 26. *oec. p.* 743. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1972. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 403.

Hab. in arena alba riparia circa lacum Ringsjön præcipue ad Bofärga Scaniæ mediæ copiose, nec non ad exitum pristinum amni Nybroån prope Ystad quam frequentissime.

Scapus semipedalis, totus lutescens, bracteis et pedunculis duplo longioribus quam in praecedente, saepe triuncialibus. Folia late triangularia, basi quodammodo cordata ob excisionem costas laterales nudas efficientem, latitudine saepe pedali et ultra.

923*. TUSSILAGO *Petasites:* thyrso oblongo denso: floribus eradiatis, foliis dentatis late cordatis basi excisis: lobis posterioribus rotundatis. *Linn. svec. n.* 746. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1971. *Sv. Bot. t.* 224 *Flor. Dan. t.* 842. *Leche scan. p.* 16. *n.* 66. *Retz. oec. p.* 742.

Hab. locis irrigatis prope rivulos et amnes per Scaniam campestrem ex. gr. ad Cimbrishamn copiose.

Thyrsus rubicundus. Folia non male reniformia dicerentur nisi apex adesset, omnium maxima utpote cubitalia et ultra. Radix empiricis *Pestilensrot.*

332. SENECIO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1290. *Juss. gen. p.* 202. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 400. *t.* 166.

Calyx cylindraceo-conicus, polyphyllus, subæqualis;

sed basi calyculatus squamis patulis apice sphacelatis (nigro-fuscis). Flosculi feminei rarius radio destituti, (flavi). Receptaculum glabrum. Pappus capillaris brevis — *Herbæ molliores* 1) *parviflor æ radice annua* a) *sine flosculis radiatis n.* 924. b) *radiis revolutis n.* 925. 926. 2) *grandifloræ radice perenni, radiis patentibus*; *foliis* a) *divisis n.* 927-929. b) *indivisis n.* 930.

924. SENECIO *vulgaris:* floribus eradiatis sparsis, foliis amplexicaulibus pinnatifido-sinuatis dentatis. *Linn. svec. n.* 747. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1979. *Sv. Bot. t.* 333. *Flor. Dan. t.* 513. *Wahlenb. lapp. n.* 389.

Hab. in cultis, plateis, ruderatis totius Sveciæ usque ad Lapponiam infimam frequenter.

Herba tota glabriuscula, circiter pedalis. Folia divergenter divisa fere in formam crucis, unde Svecis *Korsört* vel *Crucifixört*. Calyces insigniter pyramidati: disco (flosculorum) omnium minimo vix sesquilineam lato, luteo.

925. SENECIO *sylvaticus:* radio revoluto paucifloro (interdum deficiente), squamis calyculi brevissimis adpressis, foliis pinnatifidis denticulato-glandulosis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 748. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1985. *it scan. p.* 412. *gotl. p.* 326. *vestrog. p.* 115. 231. 258. *Flor. Dan. t.* 869. *Leche scan. p.* 27. *n.* 50. *Wahlenb. ups. n.* 525. *Hisinger verml. p.* 11.

β. denticulatus: foliis tantum sinuato-dentatis. *Fl. Dan.* 791. *Fries hall. p.* 133. *Retz. oec. p.* 672.

Hab. in sylvis cæduis exustis passim a Scania ad Vermlandiam inferiorem et Uplandiam; β in litore marino fucis tecto Scaniæ ad Skanör, Hallandiæ et Bahusiæ passim, Blekingiæ.

Herba tota tenuiter pubescens (sine glandulis evidentibus), parum major quam praecedentis. Flosculi radii vix plures quam octo, inter calycis divisiones valde inconspicui.

926. SENECIO *viscosus:* radio revoluto multifloro, squamis calyculi patulis elongatis, foliis pinnatifidis denticulatis glandulose pubescentibus. *Linn. svec.*

n. 749. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1984. *it. vestrog. p.* 142. *scan. p.* 365. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1230. *Wahlenb. ups. n.* 526. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 224. *Fries halland. p.* 133.

Hab. in ruderalis calcareis urbium majorum et antiquiorum præcipue provinciarum litoralium, ut Stockholmiæ, Upsaliæ, Gothoburgi, Hallandiæ, Gotlandiæ, Blekingiæ, Scaniæ, etiam in lapicidinis, etc.

Herba praecedentibus duplo triplove major crassiorque; undique inprimis superne glanduloso-viscosa. Folia superiora interdum fere pinnata. Calycis squamae inferiores extra marginem baseos exstantes. Flosculi radiati circiter tredecim extra calycem eximie prominentes, conspicui, serotini.

927. SENECIO *erucifolius:* radio patente plano, foliis omnibus subpinnatis; pinnis linearibus subincisis acuminatis, caule lanuginoso, radice repente. *Linn. svec. n.* 750. *it. scan. p.* 225. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1991. *Decand. fl. franc. n.* 3175. *Sv. Bot. t.* 607. *Fries phys. sållsk. årsb.* 1823. *p.* 89. *Rosén observ. p.* 46. *n.* 36.

S. tenuifolius *Retz. diss. suppl. fl. scand. p.* 13. (nec Willd. l. c. neque Jacqu. austr. t. 278).

Hab. in aggeribus agrorum ad Scaniæ oram meridionali-occidentalem passim ex. gr. ad sylvam Hörte, ad diversorium Skifvarp, ad Skanör olim, prope Malmö trans Borgmästargården versus Borgnäset copiosissime, prope Lund ad Trolleberg.

Radix certe perennis, valde repens, crassitie tantum pennae gallinaceae. Caules sparsi bipedales et ultra, stricti, duri farctique, rubicundi cum lanugine laxa canescente. Folia quoque rigidula; pinnis vix unquam caule latioribus. Stolonum folia sublanceolata interdum integerrima. Flores cymosi paullo angustiores quam in sequente, flavi. Itaque fere singulis partibus a sequente differt.

928. SENECIO *Jacobœa:* radio patente plano, foliis lyrato-pinnatifidis undique sinuato-dentatis; laciniis superne latioribus inferne caulem amplectentibus, radice cæspitosa, seminibus hispidulis. *Linn. svec.*

n. 751. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1997. *it. scan. p.* 124. 209. 243. *oel. p.* 120. *amoen. ac. ed. Schreb.* 8. *p.* 43. *Sv. Bot. t.* 606. *Flor. Dan. t.* 944. *Aspegren blek. p.* 62. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 224. *Fries halland. p.* 133. *Kalm bohusl. p.* 96. 130. 221.

Hab. in pascuis et arvis provinciarum littoralium meridionaliorum ut Scaniæ frequenter, Blekingiæ, Oelandiæ copiose, Gotlandiæ passim, Hallandiæ ubique, Bahusiæ septentrionalis passim, Smolandiæ exterioris, Sudermanniæ rarius.

Radix caespitosa vel potius nodosa. Caules itaque congregatim crescentes, saepius pedales, minus stricti, minusque angulati et colorati. Folia radicalia omnino lyrata: lobo extimo maximo; caulina laciniis caule latioribus; omnia longe magis flexilia et laetius viridia quam in praecedente. Flores latiores. Svecis *Gullgubbar.*

929. SENECIO *aquaticus:* radio patente plano: ligulis ellipticis, foliis lyratis integris inferioribusque obovatis indivisis, seminibus glaberrimis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1997. *Linn. it. vestrog. p.* 160. *Fl. Dan. t.* 784. *Wahlb. goth. p.* 79. *Fries hall. p.* 133.

Hab. ad ripas fluviorum per Gothiam superiorem ut Gothoburgi ad Säfveån copiose, Vestrogothiæ ad Gräfsnäs, Ostrogothiæ prope Norrköping, ad Vestervik raro.

Prioris forma maxime septentrionalis ideoque aquatica esse videtur. Planta laxa immo interdum decumbens, undique glabra, pedalis et ultra. Folia inferiora lobo maximo terminali, sed lobis lateralibus minimis cito deficientibus ut petiolus omnino nudus evadat. Flores majores, pallidiores.

930. SENECIO *paludosus:* radio patente plano, floribus fastigiatis, foliis adnatis lanceolatis argute serratis subtus villosulis, caule stricto. *Linn. svec. n.* 752. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2002. *it. scan. p.* 396. *Flor. Dan. t.* 385. *Rosén obs. scan. p.* 44. *n.* 35. *Leche scan. p.* 17. *n.* 68. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 243.

Hab. rarius in aqua inter Caricem acutam ad Ister-

näset, Lillö et Råbbelöfssjö supra Christianstad aliisque locis Scaniæ copiose, in rivulo supra pagum Frännarp juxta Halmstad Hallandiæ olim, ad lacum minorem Vartoftensem paroeciæ Åsaka Vestrogothiæ (prope oram meridionalem districtus Falbygden) *J. Abr. Gyllenhal.*

Est facile maxima inter nostrates, saepe plus quam quadripedalis. Radix valde perennis: fibris copiosis pennam columbinam crassis, sed et stolonibus repentibus. Caulis solitarius et simplicissimus, inferne digitum minorem crassus, strictus. Folia fere imbricata, digitum longa lataque. Florum fastigium semipedem latum, post messem optime explicatum. Flos quidam fere sesquiunciam latus, flavus; radiis sesquilineam latis.

533. ASTER.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1291. Juss. gen. p. 202. Gærtn. fr. 2. p. 649. t. 170.

Calyx imbricatus; squamis interioribus simplici serie apice prominulis. Flosculi radiati saltim decem, lanceolati, (cærulei). Receptaculum glabrum. Pappus capillaris brevis. — *Herbæ radicibus perennibus, foliis indivisis.*

931. ASTER *Tripolium:* foliis lineari-lanceolatis carnosis glabris trinerviis subintegerrimis, floribus fastigiatis, calycibus æquabilibus obtusis. *Linn. svec. n.* 755. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2039. *it. scan. p.* 126. *vestrog. p.* 25. *am. ac.* 8. *p.* 103. *Sv. Bot. t.* 470. *Flor. Dan. t.* 615. *Kalm bohusl. p.* 134. 138. *Wahlb. gothob. p.* 79. *Fries hall. p.* 134. *Ahlquist runst. p.* 28. *Rosén Nov. Act. Up. VIII. p.* 225.

Hab. in litoribus exterioribus magis salsis utriusque maris scil. a Bahusia ad Halmstad Hallandiæ frequenter, et a Scania (ut Kullaberg, Landskrona Kivik) per Oelandiam et Gotlandiam ad Roslagiam passim; (rarius in subsalsis Vestrogothiæ infra Hellekis saltem olim secundum Linn. it. vestrogoth. l. c. et indice).

Radix caespitosa. Herba pedalis et ultra, inferne eximie purpurascens, succosa difficile exsiccanda, superne glaucescens. Folia semper floribus angustiora. Florum radii ultra decem, insigniter caerulei.

334. SOLIDAGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1292. Juss. gen. p. 202. Gærtn. fr. 2. p. 447. t. 170.

Calyx oblongus imbricatus; squamis angustis conniventibus. Flosculi radiati vix seni, lanceolati (flavi). Receptaculum glabrum. Pappus capillaris brevis. — *Herbæ eximie virgatæ, radice perenni, foliis indivisis.*

932. SOLIDAGO *Virgaurea:* caule subflexuoso angulato puberulo; foliis utrinque attenuatis serratis, racemis paniculatis confertis, ligulis oblongatis. *Linn. svec. n.* 754. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2065. *Flor. Dan. t.* 663. *Wahlenb. lapp. n.* 390.

β. lapponica: floribus majoribus magis dispersis et axillaribus.

Hab. in pratis sylvaticis elevatis totius Sveciæ etiam alpinæ frequenter.

Folia radicalia scabriuscula, saepe bis pollicem lata. Planta bipedalis et ultra in temperatis et campestribus regionibus praecipue paniculà virgatà magnà flavescens, etiam Svecis *Gullris* v. *Jumfruris*; sed in sylvestribus frigidioribusque locis magis sparsiflora *β*, radiis majoribus circiter lineam latis.

335. CINERARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1294. Juss. gen. p. 203. Gærtn. fr. 2. p. 446. t. 170.

Calyx simplici serie polyphyllus, æqualis. Flosculi ambitus apud nos semper radiati, numerosi, lanceolati, flavi. Receptaculum glabrum. Pappus capillaris longus s. lanatus. — *Herbæ molliores, radicibus biennibus perennibusve, foliis sæpe divisis, floribus fastigiatis.*

933. CINERARIA *campestris:* (floribus radiatis,) umbella multiflora, caule simplicissimo, foliis utrinque lanuginosis; caulinis lanceolatis subsessilibus integerrimis; radicalibus obovatis petiolatis dentatis. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 2081. *Retz. fl. scand. ed.* 2. *p.* 196. *obs. bot.* 1. *p.* 30. *oec. p.* 172. *Regensb. bot. Zeit.* 1823. *p.* 518. *Fl. Dan. t.* 1177. *Jacqu.*

austr. t. 180. (major). *Deinboll in Tidskrivt f. Naturvid.* 1. *p.* 125.

Hab. in collibus elevatis Scaniæ mediæ tribus locis, scil. 1) ad templum Ignabergæ, 2) ad Axelvold infra Söderâsen non procul a Dufeke et 3) ad Dysjebro supra Saxân prope Anneslöf (ubi Disekälla sec. Gillberg p. 195.); — nec non in maritimis Norvegiæ ultimæ in districtu Fælles dicto ex. gr. ad Bomeni-eid copiose.

Planta tota albo-lanuginosa praecipue si minor et spithamaea ut in Scania. Folia radicalia tantum unciam unam alteramve longa; caulina interdum caule vix latiora. Umbella in minimis pauciflora et fere sessiliflora.

934. CINERARIA *palustris:* floribus (radiatis) corymbosis, foliis lato-lanceolatis dentato-sinuatis cauleque glanduloso-pubescentibus. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 2080. *fl. svec. n.* 778. (Othonna) *it. scan. p.* 95. 180. 209. 241. *Fl. Dan. t.* 573. *Leche scan. p.* 17. *n.* 69. *Retz. oec. p.* 172. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 25. *Fries hall. p.* 154. *Forsander veg. scan. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 62.

Hab. ad aquas præcipue fovearum turfosarum prope exitum fluviorum majorum per Scaniam campestrem inprimis maritimam exteriorem frequentissime ex. gr. prope Ystad in Öijamosse, ad Yngsjö, Åsum etc. inter Malmö et Dybeck, ut etiam Hallandiæ meridionalis ad mare rarius prope Halmstad, Blekingiæ occidentalis territ. Lister.

Radix (biennis esse videtur), tota fibrosa. Folia radicalia primi anni eximie incisa et crispa, sed fere glabra. Herba secundi anni tota insigniter viscoso-pubescens. Caulis saepe pedalis et ultra, demum superne valde ramosus, saepe paniculatus. Folia caulina radicalibus vix minora, etiam incisa. Flores latitudine digiti majoris, pulchre flavi, una cum pappo candido longo plantam e longinquo indicantes.

336. INULA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1295. *Juss. gen. p.* 202. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 449. *t.* 170.

Calyx subimbricatus; squamis exterioribus patulis, infimis sæpe majoribus. Antheræ basi bisetosæ atte-

nuataeque. Flosculi ambitus radiati numerosi (ultra 15), lineares, flavi. Receptaculum nudum. Pappus capillaris — *Folia indivisa* 1) *Inulæ p. s. d. herbæ rigidiores, radice perenni. floribus majoribus, pappo non fulcrato n.* 955-958. 2) *Pulicaria: herba molliori, radice annua, floribus minoribus, pappo paleis marginalibus fulcrato* (*Gœrtn. p.* 461, *t.* 173.) *n.* 959.

955. INULA *Helenium:* foliis amplexicaulibus ovatis subtus tomentosis, calycinis squamis ovatis. *Linn. svec. n.* 755. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2089. *it. oel. p.* 60. *Sv. Bot. t.* 57. *Fl. Dan. t.* 728. *Kalm bohusl. p.* 205. *Vet. Ac. Handl.* 1745 *p.* 112. *Fries halland. p.* 137. *Leche scan. p.* 27. *n.* 51. *Retz. oec. p.* 527.

Hab. ut indigena ad pagos provinciarum litoralium inprimis occidentalium, ut Bahusiæ in Orust paroecia Morlanda pago Bionni, Hallandiæ prope Nissam ad Söndrum, Enslöf etc., Scaniæ, Oelandiæ rarius.

Radix magna aromatica Svecis *S. Helene-rot, Ålinsrot, Alunarot, Ålandsrot,* Hallandis *Hâllsrot.* Herba quoque ex maximis interdum quinquepedalis, foliis plusquam pedem longis subtus cinereis. Calyces magnitudine nucis Juglandis; flosculis radiantibus circiter 40, fere unciam longis, flavis.

956. INULA *Britanica:* foliis amplexicaulibus sublanceolatis basi serratis caulibusque pilosis paucifloris, floribus folio latioribus. *Linn. svec. n.* 756. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2090. *Flor. Dan. t.* 413. *Rosén obs. bot. p.* 46 *n.* 37. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 64. *Ahlqu. ib.* 1821. *p.* 304. *runst. p.* 28.

β. viridis: glabrescens. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225. 247.

γ. stricta: foliis strictis attenuatis mucronatis argute serratis utrinque canescentibus. Inula *Linn. it. gotl. p.* 275. *oel. p.* 157. *scan. p.* 398. *fl. svec. ed.* 1. *p.* 249. *n.* 694. (quæ dein perperam J. dysenterica *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 757. nec spec. pl.)

Hab. locis campestribus paullo uliginosis supra calcem formationum juniorum in provinciis orientali-meridionalibus scil. Gotlandiæ in Fåröa, ad Roma, Botveda in Öje, inter Klinta et Vestergarn etc. Oelandiæ orientalis ad Persnäs, Husvalla, Runsten etc. Scaniæ orientalis in aggeribus ad Christianstad extra portam septentrionalem dextram versus.

Planta magnitudine admodum varians, circiter pedalis, pilis laxis saepius albescens (nec unquam densius et brevius tomentosa ut I. dysenterica vera). Folia quamquam amplexicaulia tamen nunquam basi latius cordata, sed angustie digiti minoris. Flores magni optimam praebent distinctionem: radiis extra calycem quinque lineas longis.

937. INULA *ensifolia:* foliis sessilibus ensiformibus nervosis glaberrimis margine asperulis, caule subunifloro. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2101. (*Jacqu. austr. t.* 162. nimium magna). *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225 *et* 249.

Hab. in petra calcarea fere denudata Gotlandiæ ¼ miliaris ONO a pago Stora Ire. sed intra limitem paroeciæ Hangvar, satis copiose.

Planta apud nos plerumque declinata, e radice repente inferne aphylla, tota duriuscula. Folia caulina numerosa, duabus lineis non latiora, curvula et subfalcata. Calyx laxius imbricatus extus glaberrimus, sed squamis margine ciliatis. Flos magnitudine circiter praecedentis.

938. INULA *salicina:* foliis sessilibus basi subcordatis lanceolatis recurvatis subtus margineque denticulatis, ramis angulatis subunifloris. *Linn. svec. n.* 759. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2096. *it. scan. p.* 68. *vestrog. p.* 39. 40. *oel. p.* 47. 56. *gotl. p.* 299. *Flor. Dan. t.* 786. *Kalm bohusl. p.* 124. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Wahlenb. ups. n.* 528.

Hab. in pratis asperis declivibus a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam, Uplandiam et Gotlandiam passim (exceptis tamen regionibus macris Smolandiæ occidentalis: *Fries*).

Caulis erectus circiter bipedalis. Folia caulina numerosa,

rigidula et subnitentia, quodammodo S a l i c i s p e n t a n d r a e. Flores saturate flavi; radiis numerosis, semiuncialis longitudinis. Calyces demum fuscescentes Gotlandis *Kråkfötter*.

939. INULA *Pulicaria:* foliis semiamplexicaulibus oblongis undulatis pubescentibus, caule dichotome paniculato, floribus subglobosis: radio minutissimo. *Linn. svec. n.* 758 *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2093. *it. scan. p.* 170. 331. 398. *Fl. Dan. t.* 613. *Leche scan. p.* 17. *n.* 70. *Aspegren bleking. p* 62. *Retz. oec. p.* 329. *Ahlquist runst. p.* 28. *Vet. Ac. H.* 1821. *p.* 304. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 25.

Hab locis aliquando inundatis prope pagos plateasque provinciarum meridionalium exteriorum, ut S c a n i æ maritimæ frequenter, B l e k i n g i æ, O e l a n d i æ mediæ ad Färgstaden, Brostorp et Spjuterum parce, H a l l a n d i æ maxime australis rarius.

Radix annua. Caulis infima basi geniculatus, ceterum erectus circiter pedalis, ad quemcumque florem defloratum dichotome se dividens, itaque demum hoc modo paniculatus. Folia parum plus quam unciam longa et digitum minimum lata. Calyx piso vix major, valde glandulose pubescens, odorus, unde Blekingis *Brudgumpors*. Radius vix lineam longus, serotinus.

337. A R N I C A.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1296. *Juss. gen. p.* 203. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 451. *t.* 173.

Calyx subsimplici serie polyphyllus, æqualis. Flosculi radii filamentis quinque. Receptaculum hirtum. Pappus setaceus. — *Folia integerrima: caulina opposita. Flores insignes lutei. Radix perennis.*

940. ARNICA *montana:* foliis radicalibus obovatis subintegerrimis quinquenervibus; caulinis geminis, caule paucifloro, calyce glanduloso-scabro. *Linn. svec. n.* 760. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2106. *it. scan. p.* (48) 155. 240. 283. 339. (*gotl. p.* 305. 316.) *vestrog. p.* (16.) 39. 74. 90. 115. (228.) *am. ac.* 8. *p.* 43. *Sv. Bot. t.* 185. *Flor. Dan. t.* 63. *Leche scan. p.* 27. *n.* 49. *Fries halland. p.* 134. *Kalm bohusl. p.* 14. *Samz. neric. p.* 61. *Hisinger verml. p.* 10.

Hab. in pratis sylvestribus et montosis provinciarum meridionali-occidentalium Gothiæ: scil. Scaniæ Blekingiæque nec non Smolandiæ totius usque versus Calmar et ad sylvam Hâlveden prope Ostrogothiam, Hallandiæ, Bahusiæ, Daliæ et Vermandiæ inferioris usque ad flumen Klarelfven, Vestrogothiæ et exinde per sylvam Tiveden inter Ostrogothiam et Nericiam nec non per Kolmorden inter Ostrogothiam et Sudermanniam orientalem frequenter; ceterum non nisi Vermlandiæ ferrimontanæ raro, Dalekarliæ ad Hedemora prope Brunnsjöberget, Uplandiæ in paroecia Wendel prope Säfvastbo.

Radix crassitie pennae anserinae, subrepens. Planta plerumque bipedalis altitudinis, brevissimà et glandulosà pubescentia undique sparsim obfuscata. Folia pleraquè radicalia basi omnino connata et opposita, saepius plus quam unciam lata, ob errhinam vim Ostrogothis *Nysblad*; caulina duo ad divisionem primam caulis duplo minora. Flores inter maxime spectabiles nostrates insigniter fulvi, Nericiis *Vill-Ringblomma*, Smolandis *Håstfibler*, Dalis *Mårrblomster*, Bahusiis *Burmänner*, Vestrogothis *Hårvåxter*, Scanis *St. Hansblomster*; radiis unciam longis.

941. ARNICA *alpina:* foliis radicalibus lanceolatis integerrimis trinervibus; caulinis geminis, caule unifloro, calyce lanato. *Linn. lapp. n.* 305. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 337. *Flor. Dan. t.* 1524. (A. angustifolia).

A. montana β *Linn. svec.*

Hab. in campo alpino sicco montis Säkkok infra Portifjällen paroeciæ Quickjock Lapponiæ Lulensis parcius.

Praecedenti certe valde affinis, sed ob faciem diversam non potest non distingvi. Planta tota vix digito altior, omnibus glandulis plane destituta, et earum loco obducta lanugine alba in calyce maxime collecta. Folia omnia tantum tres lineas lata, tenuia. Flores pallide lutei; radiis extra calycem vix semiuncialibus.

338. BELLIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1300. *Juss. gen. p.* 205. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 419. *t.* 168.

Calyx simplici serie subdodecaphyllus, æqualis, herba-

ceus. Flosculi radii numerosi. Receptaculum conicum glabrum. Semina compressa, calva. — *Florum radii albi (s. cærulescentes). Pedunculi radicales uniflori.*

942. BELLIS *perennis:* pedunculo nudo, foliis obovatis crenatis venosis. *Linn. svec. n.* 761. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2121. *it. scan. p.* 144. 179. 210. 240 *gotl. p.* 167. 241. *Sv. Bot. t.* 238. *Fl. Dan. t.* 503. *Osbeck göthеb. handl.* 4. *p.* 25. *Wahlb. gothob. p.* 79. *Aspegren bleking. p.* 62.

Hab. in campis interdum irrigatis juxta vias et pagos provinciarum maritimarum meridionalium formationibus junioribus substratarum, ut Scaniæ adjacentisque Blekingiæ, Oelandiæ et Gotlandiæ frequenter; (ceterum Gothoburgi rarius, ut videtur adventitia).

Radix perennis ramosa et multiceps. Folia vix semiunciam lata. Pedunculi plerumque solitarii digitum longi. Flores Scanis *Pytter* (Danis *Putibug*, unde incuratius Scanis quibusdam *Futtel-ljus*); radio albo, extra calycem tantum bilineari.

559. CHRYSANTHEMUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1307. *Juss. gen. p.* 204. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 420. *t.* 168.

Calyx hemisphæricus, imbricatus; squamis coriaceis, margine scariosis. Receptaculum nudum, planiusculum. Semina apice calva. — *Herbæ inodoræ, foliis magis simplicibus et latis quam sequentium generum.*

943. CHRYSANTHEMUM *segetum:* florum radio concolore, foliis amplexicaulibus basi dentatis mucronatis incisis glaucescentibus. *Linn. svec. n.* 762. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2148. *it. scan. p.* 251. 266. 268. 277. 316. 321. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 206. *Sv. Bot. t.* 496. *Flor. Dan.* 6. *t.* 995. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 25. *Fries hall. p.* 135. *Wahlb. gothob. p.* 79. *Wahlenb. ups. n.* 550. *Fischerström mål. p.* 296.

Hab. inter segetes agrorum campestrium per provincias meridionali-occidentales scil. Scaniæ et Hallan-

diæ meridionalis frequentissime, in aliis provinciis parcius usque ad Uplandiam.

Radix annua. Herba tota glaucescens, crassiuscula. Folia inferiora saepe pinnatifida. Calycis squamae interiores longe scariosae lutescentes. Flores radiis latioribus saturate flavi nitent, unde Blekingis *Gulleblommor* etc. sed invisi Scanis *Hålabåcker*, *Etterört*, *Skummeslöfsört*.

944. CHRYSANTHEMUM *Levcanthemum:* florum radio discolore, foliis amplexicaulibus basi inciso-dentatis serratis oblongo-spathulatis. *Linn. svec. n.* 763. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2142. *Sv. Bot. t.* 346. *Flor. Dan.* 6. *t.* 994. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 392.

Hab. in pratis siccioribus apricis totius Sveciæ usque ad limitem Lapponiæ infimum frequenter et Angermanniam supremam prope Tåsjöberget.

Radix perennis. Folia radicalia petiolata, obovata, et tantum crenata. Caulis angulatus. Flores ad foenisecium frequentissimi, radiis albis regularibus notissimi Svecis *Prestkragar*.

540. MATRICARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1308. *Juss. gen. p* 205. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 420. *t.* 168. et Pyrethrum *p.* 430 *t.* 169.

Calyx imbricatus; squamis herbaceis submarginatis. Receptaculum nudum. — *Herbæ plerumque svaveolentes, foliis compositis mollibus, florum radio semper albo, sed in* 1) *Chamomilla:* calyx planiusculus, receptaculum conicum, semina calva, *in* 2) *Matricaria p. s. d.* (*Pyrethro Gærtn.*) *n.* 946. 947. calyx fere hemisphæricus (*Chrysanthemi*), receptaculum convexum et semina apice coronata; *radix magis perdurans.*

945. MATRICARIA *Chamomilla:* radiis patenti-reflexis, calycibus planis margine æqualibus, receptaculis conicis, foliis subsetaceis. *Linn. svec. n.* 764. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2161. *it. scan. p.* 177. 422. *Sv. Bot. t.* 50. *Samz. ner. p.* 62. *Wahlenb. ups. n.* 531.

β. svaveolens: radiis deflexis paucioribus. *Wahlenb. l. c.*

M. svaveolens *Linn. svec. n.* 766. *it. vestrog. p.* 107.
Hab. in agris præcipue secalinis regionum campestrium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam et Uplandiam frequenter; β magis ad pagos inter gramina per provincias sylvaticas, ut Smolandiam, Vestrogothiam meridionalem, Vermlandiam et Norrlandiam usque ad Medelpad passim, Jemtlandiam rarius.

Radix annua. Planta ramosissima, gracilis, circiter pedalis; foliorum laciniis fere tenuitate setae. Flores disco vix tribus lineis latiore, circiter septendecim-radiati, ob odorem svavem Svecis *Sôtkullor*, *Lukt-tuppor*, *Hvitkrydda*, *Tysktuppor*, *Kamillblom* etc. β floribus fere duplo angustioribus, magis svaveolentibus.

946. MATRICARIA *inodora*: radiis patentibus, receptaculis hemisphæricis, calycibus margine scariosis, foliis pinnatis multifido-filiformibus, corona seminum integra. *Linn. svec. n.* 765. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2157. (Pyrethrum). *Flor. Dan. t.* 696. *Wahlenb. lapp. n.* 393.

β maritima: foliis latioribus magis carnosis, seminum corona in lobos extensa. *Linn. svec.* — *it. vestrog. p.* 148. *Horneman plant.* 3. *p.* 871. Pyrethrum maritimum *Willden. l. c. Wahlb. gothob. p.* 79. *Fries halland. p.* 135.

Hab. ad plateas, vias, agros per totam Sveciam, regionibus alpinis et subalpinis tantum exceptis, ubique: β in littoribus maxime salsis oceani ubique et maris balthici saltem ad Oelandiam usque passim.

Radix annua. Planta tota fere omnino inodora, diffuse ramosa, mollis, glaberrima. Folia majora et crassiora ut tota planta. Flores praecipue duplo triplove latiores quam in praecedente; radiis saepe triginta (forsan potius Scanis *Baldersbrå* quam Anthemis Cotula).

947. MATRICARIA *Parthenium*: radio subpatulo abbreviato, receptaculis hemisphæricis, calycibus margine scariosis, foliis pinnatis; pinnis subovatis incisis; summis confluentibus, floribus fastigiatis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2155. (Pyrethrum). *Flor. Dan. t.* 674. *Sv. Bot. t.* 285. culta.

Hab. in insulis extimis earumque scopulis mari expositis Bahusiæ circa Marstrand ex. gr. in Koön frequenter et omnino spontanea (*Wahlberg*).

Radix biennis vel perennis. Planta pedalis et ultra erecta, fere tota odore quodammodo graveolenti, prae ceteris Svecorum *Mattram*. Foliorum laciniae saltem superiores saepe latitudine florum. Florum discus fere latitudine digiti minimi, sed radius omnium brevissimus, linea parum longior fere ut in Achilleis.

541. ANTHEMIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1312. *Juss. gen. p.* 207.

Calyx hemisphæricus imbricatus; squamis membranaceis. Flosculi radiantes numerosi elongati. Receptaculum subconicum paleaceum. — *Herbæ foliis compositis rigidulis utplurimum mucronulatis*; 1) *Chamæmelum Gærtn. l. c. p.* 426. *t.* 168. paleis deciduis, seminibus calviusculis n. 948. 949. 2) *Anthemis Gærtn. p.* 433. *t.* 169. paleis persistentibus, seminibus coronatis n. 950. *radice perenni.*

948. ANTHEMIS *Cotula*: receptaculis conicis; paleis setaceis, seminum apice angusto calvo, calyce herbaceo, foliorum laciniis subfiliformibus. *Linn. svec. n.* 767. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2181. *it. scan. p.* 177. 210. *oel. p.* 85. *gotl. p.* 272. *Sv. Bot. t.* 429. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1179. *Wahlenb. ups. n.* 533. *Carls. strengn. p.* 48. *Ahlquist runst. p.* 28. *Fries hall. p.* 135. *Wahlb. gothob. p.* 80. *Aspegr. blek. p.* 62.

Hab. ad plateas et vias urbium in regionibus margaceis maxime campestribus ex. gr. Scaniæ, et circa lacum Mälaren Strengnesiæ, Upsaliæ etc. passim copiose; nec non in maritimis Oelandiæ, Gotlandiæ, Hallandiæ, Blekingiæ in Ronneby, Gothoburgi parcius.

Planta erectiuscula ramosissima, circiter pedalis, tenuior proximis. Flores praecipue ingrati subacidi odoris Svecis *Surkullor* vel *Surtuppor*, Scanis *Barbro* (i. e. Barbaræ flores); disco vix tribus lineis latiore; radiis circiter duodecim, Scanis *Baldersbrå* (i. e. supercilia Balderi s. radii solis).

949. ANTHEMIS *arvensis:* receptaculis conoideis; paleis lanceolatis exsertis, seminum apice dilatato-marginato, calyce scarioso, foliorum laciniis planiusculis canescentibus. *Linn. svec. n.* 768. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2180. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1178. *et* 685. procumb. *Hisinger herjed. p.* 54.

Hab. in arvis et agris præcipue provinciarum campestrium a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Vestmanniam ferrimontanam et Norrlandiam frequenter.

Planta paullo succosior et rigidior praecedente, aliquantum canescens; laciniis foliorum latioribus. Flores fere ejusdem magnitudinis, sed fere inodori (Svecis *Åkerkullor*), et demum receptaculum magis crassescit, seminibus paleisque globum durum insignem constituit. Radix quoque saepe ultra annum perdurat.

950. ANTHEMIS *tinctoria:* paleis persistentibus flosculos superantibus, seminibus coronatis, foliis bipinnatis serratis planis subtus tomentosis. *Linn. svec. n.* 769. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2189. *it. gotl. p.* 212. 223. (*scan. p.* 243.) *Sv. Bot. t.* 62. *Flor. Dan. t.* 741. *Retz. oec. p.* 54. *Wahlb. gothob. p.* 80. *Forsander veg. scan. p.* 11. *Samz. neric. p.* 62. *Carls. strengn. p.* 48.

β. pallida: radiis pallidis, caule minus erecto. *Wahlenb. ups. n.* 555. *Flor. Dan. t.* 685.

Hab. in arvis et ad vias præcipue solo margaceo provinciarum campestrium orientalium et intermediarum, ut Gotlandiæ, Oelandiæ mediæ, Blekingiæ et Uplandiæ frequenter, Sudermanniæ et Ostrogothiæ passim, Vestmanniæ ferrimontanæ ad Skinskatteberg rarius et forsan adventitia, Scaniæ vix nisi ad Cimbrishamn, Vermlandiæ ad fodinas Tabergenses, Bahusiæ in ruderatis arcis tantum.

Radix saepius perennis et tota planta major quam praecedentes, plerumque bipedalis, late corymbosa. Flores magni (fere Chrysanthemi segetum), sesquipollicem lati, toti aurei et pigmento ejusdem coloris ditiores quam affine,

Svecis *Lettblomster* (*Fårgkullor*), *Gulkullor.* — *β* quasi ad praecedentem revergit colore habituque minore.

342. ACHILLEA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1313. *Juss. gen. p.* 207. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 426. *t.* 168.

Calyx ovatus imbricatus; squamis angustis sublinearibus. Flosculorum radiantium ligulæ vix plus quam quinque (nisi duplicatæ s. duplici ordine positæ), ovatæ, abbreviatæ repandæque. Receptaculum planum paleaceum Semina calva. — *Herbæ radicibus perennibus, sive floribus minoribus sive foliis simplicioribus quam in præcedentibus.*

951. ACHILLEA *Millefolium:* foliis bipinnatis pilosiusculis: laciniis linearibus dentatis mucronatis, caule superne sulcato. *Linn. svec. n.* 770. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2208. *Sv. Bot. t.* 74. *Flor. Dan. t.* 737. *Wahlenb. lapp. n.* 394.

β. nobilior: odoratior, foliis latioribus obtusioribus magis tomentosis.

A. nobilis (*Rosén obs. scan. p.* 48. *n.* 39.) *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 199. *oec. p.* 12. *Vet. Ac. Handl.* 1787. *p.* 252. (vix vero Linn. spec.).

Hab. ad margines agrorum, viarum e. s. p. per totam Sveciam, alpibus tantum altioribus exceptis, ubique frequenter; *β* in calcareis campestribus Scaniæ inter Christianstad et Wram nec non ad Dufeke.

Caules vix pedales inferne simplices, sed superne divisi in cymam palma saepe latiorem ramosissimam Svecis *Tusendgren.* Folia pleraque digitum minorem lata. Flores plerumque albi vel paullo rubicundi (Svecis *Rölleka*), semine cannabis non majores, radiis disco toto latioribus, ob saporem amarum Uplandis *Backhumla*, Dalecarlis *Galentâra*, ob odorem *Hvitt Nâsgrâs*, alias *Brâssor* vel *Brâssor*, etiam *Renfan* (Danorum *Reynfan*, Germanorum *Rheinfarren*).

952. ACHILLEA *Ptarmica:* foliis linearibus attenuatis æqualiter argute serratis glabris. *Linn. svec. n.* 771. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2191. *it. scan. p.* 264. *vestrog. p.* 116. 135. 218. (228.) *Sv. Bot. t.* 207.

Flor. Dan. t. 645. *Kalm bohusl. p.* 63. 72. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 31. *Videgren österg. p.* 31. *Samzel. neric. p.* 63. *Hisinger verml. p.* 11.

Hab. in pratis humentibus præcipue provinciarum occidentalium a Scania frequentissime ad Bahusiam, Daliam, Vermlandiam occidentalem et Vestrogothiam, Nericiam, Dalecarliam inferiorem ad Dalelfven passim; Ostrogothiæ in Torpön lacus Sommen.

Radix repens. Caulis saepius bipedalis, sed in arenosis Scaniae interdum spithamaeus tantum: foliis integerrimis unciam longis, sed floribus non minoribus verum cum radio semiunciam latis; pedunculis bractea tantum suffultis. Post foenisecium diu floret. Nericiis *Strandkil.*

ORD. 3. POLYGAMIA FRUSTRANEA.

543. CENTAUREA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1331. *Gærtn fr.* 2 *p.* 382. *t.* 161.

Calyx subglobosus imbricatus; squamis fimbriatus (vel stellatim spinosis in extran. specc.). Flosculi omnes tubulosi, sed radii majores omnino vacui. Receptaculum favosum, setosum. Semina hilo laterali impresso introrsum adfixa. Pappus setaceus asper. — *Herbæ floribus majoribus:* 1) *Cyanus Juss. gen. p.* 194. flosculis radii multo majoribus in infundibulum multifidum superne magis grandilobum dilatatis; 2) *Jacea Juss.* flosculis radii disco subæqualibus, *radice perenni n.* 954. 955.

953. CENTAUREA *Cyanus:* flosculis radii maximis multifidis, calycinis squamis serratis adpressis, foliis linearibus: infimis pinnatim dentatis. *Linn. svec. n.* 776. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2291. *Sv. Bot. t.* 52. *Flor. Dan.* 6. *t.* 993. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 106. *Wahlenb. ib.* 1811. *p.* 37.

Hab. in agris inter Secale et Triticum per maximam partem Sveciæ scil. usque ad Tåsjön Angermanniæ supremæ (*Læstad.*) et Umeå Vestrobottniæubique.

Radix annua. Herba tota pubescentiâ arachnoideâ adpressâ aliquantum canescens, saepe bipedalis, ramosa, sed angusta. Calyces vix pisi magnitudine; fimbriis albicantibus. Flores disci pauciores saturate caerulei, sed radii multiplo majores amoenissime cyanei nostrorum *Blåklint*, (*Blåklått*), australioribus rusticis ob formam *Båtsmanshatt*, *Hattar*.

954. CENTAUREA *Jacea:* calycinis squamis apice ovatis scariosis squarrosis, foliis lanceolatis: inferioribus sinuato-dentatis, ramis angulatis. *Linn. svec. n.* 774. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2303. *Flor. Dan. t.* 519. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 35.

Hab. in pratis apricis et ad agros Sveciæ infra Skulskogen Angermanniæ ubique copiose.

Caulis plerumque oblique adscendens; foliis dente uno alterove amplectentibus. Calyx totus magnitudine nucis avellanae cum appendicibus squamarum scariosis cochleariformibus badiis, Svecis *Fårgklint*, *Gulskåra*, *Knappar*. Flosculi violaceo-rubicundi.

955. CENTAUREA *Scabiosa:* calycibus globosis; squamis adpressis ciliato-fimbriatis, foliis scabriusculis pinnatifidis: laciniis lanceolatis acutis basi incisis. *Linn. svec. n.* 773. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2296. *Sv. Bot. t.* 327. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1231. *Samz. neric. p.* 63. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 24.

Hab. ad agros, sepes, vias regionum campestrium a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam inferiorem, Nericiam et Gestriciam passim copiose.

Radix valde multicaulis valida, caulesque duri (australioribus *Jernôrt*, *Jernrot*), tripedales et ultra. Folia radicalia interdum pedem longa, inferne fere pinnata; pinnis indivisis integerrimis. Calyx magnitudine ovi columbini, squamis atro-marginatis, fimbriis pallescentibus, Svecis *Storhufvud*, *Hårkullar*, *Våddklint*. Flosculi violaceo-rubicundi.

ORD. 4. POLYGAMIA NECESSARIA.

344. FILAGO.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1345. *Juss. gen. p.* 200. *Gærtn. fr.* 2. (*p.* 404.) *t.* 166.

Calyx duplex: exterior pentaphyllus. Paleæ intra calycem. Flosculi feminei apetali extimi inter calycem

et paleas pappo destituti; interiores pappo capillari. — *Calyces pauciflori conglomerati minimi; squamis stricte acuminatis* (nec extrorsum tam latis, sphacelatis vel fuscescentibus ac in Gnaphaliis minimis). *Herbulæ valde lanatæ, Svecis Musôrt, fere totæ annuæ, locis maxime apricis contentæ* (*Hallandis Kalatrefnad*).

956. FILAGO *montana*: calycibus lanatis laxe approximatis in axillis foliorum flore longiorum, caule ramoso. *Linn. svec. n.* 780. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1311. *am. ac.* 8. *p.* 103. etiam *Smith fl. brit. obs. p.* 874. *Sv. Bot. t.* 659. *Wahlenb. ups. n.* 540. *Ahlquist runst. p.* 28. *Fries nov. p.* 98.

β. simplicior præcipue inferne, foliis fulcrantibus flores æquantibus.

Gnaph. arvense (sec. *Smith fl. brit. p.* 874.) *Willd. spec. pl.* 3. *p.* 1897. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1275. *Fries halland. p.* 132.

Hab. in collibus campisque exaridis glareosis itemque locis exustis sylvarum a Scania ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam superiorem (ex. gr. Ore) et Norrlandiam supremam ex. gr. Anundsjö et Edsele frequenter.

Radix annua. Caulis solitarius sed saepe per totam longitudinem ramos exserens, virgatus et ne quidem superne dichotomus vel cymosus. Folia majora quam in sequente, interdum fere semiunciam longa. Calyces quoque majores, duas lineas longi.

957. FILAGO *arvensis*: calycibus quinquangulis apice glabris nitidisque confertis in dichotomia paniculæ, foliis fulcrantibus flore brevioribus, caule inferne simplicissimo. *Linn. svec. n.* 781. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1312. *Sv. Bot. t.* 660. *Leche scan. p.* 16. *n.* 65. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 244. *Wahlenb. ib.* 1806. *p.* 65. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 31. *Fries nov. p.* 99.

Gnaph. montanum *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1896. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1276. *Fries halland. p.* 132.

Gnaph. minimum *Smith fl. brit. p.* 873. *Engl. Bot.* 17. *t.* 1157. *Fries nov. p.* 15. *Wahlb. go-*

thob. p. 78. Ahlquist runst. p. 28. Zetterstedt res. 1. p. 11.

Hab. in arvis campisque præcipue supra formationes juniores provinciarum meridionalium ut Scaniæ altioris et Oelandiæ ubique, Gotlandiæ rarius, Ostrogothiæ et Vestrogothiæ parce; ceterum in maritimis Hallandiæ usque ad Götheborg parcius et Calmariensis gubernationis ad Döderhult usque frequentius.

Radix subbiennis. Caules plures e radice nascentes, sed dein simplicissimi usque dum superne dividentur in paniculam cymaeformem; ceterum angusti, semper filiformes, sed stricti. Folia minora circiter quatuor lineas longa, magisque acuminata. Calyces apicibus nonnihil flavescentes, sesquilineam longi.

958 FILAGO *germanica:* calycibus glabris nitidis dense aggregatis: capitulis in dichotomia caulis terminalibusque, foliis fulcrantibus flore brevioribus, caule inferne simplicissimo. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1311. *ed. Willd.* 3. *p.* 1898. (Gnaph.) *suec! n.* 779. (pyramidata). *Flor. Dan. t.* 997. *Sv. Bot. t.* 661. *Leche scan. p.* 16. *n.* 64. *Retz. oec. p.* 259. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 25.

Hab. in arvis arenosis Scaniæ meridionali-occidentalis ut ad Svarteskog prope Ystad, ad Trelleborg, St. Hammar, Skabersjö juxta Varto omnium copiosissime, ad Helsingborg, nec non (saltem olim) Hallandiæ adjacentis rarissime.

Radix biennis. Caules saepe plures, satis firmi, pennam columbinam crassi, interdum pedem alti. Lanugo totius plantae non tam alba ut in praecedentibus, sed magis flavovirens. Folia caulis omnino imbricata. Capitula plerumque semiunciam lata. Calycum apices initio eximie rubentes, demum straminei, quod ad dimidiam partem calycis extra lanuginem prominentes.

ORD. 5. MONOGAMIA.

545. JASIONE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1362. *Juss. gen. p.* 185. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 149. *t.* 30.

Calyx communis polyphyllus, includens flores pedicel-

latos; proprius superus quinquefidus persistens. Corolla ad basin quinquepartita: laciniis linearibus. Capsula subbilocularis, ex axi vacua apice dehiscens seminaque basi adfixa demittens. — *Herbæ foliis angustis, floribus fere Scabiosæ, sed Ord. nat.* 23. *Campanaceæ.*

959. JASIONE *montana:* foliis linearibus undulato-crispis basi adnatis. *Linn. svec. n.* 782. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 473. *it. scan. p.* 129. 164. 226. 341. *oel. p.* 140. *gotl. p.* 168. 212. 255. *vestrog. p.* 18. 69. 164. *am. ac.* 8. *p.* 103. *Rogberg smol. p.* 22. *Sv. Bot. t.* 404. *Flor. Dan. t.* 319. *Kalm bohusl. p.* 75. 183. *Carls. strengn. p.* 49. *Linder viksb. p.* 55. (Scab. mont.) *Hartm. Vet Ac. H.* 1818. *p.* 123.

β. littoralis: foliis planioribus glabris. *Fries nov. p.* 29. *Aspegren bleking. p.* 17.

Hab. in campis et collibus exaridis arenosis præcipue supra petras formationum juniorum, ut Scaniæ, Oelandiæ, Gotlandiæ et Vestrogothiæ in Falbygden frequenter, etiam interjacentis Smolandiæ passim; ceterum vix nisi in regionibus maritimis Blekingiæ, Hallandiæ et Bahusiæ usque ad Strömstad, Sudermanniæ, Ostrogothiæ, nec non ad lacus maximos Venern in Thorsö, Vettern ad Habo etc. Mälaren ad Strengnäs, Wiksberg et Stockholm; β Scaniæ occidentalis ex. gr. Helsingburgi et Hallandiæ.

Radix annua vel potius biennis, valde multiceps. Caulis inferne simplex, sed superne pedunculos nonnullos unifloros nudos gerens. Folia ubique latitudine caulis, vix uncia longiora. Flos compositus circiter octo lineas latus, eleganter azureus, Scanis *Munke* vel *Monke*, aliis etiam *Blå-Munke*, aestivalis. — β in littoribus oceani longius durare videtur, magis divisa, itaque demum tenuior, floribus dimidio minoribus.

346. LOBELIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1363. *Juss. gen. p.* 183. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 151. *t.* 30. (Rapuntium.)

Calyx germini adnatus; dentibus superis quinque mi-

noribus. Corolla monopetala tubulosa; limbo quinquepartito: laciniis duabus minoribus sursum versis, tribus inferioribus majoribus labium inferius constituentibus. Antheræ basi dehiscentes, in filamentis sursum connatis. Capsula bilocularis apice intra calycis lacinias dehiscens: dissepimento valvis contrario. — *Herbæ lactescentes. Ord. nat. 23. Campanaceæ.*

960. LOBELIA *Dortmanna:* foliis linearibus bifistulosis integerrimis, scapo subnudo simplici racemoso. *Linn. svec. n.* 783. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 37. *it. vestrog. p.* 115. 249. *scan. p.* 358 (417.) (*gotl. p.* 305.) *Rogberg smol. p.* 22. *Sv Bot. t.* 452. *Fl. Dan. t.* 39. *Fries halland. p.* 43. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 31. *Carls. strengn. p.* 49. *Aspegren bleking. p.* 17.

Hab. in lacubus fundo arenoso et aqua limpidiore frigidioreque præditis per provincias sylvaticas præcipue elevatiores et intermedias, ut Smolandiæ adjacentisque Hallandiæ, Blekingiæ et Vestrogothiæ copiose, Vermlandiæ ferrimontanæ frequentissime aliarumque regionum similium per Nericiam, Vestmanniam, Dalecarliam etc.; sed rarius in Mälaren et Scaniæ in Helgeå prope Christianstad.

Radix perennis, tota fibrosa. Folia fere omnia radicalia, plerumque unciam longa et bis lineam lata. Scapus teres sesquipedem et ultra longus pro diversa profunditate aquae. Flores subsecundi, penduli; corolla lactea vel dilutissime caerulescens, inter lacinias superiores ostendens antheras violaceas. Smolandis *Notgrås.*

347. VIOLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1364. *Juss. gen. p.* 326. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 139. *t.* 112.

Calyx pentaphyllus: foliolis latere interiore adfixis. Petala quinque inæqualia; infimo latiore retrorsum calcarato. Antheræ subsessiles, sursum intra membranam appendicularem dehiscentes; infimis duabus appendices calcari petali infimi immittentibus. Capsula supera unilocularis trivalvis: valvulis latere interiore seminiferis. — *Herbæ radicibus perennibus præter*

ultimam varietatem speciei ultimæ, pedunculis unifloris 1) *radicalibus n.* 961-963. 2) *ex axillis foliorum caulinorum alternorum* a) *stipulis serratis* (*caninæ*) *) *floribus lacteis n.* 964. 965. **) *violaceis n.* 966. 967. b) *stip. integerrimis n.* 968. 969. c) *pinnatifidis n.* 970. — *Ord. nat. Campanaceis proxima, sed fructus potius Helianthemi.*

961. VIOLA *palustris:* acaulis, radice repente filiformi, foliis reniformibus glabris subnervosis, calyce obtuso. *Linn. svec. n.* 786. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 363. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 294. *Flor. Dan. t.* 83. *Wahlenb. lapp. n.* 396.

β. angustata: foliis cordatis acutis. *Fries nov. p.* 48. *halland. p.* 45.

Hab. in pratis paludosis totius Sveciæ sparsim; β præcipue in subalpinis regionibus usque ad Finmarkiam non raro; etiam Hallandiæ et Smolandiæ in denudatis regionibus sed locis occultis.

Radix omnium tenuissima, filo non crassior, varie divisa. Folia subcoriacea, evidentius nervosa, obsoletius crenata. Pedunculi in medio bracteati, digitales. Flores praecoces ex carneo caerulescentes; venis labii inferioris saturatioribus. — β differt tantum angustie omnium partium. Etiam radix fere tenuior est (quae contra longe crassior in vera V. uliginosa Schrad.)

962. VIOLA *hirta:* acaulis, foliis oblongo-cordatis petiolisque hirtis, calyce obtuso. *Linn. svec. n.* 788. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 360. *it. oel. p.* 81. *vestrog. p.* 74. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 295. *Sv. Bot. t.* 543. *Flor. Dan. t.* 618. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 65. *ups. n.* 543. *Ahlqvist runst. p.* 11. *Carls. strengn. p.* 49. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776 *p.* 84. *Forsander veg. scan. p.* 13. *Aspegren bleking. p.* 19.

β? umbrosa: gracillima, calycibus angustis acuminatis.

Hab. in dumetis rupestribus vel petrosis Sveciæ orientalis præsertim Gotlandiæ, Oelandiæ, Sudermanniæ, Uplandiæ frequenter; Smolan-

diæ orientalis, Blekingiæ Scaniæque passim; occidentem versus vix ultra formationes transitionis Nericiæ et Vestrogothiæ; in Norrlandia ad Siljeberget Medelpadiæ et denique β ad Ramsele Angermanniæ in umbrosissimis (*Lœstadius*).

Radix saepe crassitie calami scriptorii. Petioli praecipue divergenter hirti. Pedunculi plerumque glabrescunt, inferne bracteis binis stipati, digitales. Flores saturatius violacei. — β differt fere ut praecedentis speciei β gracilitate, sed praecipue angustie calycis. Flores autem adhuc ignoti, qui indicent an diversam speciem.

963. VIOLA *odorata:* acaulis, sarmentis radicis reptantibus, petiolis glabriusculis, foliis cordatis, calyce obtuso. *Linn svec. n.* 784. *syst. ed Roem.* 5. *p.* 364. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 296. *Sv. Bot. t.* 8. *Flor. Dan. t.* 309. *Leche scan. p.* 17. *n.* 71. *Fries halland. p.* 45. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 302.

Hab. saltem quasi spontanea in graminosis hortorum Lundini alibique Scaniæ satis copiose. Hallandiæ meridionalis etc.; omnino indigena videtur Oelandiæ mediæ in paroeciis Högsrum et Thorslunda.

Radix et herba fere praecedentis, sed ut sub terra sarmentacea ita etiam foliis latioribus glabrioribus, floribus optime violaceis svaveolentibus.

964. VIOLA *persicifolia:* puberula erecta, foliis cordato-lanceolatis serratis; stipulis dentatis petiolo fulcrato longioribus, pedunculis folio brevioribus. *Schreb. MS.* — *Hortulanorum.*

V. stipularis *Fries halland. p.* 47. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 303.

Hab. in Oelandiæ orientalis pratis ad rivulos, intra Landtborgen aliquando stagnantes, prope Runsten copiose.

Planta fere maxima nostrarum, saltem longissima, saepe sesquipedalis, undique pubescentia brevissima non parum cinerascens. Stipulae in medio caule maximae, interdum bis unciam longae et petiolo duplo longiores. Pedunculi foliis

breviores. Flores maximi fere unciam longi, dilutius caerulescentes fere ut in sequente, cui species proxima. Haec primaria et major V. persicifolia nomen optime meretur ob folia magis serrata et stipulas quoque folia persecta referentes.

965. VIOLA *lactea:* caule subdecumbente teretiusculo, foliis ovato-lanceolatis crenatis; stipulis acuminato-serratis herbaceis, pedunculis folio duplolongioribus. *Smith brit. p.* 247. *Engl. Bot. t.* 445. *Roemer syst.* 5. *p.* 369. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 65.
V. montana *γ. Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 299.
β. stricta: caule superne erecto subtriquetro, foliis latioribus summis basi subcordatis. *Wahlenb. ups. n.* 544. *Flor. Dan. t.* 1329.
V. persicifolia *Fries nov. p.* 48. *halland. p.* 47.
V. montana *α Decand. prodr.* 1. *p.* 299.
Hab. ipsissima *α* in calce transitionis ad Hulterstad, Runsten etc. Oelandiæ, Gotlandiæ, Ostrogothiæ, sed *β* locis aquosis præcipue ripariis a Scania et Hallandia usque ad Uplandiam passim.

Radix magis repens quam in affinibus, adeo ut caulis quoque saepe decumbat et teretiusculus evadat. Folia etiam angustiora. Quo autem erectior evadit *β* eo etiam latior; folio uno alterove summo basi subcordato. Stipulae herbaceae, sed angustae. Flores semper lacteae vel dilutissime caerulescentes.

966. VIOLA *canina:* caule demum adscendente angulato, foliis cordatis crenatis glabriusculis, stipulis utrinque setaceo-serratis demum scariosis, calycibus lanceolatis acutis. *Linn. svec. n.* 785. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 366. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 298. *Sv. Bot. t.* 290. *Flor. Dan. t.* 1453. *Wahlenb. lapp. n.* 398.
β. arenaria: tota puberula etiam fructu, foliis brevioribus subreniformibus. V. arenaria *Aspegren bleking. p.* 19.
γ. sylvatica: major pilosior. *Fries halland. p.* 46. V. mirabilis *Flor. Dan.* 6. *t.* 1045.
δ. frustranea: caule valde elongato laxo, floribus apetalis non fructificantibus. *Læstadius Vet. Ac. H.*

Hab. in pascuis et pratis siccioribus totius Sveciæ, usque ad Umeå et trans alpes ex. gr. ad Rörstad Nordlandiæ frequenter; β in jugis glareosis regionum maxime campestrium ut Uplandiæ, Scaniæ etc. passim; γ in sylvaticis Smolandiæ adjacentiumque provinciarum occidentalium sparsim; δ præcipue Norrlandiæ (*Læstadius*).

Est quasi mater omnium proximarum, et postquam hae praecipue ob stipulas majores herbaceas separatae sint, ipsa tamen adhuc satis polymorpha. Primaria forma mediae magnitudinis et fere glabra. β abbreviata et pubescentià brevissimà tecta; γ major pilis distinctioribus adspersa; δ in umbrosissimis locis luxuriat caule longo folioso rarius fructificante. Omnium flores fere iidem pulchre violacei.

967. VIOLA *montana*: caule erecto triquetro, foliis cordatis sursum oblongis supra pilosiusculis serratis, stipulis extrorsum dentatis; superioribus semiovatis dimidio petiolo longioribus herbaceis, calycibus lanceolatis acutis. *Linn. svec. n.* 787. *Wahlenb. lapp. n.* 399.

Hab. in montibus petrisque calcareis vel calidioribus præcipue ad aquas majores Lapponiæ inferioris et Jemtlandiæ rarius.

Radix magis caespitosa et caules erecti interdum fere pedales. Folia basi cordata et tam lata ac praecedentis, sed sursum magis elongata. Stipulae omnes virides vel herbaceae; superiores pro brevitate sua latiores quam in ulla alia specie. Flores fere saturatiores quam in praecedente, itaque cum lactifloris n. 964. 965. comparari non potest.

968. VIOLA *mirabilis*: caule erecto triquetro, foliis reniformi-cordatis pilosiusculis; summis sessilibus, stipulis integerrimis, floribus caulinis apetalis fertilibus; radicalibus petaloideis sterilibus. *Linn. svec. n.* 789. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 377. *it. oel. p.* 81. *am. ac.* 8. *p.* 104. *Jacqu. austr. t.* 19. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 65. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 84. *Samz. neric. p* 65. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. *Forsander veg. scan. p.* 12.

Hab. in dumetis fertilioribus præcipue supra calcem

formationum juniorum Gotlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ, Ostrogothiæ, Vestrogothiæ in Falbygden etc. Nericiæ, Dalecarliæ ad Osmundsberg, Hyckje etc. Jemtlandiæ satis frequenter; ceterum in regionibus magis litoralibus et orientalibus ex. gr. Smolandiæ orientalis usque ad Vexiö, Uplandiæ, Sudermanniæ passim, Norrlandiæ rarius usque ad Tâsjöberget Angermanniæ (*Læstad.*)

Planta vernalis subacaulis videtur, foliis in cucullum convolutis, floribus petaloideis lacteis svaveolentibus masculis s. abortientibus; sed aestate maturiore explicatur herba omnium maxima et latissima pedalis, foliis 2-3-pollices latis, floribus vero subsessilibus omnino apetalis at demum fructiferis. Itaque multo magis biformis et mirabilis quam ulla alia.

969 VIOLA *biflora:* caule debili subbifloro, foliis reniformibus crenatis, stipulis ovatis integerrimis. *Linn. svec. n.* 790. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 578. *Flor. Dan. t.* 46. *Wahlenb. lapp. n.* 397. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 127. *Hisinger herjed. p.* 51.

Hab. locis suboccultis sæpe irrigatis per alpes omnes nivales regionesque subalpinas et inferalpinas juxta fluvios a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequenter.

Radix squamosa. Planta tenuissima omnium, plerumque digitum longa; caule filum crasso. Stipulae omnium minimae linea vix longiores, sed herbaceae. Pedunculi foliis duplo triplove longiores. Flores lutei; fauce omnino glabra.

970. VIOLA *tricolor:* caule angulato diffuso, foliis oblongis dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis, corolla calycem extus glabriusculum duplo excedente. *Linn. svec. n.* 791. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 581. *it. vestrog. p.* 255. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 303. *Sv. Bot. t.* 44. *Flor. Dan. t.* 623. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. *Zetterst. res.* 2. *p.* 82. 68.

β. arvensis: corollis bicoloribus calyce extus pubescente vix longioribus. *Wahlenb. ups. n.* 547. V. arvensis *Roem. syst.* 5. *p.* 582.

Hab. in pratis siccioribus totius Sveciæ, Lapponia cisalpina elevatiore tantum excepta, frequenter;

β in arvis magis campestrium regionum copiose, etiam ad Åsele reperta.

Planta primaria radice magis perennante, floribus magnis pulcherrime tricoloribus Svecis *Sammetsvioler*, occidentalibus *Skateblomster*; sed quo magis arvensis et radice annua eo magis, in fructum certe maturandum intenta, flores magnos explicare negligit usque dum corolla tantum alba, lutescente colore ad faucem, valde inconspicua splendorem generis amittat tuncque Svecis *Styfmorsvioler*.

348. IMPATIENS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1365. *Juss. gen. p.* 299. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 151. *t.* 113.

Calyx diphyllus, ad latera floris vergens, minutus. Corolla tetrapetala maxime inæqualis: petalo postico cornuto; lateralibus maximis labium inferius constituentibus; antico superiore minore. Capsula quinquelocularis quinquevalvis: receptaculo columnari. — *Herbæ magnæ molles grandifloræ. Ord. nat.* 32. *Gruinales prope Geranium.*

971. IMPATIENS *Noli tangere*: pedunculis multifloris solitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Linn. svec. n.* 792. *syst. ed. Roem.* 5. *p.* 350. *it. scan. p.* 101. 107. 323. 372. *vestrog. p.* 26. 204. 218. *am. ac.* 8. *p.* 104. *Sv. Bot. t.* 371. *Fl. Dan. t.* 582. *Fries halland. p.* 48. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 81. *Samzel. neric. p.* 63. *Carls. strengn. p.* 50. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 226. *Hisinger verml. p.* 11.

Hab. ad radices rupium præcipue irrigatas humosas occultissimas regionum montosarum ut Scaniæ sylvestris frequenter, Hallandiæ et Bahusiæ interioris rarius, Vestrogothiæ ad Halle- et Hunneberg, Kinnekulle et Billingen in strato lapidis suilli copiose, Ostrogothiæ ad Motala, Medevi etc., Nericiæ, Vermlandiæ occidentalis ad Stömne in Gillberga et Köla in Jössehärad, Sudermanniæ et Roslagiæ, Dalecarliæ ad Säter etc. nec non denique ad Dropphällan paroeciæ Undersvik prope fines Jemtlandiæ, Angermanniæ ad Sollefta multis locis (*Læstadius*).

Radix annua. Herba ad genicula pellucens, magna saepe tripedalis. Folia interdum palmam lata, pedunculis longiora. Flores pollice latiores insignes lutei, unde svecice *Gula* s. *Vilda Balsaminer*; cornu curvato. Capsulae unciam longae; valvulis e basi elastice dehiscentibus seminaque subito ejicientibus, quare Svecis *Springkorn* vel etiam Nericiis *Môdomsôrt*.

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. DIANDRIA. Ord. nat. 13. *Orchideæ*. Corolla 6-petala: petalo int. labello. (Rad. perennis).

1) Antheræ conjunctæ stigmati. Petala distincta.

a. Pollen mucosum conjunctum in clavulas supra stigma erectas, intra loculamenta carnosa columnae antrorsum dehiscentia. Fructus erecti sessiles. (Radiculae tuberosae).

Labellum aperte coniceve calcaratum. Pet. cetera convergentia 349. ORCHIS
constricte angustеve calcarat. Pet. cet. divergent. 350. SATYRIUM
subt. sacculo carin. Pet. inter. ext:bus longiora 351. HERMINIUM
planiusculum. Petala interiora ext:bus minora 352. OPHRYS

b. Pollen ceraceum conjunctum in conulos saepe duplicatos pone stigma horizontales, membranis deciduis tectos. (Radix bulbifera).

Labell. saccat. Columna in petalum dilatata (*Scap. vaginat.*) – 353. NORNA
surs. vers. columnæ aversæ approx:tum (*Fol. sup. bulb.*) 354. MALAXIS
reflexum. Fructus pendulus. (*Planta aphylla*) 355. CORALLORRHIZA

c. Pollen in farinam fatiscens, tectum operculo indurato, pone et infra stigma persistenter adfixo. (Radix fibrosa).

* *Columna gen. basi dilatata; operculo sub apice inflexo*
Lab surs. vers. saccato-galeæforme; limb. trif. (*Pl. aph.*) 356. EPIPOGIUM
** *Columna teretiuscula; operculo sessili oblongato.*
Lab. basi concav. extrors. bifid., sine apice (*Plant. aphylla*) 357. EPIPACTIS
laterib. divisis apice interj. (*Caul. multifol.*) 358. SERAPIAS
amplect. extr. lin. bifid. columm. abbrev. (*Caul. bifol.*) 359. LISTERA
*** *Columna brevissima; operculo pedicellato late cordato.*
Labellum basi saccatum. Petala omnia apicibus parallela – 360. NEOTTIA

2) Antheræ distinctæ a stigmate. Petala conjuncta.

Labellum sacciforme sine limbo. Columna lobifera - 361. CYPRIPEDIUM

2. ORD. POLYANDRIA. Ord. nat. 7. *Aroideæ.*

Spadix teretiusculus intra spatham supra basin constrictam - 362. ARUM
dilatatam - 363. CALLA
planus intra folium lineare - - - - - - - - 364. ZOSTERA

ORD. 1. DIANDRIA.

349. ORCHIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1367. *Brown hort. kew.*

Corolla ringens; petalis tribus in galeam conniventibus; duobus proximis etiam adscendentibus; labellum subtus calcari conico latius aperto. Pollen mucosum in pedicellis erectis intra loculamenta antrorsum longitudinaliter dehiscentia, basi confluentia in tuberculum commune. — *Flores tenuius membranacei plerumque punctis et lineis diversicoloribus. Radix deorsum tuberosa* 1) *tuberibus indivisis* a) *labello trifido* (Anacamptis Rich.) n. 972. b) *quadrifido medio producto* (militares) *n.* 973. 974. c) *trilobo* (masculæ s. Moriones) *n.* 975-977. 2) *tuberibus palmatis n.* 978-981.

972. ORCHIS *pyramidalis:* tuberibus indivisis, labello trifido æquali integerrimo; calcari filiformi germinibus longiore, spica densa pyramidata, foliis linearibus. *Linn. svec. n.* 798. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 14. *Sv. Bot. t.* 584. *Jacqu. austr. t.* 266. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 57. *Ahlqu. runst. p.* 29.

Hab. in pascuis sylvestribus insularum e formatione transitionis, ut Gotlandiæ septentrionalis passim ex. gr. ad Biskops in Bunge, Hau in Fleringe, Oelandiæ rarius ad Runsten et Hultersta.

Planta tota pedalis vel sesquipedalis altitudinis, stricta, angusta. Folia fere omnia prope radicem sita, vix quatuor lineas lata, sublinearia; sed bracteae caulis superioris numerosae. Spica ex brevissimis et latissimis, circiter unciam lata et sesquiunciam longa, tota rubra. Flores fere quinque lineas longi, et calcar paullo longius. Serius post foenisecium floret.

973. ORCHIS *ustulata:* tuberibus indivisis, labello quadrifido punctato: laciniis intermediis productioribus sublinearibus; calcari curvulo germinibus triplo breviore, folio caulino vaginante. *Linn. svec. n.* 797. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 20. *it. gotl. p.* 167. 225. *oel. p.* 45. 85. 106. 115. 137. *scan. p.* 257. 304. *Sv. Bot. t.* 331. *Fl. Dan. t.* 103. *Leche scan. p.* 27. *n.* 54. *et p.* 50.

Hab in pratis insularum formatione transitionis substratarum scil. Gotlandiæ et Oelandiæ frequentissime, ut etiam ad oras Scaniæ subsimilis rarius ex gr. infra Sjörup ad Sunnered, ad Wallåkrabro supra Landskrona, ad Blentarp in Lillevång, Villie, Esperöd Kivikensium, Årup.

Planta minor plerisque, saepius spithamam alta. Folia lanceolata, semiunciam lata; caulinum unum alterumve in vaginam saccatam mutatum, et de cetero bracteae nullae caulinae. Spica ob galeam corollae primum obscure fuscam ante explicationem apice nigrescens, unde Gotlandis *Krutbrännare,* ceterum vix semiuncia latior. Corolla tribus lineis brevior, praeter galeam fere albescens, punctis rubris adspersa, sub foenisecio adhuc superstes.

974. ORCHIS *militaris:* tuberibus indivisis, labello quadrifido punctato: laciniis lateralibus linearibus; intermediis productioribus divergentibus cum apiculo interjecto; calcari germinibus duplo breviore, petalis conniventibus acuminatis concoloribus, bracteis obsoletis. *Linn. svec. n.* 796. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 22. *it. gotl. p.* 167. 325. *oel. p.* 45. 69. 115. 137. *Flor. Dan. t.* 1277. *Sv. Bot. t.* 340. *Jacqu. ic. rar.* 3. *t.* 598. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 67. *Ahlquist runst. p.* 29. (excl. synon. O. fuscæ Jacqu.) *Leche scan. p.* 49. *n.* 155. *β.*

Hab. in pratis et lucis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ frequentissime, sed Scaniæ tantum circa Beckaskog et Lillö in calce juniore copiose.

Planta latissima nostrarum Orchidum et saepe ultra pedem alta. Folia oblonga fere sesquiunciam lata; suprema subsaccata, et de cetero bracteae nullae caulinae. Spica fere bis unciam lata. Corolla longissima, decem lineas a supre-

ma galea ad infimum apicem labii emetiens; galea dilutissime cyanea; labio paullo magis violaceo, ob figuram singularem Gotlandis *Johannis nycklar*. Floret quoque sub solstitium.

975. ORCHIS *Morio:* tuberibus indivisis, labello trilobo: lobis subæqualis longitudinis crenatis obtusis: medio emarginato; calcari apice inflato germinibus breviore, petalis omnibus conniventibus obtusis, foliis oblongis. *Linn. svec. n.* 794. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 18. *it. oel. p* 46. 69. 91. *Sv. Bot. t.* 233. *Flor. Dan. t.* 253. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 65. *Leche scan. p.* 49. *n.* 155. *α. Samz. neric. p.* 64. *Aspegren bleking. p.* 64.

Hab. in pratis frutectosis subhumidis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ ubique parcius, nec non Scaniæ orientalis ad Lillö prope Christianstad rarius, ad Malmö frequentius, Blekingiæ maritimæ ex. gr. in Storkö, Nericiæ raro ad Skyllerstaberg.

Planta brevis vix spithamaea. Folia circiter quinque lineas lata; superiora caulem fere totum vaginantia. Spica circiter octoflora. Flores toti obscurius violacei quam in ulla alia, sesquiunciam tum longi cum lati, praecociores quam in ceteris ante solstitium legendi.

976. ORCHIS *palustris:* tuberibus indivisis, labello cuneiformi tricrenato; calcari obtuso germinibus breviore, petalis patentibus obtusiusculis, foliis linearibus convolutis. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 26. *Jacqu. ic. rar.* 1. *t.* 181. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 65. *Swartz ibid.* 1800. *t.* 3. *f.* A. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225.

O. laxiflora *β Bieberst. caucas.* 3. *p.* 600.

Hab. in ripis apricis paludum Gotlandiæ septentrionali-orientalis passim ex. gr. ad pagum Wike in paroecia Boge, ad Fardume paroeciæ Rute.

Praecedentis forsan forma palustris angustata et elongata. Folia attenuata caule parum latiora. Spica magis sparsiflora. Flores longiores parum dilutiores et serius aestivales.

977. ORCHIS *mascula:* tuberibus indivisis, labello trilobo crenulato obtuso; lobo medio bifido; calcari

obtuso longitudine germinis, petalis falcato-acuminatis; exterioribus reversis. *Linn. svec. n.* 795. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 18. *it. gotl. p.* 171. *Sv. Bot. t.* 220. (sed delendis macul. fol.) *Fl. Dan. t.* 457. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 67. *Ahlquist runst. p.* 29. *Leche scan. p.* 49. *n.* 155. *α. Rosén scan. p.* 50. *n.* 42. *Aspegren bleking. p.* 64.

Hab. in pratis elevatioribus et dumetis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ ubique frequenter, Scaniæ passim ex. gr. circa Lund versus Dalby, ad Sularp, Fogelsång, Thorup, Blentarp, Willie districtus Ljunits, Blekingiæ maritimæ rarius in Värkö, Fläskö.

Planta ex longissimis hujus generis, saepe plus quam pedalis. Folia lanceolata utplurimum semiunciam lata. Spica longa et multiflora. Flores toti violaceo-rosei circiter novem lineas longi, sub solstitium explicati, ut videtur ob petala reversa Blekingis *Spanskryttare.*

978. ORCHIS *maculata:* tuberibus palmatis patentibus, labello subtrilobo inæquali crenato; calcari cylindrico germinibus breviore, petalis lateralibus adscendentibus. *Linn. svec. n.* 800. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 31. *Sv. Bot. t.* 413. *Flor. Dan.* 6. *t.* 933. *Wahlenb. lapp. n.* 403.

Hab. in pratis et pascuis depressis per totam Sveciam usque ad subalpina loca omnium Orchidearum vulgatissima.

Tubera palmam exactius referunt, Svecis *Handknoppar, J. Mariæ hand* etc. Folia fere omnia radicalia lanceolata, maculis fuscis adspersa. Caulis cum spica saepius pedalis. Bracteae cauli tantum adnatae (nec amplectentes). Petala albescentia punctis lineisque saturate violaceis eo elegantiora, rusticis *J. Mariæ förklåde* e. s. p.

979. ORCHIS *cruenta:* tuberibus profunde palmatis, labello subtrilobo crenulato: lateribus subdeflexis; calcari conico germinibus alatis breviore, petalis lateralibus adscendentibus, bracteis longitudine florum. *Flor. Dan. t.* 876. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 29. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 130. 146.

Hab. in pratis inferalpinis ad diversorium paroeciæ Alsen Jemtlandiæ rarius.

Sequenti proprior etiam tuberibus in digitos fere distinctos divisis. Caulis humilior vaginato-foliosus. Folia ovato-lanceolata, supra maculis crebris purpureo-violaceis notata. Bracteae quoque sangvineo-maculatae. Flores duplo minores, purpurei.

980. ORCHIS *latifolia:* tuberibus profunde palmatis rectis, labello acuto obsolete trilobo: lateribus reflexis; calcari conico germinibus breviore, petalis lateralibus adscendentibus, bracteis flore longioribus, folio caulino vaginante. *Linn. svec. n.* 801. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 28. *Flor. Dan. t.* 266. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 402.

Hab. in pratis declivibus humidioribus per plerasque regiones Sveciæ usque ad Dalecarliam superiorem et Lapponiam, sed plerumque parcius et vix nisi in regionibus formatione transitionis substratis frequenter.

Herba tota laetius virens, strictior crassiorque, vix pedalis. Folia longe vaginantia etiam in caulem medium adscendentia. Spica vix plus quam bipollicaris. Flores praecociores, plerumque ante solstitium explicati, ex roseo dilutius violacei; labello lineis aream obcordatam circumscribentibus; fauce calcaris omnium maxima, quo fit ut petala lateralia eximie adscendant.

981. ORCHIS *sambucina:* tuberibus profunde palmatis, labello obsolete trilobo crenato; calcari conico germinibus breviore, petalis lateralibus adscendentibus, bracteis florum longitudine coloreque subscariosis, caule nudiusculo, foliis obtusis *Linn. svec. n.* 803. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 30. *am. ac.* 8. *p.* 104. *Sv. Bot. t.* 562. *Fl. Dan. t.* 1232. *Jacqu. austr. t.* 108. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 287. *Videgren österg. p.* 29. *Aspegren bleking. p.* 64.

β. incarnata: *Linn. svec. n.* 802. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 30. *Sv. Bot. l. c. fig. alt.*

Hab. in pratis et pascuis apricis collinis petrosis et saxosis per regiones magis maritimas Sveciæ orientalis, ut Gotlandiæ et Oelandiæ passim, Blekingiæ, Stockholmiæ adjacentisque Roslagiæ nec non Sudermanniæ frequenter, β deinde in maritimis Ostrogothiæ et Calmariensis gubernationis usque ad fluvium Wirboâ angulo Oelandiæ septentrionali oppositum satis frequenter.

Planta humilior vix plus quam spithamaea. Folia oblongata praecipue sursum circiter octo lineas lata, fere omnia radicalia (uno tantum caulem ceterum nudum amplectente), evidenter glaucescentia. Spica subrotunda sesquiunciam lata. Flores circiter octo lineas longi albi; labello lutescente punctis rubris adsperso, odoreque fere Sambuci. Verno tempore post frondescentiam jamdudum obvia. — β flores incarnati, basi labelli lutescente.

550. SATYRIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1368. Habenaria et Gymnadenia *Brown l. c.*

Corolla ringens; petalis tribus superioribus laxius conniventibus; duobus proximis descendentibus; labello pone aperturam angustam sive in sacculum dilatato sive in calcar angustissimum producto. Pollen mucosum in pedicellis erectis intra loculamenta antrorsum longitudinaliter dehiscentia, basi in tubercula distincta abeuntia. — *Flores crassiores unicolores eximie fragrantes. Radix* 1) *fasciculata n.* 982. 983. 2) *tuberibus palmatis n.* 984-986. 3) *tuberibus indivisis n.* 987.

982. SATYRIUM *albidum:* tuberibus fasciculatis, labello trifido: lacinia media lineari productiore: calcari petalis ovatis breviore. *Linn. svec. n.* 806. *it. scan. p.* 80. 153. *vestrog. p.* 131. *Fl. Dan. t.* 115. *Sv. Bot. t.* 507. *f.* 1. (Habenaria). *Leche scan. p.* 18. *n.* 73. *Rosén scan. p.* 54. *n.* 44. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 26. *Horneman plantel.* 3. *p.* 890.
Orchis albida *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 38. *Fries halland. p.* 157. *Wahlenb. lapp. n.* 406. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 160. *Læstadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 342.

Hab. in pratis montosis Sveciæ occidentalis meridionalioris, ut Scaniæ ad Lillö prope Christianstad, Tunbyholm, Lund etc. Hallandiæ meridionalis passim, Smolandiæ satis frequenter usque ad Björneke paroecia Häråkra, Vestrogothiæ inprimis ad montes transitionis Hunneberg, Kinnekulle, Mösseberg, Olleberg etc. copiose; — dein non antequam in alpibus Lulensibus et Finmarkiæ infra Kautokeino usque in maritima loca.

Planta vix pedalis. Folia oblonga, saltem inferiora obtusa, circiter semiunciam lata. Spica angusta utpote quinque lineas tantum lata, initio aestatis florens; in meridionalibus densiflora, in alpibus magis laxiflora sed ibi maxime svaveolens. Flores toti albidi, minimi, vix duas lineas longi.

983. SATYRIUM *viride:* tuberibus subfasciculatis, labello lineari apice tridentato: dente medio minore; calcari saccato, bracteis flore sesquilongioribus. *Linn. svec. n.* 804. *Flor. Dan. t.* 77. *Sv. Bot. t.* 507. *f.* 2. (Habenaria).
Orchis viridis *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 33. *Ahlquist runst. p.* 29. *Wahlenb. ups. n.* 552. *lapp. n.* 405. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100.
Hab. in pratis et pascuis durioribus sylvestribus Sveciæ magis orientalis vel ab oceano aversæ a Scania ad Oelandiam, Vestrogothiam interiorem ex. gr. ad Billingen, Uplandiam, Vestmanniam ferrimontanam, Dalecarliam in Osmundsberg frequenter et Norrlandiam rarius; dein tantum in regionibus subalpestribus Jemtlandiæ et Lapponiæ usque ad districtum Fælles dictum prope Russiam rarius.

Planta tota semipedalis vel paullo ultra. Folia duo triave, in caulem adscendentia, oblongo-elliptica, vix plus quam unciam longa. Flores ad foenisecium reperiuntur toti virides nisi cum fuscescentia quadam praecipue in alpibus, ubi etiam flores aliquantum majores: labello sesquitertiam lineam longo,

984. SATYRIUM *nigrum:* tuberibus profunde palmatis, floribus resupinatis; labello integerrimo acuminato; calcari brevissimo, spica subglobosa, foliis

linearibus. *Linn. svec. n.* 805. *Flor. Dan. t.* 998. *Jacqu. austr. t.* 368. *Swartz Vet. Ac. Handl* 1789. *p.* 49. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 128. *Hising jemtl. p.* 73. Orchis nigra *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 35. *Sv. Bot. t.* 500. Nigritella angustifolia *Richard.*

Hab. in pratis siccioribus supra formationem transitionis Jemtlandiæ planioris frequenter, sed rarius in Angermannia et Medelpadia adjacente.

Planta spithamaea; foliis caule non latioribus. Spica circiter octo lineas lata, purpureo-fusca. Jemtlandis *Brunkulla*, etiam *Brunstollar*. Odor svavissimus fere Vanillae praecipue in bracteis margine glandulosis. Germina tam brevia et subrotunda, ut contorqui nequeant et hinc flores resupinati. Petala omnia maxime acuminata.

985 SATYRIUM *odoratissimum*: tuberibus palmatis, labello late cuneiformi trilobo; calcari subulato longitudine petalorum, foliis linearibus.

Orchis odoratissima *Linn. faun. svec. append. p.* 558 (exclus. vestrobottn.) *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 32. *Sv. Bot. t.* 542. *Jacqu. austr. t* 264. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 68. *Vide Østerg. p.* 29

Hab. in pratis sylvestribus uliginosis prope oras Gotlandiæ passim ex. gr. ad Hall, inter Rute et pagum Koparfve, inter Wike et Gothem å, in Sundre, Gröttlingbo; ceterum solummodo Ostrogothiæ in Omberg loco cretaceo prati Storängen pagi Hoje (cum Bartsia) non parce.

Planta angustissima, pedalis vel sesquipedalis longitudinis; foliis gramineis lineam unam alteramve tantum latis. Spica semiuncia non latior. Flores quoque fere minutie praecedentium, tres lineas longi, post foenisecium explicati, calcari brevi et tota forma fere ut in specie prima, dilute rosei, svaveolentes. Attamen a sequente parum differt, et sic transitum ad longissime calcaratas species efficit.

986. SATYRIUM *conopseum*: tuberibus palmatis, labello late cuneiformi trilobo; calcari setaceo germinibus longiore, foliis sublinearibus. — (Satyrium basilicum mas. *Fuchs, sist.* 712)

Orchis conopsea *Linn. svec. n.* 799. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 32. *Fl. Dan. t.* 224. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 100. *Wahlenb. lapp. n.* 404.

β. densiflorum: majus magisque foliosum. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 68. *Ahlqu. runst. p.* 29.

Hab. in pratis petrosis et saxosis fere totius Sveciæ usque ad Jemtlandiam frequenter; sed Lapponiæ in paludibus et alpibus rarius minusque; *β* in lucis fertilissimis insularum Gotlandiæ et Oelandiæ copiose.

Caulis cum spica cylindracea saepius plus quam pedalis, strictus. Folia latitudine saltem trium linearum. Spica demum caule longior Vermlandis *J. Mariæ Brudgran.* Flores toti purpureo-violacei, modice svaveolentes, post solstitium explicati. Calcar germine saepe duplo longius, sed interdum ex. gr. in paludibus Lapponiae eodem re vera brevius, ut in ejus longitudine vix differentia speciei multo minus character generis. — *β* duplo triplove majus.

987. SATYRIUM *bifolium:* tuberibus indivisis, labello lanceolato integro; calcari setaceo longissimo, foliis binis radicalibus oblongis. — (Satyrium *Rivini et Pharmacop.*)

Orchis bifolia *Linn. svec. n.* 793. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 10. *it. vestrog. p.* 235. *Sv. Bot. t.* 314. *Fl. Dan. t.* 235. *Wahlenb. lapp. n.* 401. (*Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 129.)

Hab. in pascuis duris sylvestribus per maximam partem Sveciæ scil. a Scania ad Vermlandiam superiorem et Norrlandiam ubique, nec non in parte infima Lapponiæ rarius (sed fertiliora et altiora loca Jemtlandiæ non frequentat).

Scapus angulatus, tantum bracteis nonnullis herbaceis stipatus, cum spica pedalis et ultra, post solstitium florens. Petala exteriora alba undulata, interiora ut praecipue labellum apicem versus virentia et crassiuscula, noctu fragrantissima, unde Svecis *Nattfioler, Ståndpers, Yxne* v. *Oxne.*

351. HERMINIUM.

Linn. gen. ed.* 2. *n.* 826. *syst. nat. ed.* 6. *p.* 130. *Brown hort. kew.* — *Richard.

Corolla ringens; petalis duobus interioribus longioribus

cum labello ipsorum longitudinis initio parallelis conniventibusque, melleis; labello cruciatim nervoso, ad basin subtus deducto in sacculum nervo carinatum. Pollen in loculamentis cucullatis columnæ, marginibus sacculi nectarini adnatæ, brevissimæ. — *Flores minuti fere mellei odoris et coloris.*

988. HERMINIUM *Monorchis:* labello divergenter trifido: lacinia media duplo longiore lineari petala interiora æquante, foliis radicalibus oblongis. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 740. (*lapp. n.* 317.) *it. gotl. p.* 225. 237. 255. *scan. p.* 208.

Ophrys Monorchis *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 810. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 61. *Flor. Dan. t.* 102. *Ahlquist runst. p.* 30. *Bjerkander Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 81. *Samz. ner. p.* 65. *Carls. strengn. p.* 50. *Wahlenb. ups. n.* 553. *Fries hall. p.* 137.

Hab. in pratis apricis subhumidis præcipue mari proximis et orientalibus formatione juniore lætatis, ut Gotlandiæ Oelandiæque, Scaniæ, Roslagiæ frequenter; ceterum in formationibus transitionis Vestrogothiæ ad Kinnekulle, Gökhem, Varnhem, Berg, Näs etc. Nericiæ in Lannahögar paroeciæ Vinteråsa; denique raro circa lacum Mälaren Strengnesiæ, Wiksbergæ, Upsaliæ; rarissime in maritimis Hallandiæ et Umoæ.

Planta ex minimis hujus ordinis, plerumque tantum digitalis. Folia radicalia utplurimum bina acuta; accedente in exemplaribus majoribus uno caulino minore. Spica densiflora demum quasi deorsum imbricata, tota ob colorem odoremque mellis Svecis *Honingsblomma.* Flores singuli vix lineas duas longi; apicibus angustis petalorum interiorum exstantibus. Petala haec etiam basi dilatato-dentata, labello similiora quam in ulla alia planta Orchidea. Labellum nervis suis crucem sexradiatam quasi offert, initio non incurvatum, sed cum petalis ceteris interioribus recte se exserens.

352. OPHRYS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1369. (partim). *Swartz Vet. Ac. H.* 1800. *p.* 222. *t.* 3. D.

Corolla ringens; petalis duobus interioribus minoribus a labello, ipsis multiplo majore, divergentibus; labello

enervi incrassato, planiusculo, initio inflexo (sine nectarifera impressione). Pollen mucosum adfixum ut in Satyrio. — *Radix tuberibus indivisis globosis. Flores extus virides.*

989. OPHRYS *myodes:* labello pubescente tripartito: laciniis lateralibus linearibus; media duplo longiore oblonga biloba, petalis interioribus linearibus, foliis caulinis oblongis. *Linn. svec. n.* 818. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 64. *it. oel. p.* 44. 121. 137. *gotl. p.* 238. *Sv. Bot. t.* 293. *Fl. Dan. t.* 1398 *Jacqu. ic. rar. t.* 184. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 129 *Videgr. ősterg. p.* 29.

Hab. in pratis depressis humidioribus strato calcareo formationis transitionis substratis per provincias laterales et altiores satis frequenter, ut: Gotlandiæ et Oelandiæ multis locis copiose, Vestrogothiæ in Kinnekulle ad Őrnekulla, circa Mösseberg tum versus Klefva tum prope Falköping, Ostrogothiæ ad Omberg in Hoje-storäng cum Bartsia copiose, ad Gärstad, Sjökumla, Ryd, Motala, Slaka etc.; per provincias autem septentrionaliores rarius, ut: Nericiæ in paroecia Skyllersta a pago Köpsta $\frac{1}{8}$ miliaris meridiem versus, Jemtlandiæ in Frösön non parce.

Planta tota pedalis vel paullo ultra. Folia pleraque radicalia, interdum fere unciam lata. Spica valde sparsiflora; floribus inferne unciam a se invidem distantibus. Petala tria exteriora viridia, sed interiora una cum labello quinque lineas longo fusca, muscam pedibus suis similia, quare Gotlandis *Flugblomster.* Floret ante foenisecium.

990. OPHRYS *alpina:* labello indiviso oblongo utrinque unidentato, foliis radicalibus linearibus scapum nudum subæquantibus. *Linn. svec. n.* 817. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 62. *Flor. Dan. t.* 452. *Wahlenb. lapp. n.* 408. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342.

Hab. in declivibus humosis summarum alpium Lulensium rarius ex. gr. ad Stor-Tokin et Arrasvare juxta Virihjaur, in Jolli prope Sorjåsjaur; nec non

in alpibus maritimis Nordlandiæ ad Carlsöe et Finmarkiæ ad Hasvig.

Planta inter breviores Orchideas, vix digitum minorem longa. Folia lineam tantum lata, scapo interdum longiora. Spica subdensiflora, sed uncia non longior. Petala viridi-fuscescentia, conniventia; labello lutescente vix duas lineas longo. Florum habitus fere ut in Satyrio viridi, sed labellum incrassatum enerve, initio incurvatum, et petala reliqua interiora minuta fere ut in praecedente.

353. NORNA.

Calypso *Salisb. - Pursh fl. am. s. 2. p.* 593. (nec Beauv.) Orchidium *Swartz.*

Corolla maxime ringens; petalis quinque æqualibus sursum convergentibus; labello basi in sacculum dilatato. Columna genitalium laminam petaliformem aperturæ sacculi æqualem gerens, elongata; antheræ ceraceæ lamina duplici compositæ, tegmentis tenuibus deciduis. — *Radix bulbis juxta positis, folio unico petiolato; pedunculo vaginato unifloro, fructuque erecto.*

991. NORNA *borealis* α europæa: angustior, folio ovato, petalis sublinearibus, labelli lamina ovata sacculum excedente.

Calypso borealis *Regensb. bot. Zeit.* 1823. *p.* 39.

Orchidium boreale. *Swartz Svensk Bot. t.* 518. *Prytz in Mnemosyne* 1821. *Maj. p.* 151.

Limodorum boreale *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 122.

Cypripedium bulbosum *Linn. svec. n.* 821. *lapp. n.* 319. *t.* 12. *f.* 5. *amoen. ac.* 7. *p.* 449.

(β. americana: latior, folio subcordato, labelli lamina in medio abbreviata obcordata apices sacculi non tegente. *Hooker exot. fl.* 1. *t.* 12.)

(γ. asiatica: adhuc latior, labelli sacculo ampliore quasi absorbente laminam inde obsoletam. *Gmel. sib.* 1. *p.* 7. *t.* 2. *f.* 1.)

Hab. in pratis collinis apricis inter lucos lætiores prope flumina maxima supra sinum Bottnicum summum raro, ut ad Tengliö semimiliare SO ab Avasaxa paroeciæ Öfver-Torneå et ad templum Kemi copiosius, (ceterum Ingriæ ad finem sinus fennici;

β in America maxime septentrionali ad Montreal prope Fl. Laurentii et infra exitum ejus in Terra nova Canadæ; γ in Asia sibirica et fluminis Lenæ regione superiore usque ad 55° lat.)

Bulbus vagina fere ampulliformi et semipellucida inflata vestitus. Folium radicale e vagina bulbi floriferi exiens, petiolo eadem vix longiore elevatum, nervosum et ob venas transversas fere tessulatum saepeque maculatum. Scapus vel potius pedunculus radicalis vaginis duabus tribusve laxis semipellucidis obvolutus, vix plus quam digiti longitudinis. Flos bractea terminali petalis superioribus simillima fulcratus, extus roseus, intus candidior. Columnae lamina ovalis. Labelli apertura columnari laminae magnitudine aequalis; lamina ipsius longiore, infra aperturam sacci penicillo aureo ornata, cui initio applicatae antherae. Hoc labellum sacculo suo Cypripedio non male comparatum, igitur, Cypridis nomine ob affinitatem alienam postea amisso, satis bene Calypsidis acciperet planta, nisi hoc etiam jam aliter usitato Nornae deae illae praedestinationis septentrionalium condecoretur. Ab Orchide nimium distat tum flore fere Epipogio analogo tum radice vere bulbosa nec tuberosa, ut nomen ejus tam parum mutatum retineat. — Vernalis est flos multo magis quam ullus alius Orchidearum, mense majo jamdudum explicatus. Ex hybernaculo optimo (bulbo) praecoce surgit deae praedestinationis anni instar, unico fulcro (folio) tantum stipata, pede adhuc obvelato, facie assurgente intus candida (lamina columnae) radiis roseis spei (petalis) circumdata, pectore bursam amplam ubertatis futurae fovente, nec tamen omittente tegmen decentiae penicillo aureo ornatum (laminam labelli). — Europæa haec Norna ut angustior ita etiam gentilior, tegmine labelli decentior magisque condecorata ut decet parti orbis maxime politae; Americana aliquantum latior, laminâ breviore, fere intermedia; Asiatica omnium latissima tegmine decenti fere orbata, in patria sua vastissima, maxime rudi.

554. MALAXIS.

Swartz Vet. Ac. Handl. 1800. *p.* 233. *t.* 3. P. *Brown hort. kew.*

Corolla ringens resupinata; petalis duobus exterioribus labello concavo indiviso convergentibus. Columna

genitalium labello subparallela latere anteriore a posteriore facto, ostendens antheras ceraceas cum tegmentis suis totas decidentes. — *Herbulæ molles et maxime paludosæ, bulbis proliferis vel suprapositis folio uno alterove vaginatis, scapo nudo parvifloro, floribus luteo-virentibus, fructibus semper erectis.*

992. MALAXIS *monophyllos:* folio subsolitario ovato, pedicellis capillaribus, labello ovato concavo acuminato. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 90. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225. *Flor. Dan. t.* 1525. *Sv. Bot. t.* 663. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 234. *t.* 3. *f. a-f. Hartm. ib.* 1818. *p.* 124. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11.

Ophrys monophyllos et latifolia (corr. liliifolia) *Linn. svec. n.* 814 *et* 811. *sp. pl. ed.* 1. *p.* 946. *Jacqu. coll.* 4. *p* 340. *t.* 13. *f.* 2. *Loes. pruss.* 180. *t.* 57. *Videgren ősterg. p.* 29.

Hab. in paludosis alnetis atra humo refertis Sveciæ magis orientalis rarius, ut Gotlandiæ in insulis minoribus lacus Helvigträsk, Ostrogothiæ in Spånghagen ad Slaka (*Wallman*) et prope Quisberg, in Torpa, Risinge etc. Vestmanniæ ad Acidulas Sätræ, dein in insulis maris Bottnici Gestriciæ ad Verkfjärden insulamque Edskön paroeciæ Hille et Medelpadiæ in Alnön.

Folium maximam partem scapi vaginans et apice fere ad basin spicae pertingens, digitum latum. Scapus plerumque spithamaeus cum spica tenuissima inter Orchideas. Flores minimi quamquam acuminati sesquilinea non longiores, lutescentes, aestivales.

993. MALAXIS *paludosa:* foliis spathulatis concavis apice granulosis, labello ovato concavo apiculato. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 91. *Swartz Vet. Ac. H.* 1789. *p.* 127. *t.* 6. *f.* 2. *Sv. Bot. t.* 662. *Wahlenb. ups. n.* 554. *Zetterstedt res.* 1. *p.* 11. *Wahlb. gothob. p.* 81. *Fries halland. p.* 138. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 225.

Ophrys paludosa *Linn. svec. n.* 813. *Flor. Dan. t.* 1234.

Hab. in paludibus profundissimis limosis præcipue Sveciæ mediæ (et magis orientalis) passim, ut: Uplandiæ circa Upsaliam pluribus locis, Roslagiæ, Ostrogothiæ ad Omberg in Dagsmossen, Vestrogothiæ ad Klefva, Vestmanniæ ad Skinskatteberg, Nericiæ ad Porla; sed Bahusiæ, Hallandiæ et Gotlandiæ rarius.

Bulbus pisiformis intra vaginam intimi folii. Folia vix quatuor lineas lata, plerumque scapo multiplo breviora. Scapus digitum longus, quod ad dimidiam partem spica multiflora constitutus. Flores duas lineas longi, virescentes, ad foenisecium obvii.

994. MALAXIS *Loeselii:* foliis binis ovato-lanceolatis, scapo paucifloro, labello oblongo recurvato obtusiusculo. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 235. *t.* 3. *fig.* P. *g. h. Willden. spec. pl.* 4. *p.* 92. *Rosén Nov. Act. Ups. V. II. p.* 225 *et* 250.

Ophrys Loeselii *Linn. svec. n.* 812? *Loesel. pruss.* 180. *t.* 58. *Flor. Dan. t.* 877.

Hab. in paludibus limosis Gotlandiæ rarius, ut in insulis lacus Helvigträsk, in Martebomyr et ad Djufves prope Hoborgen; Scaniæ ad Årup supra Christianstad (Mag. Doc. *Joach. Åkerman*).

Planta tota crassior quam praecedens. Folia duplo triplove longiora, acutiora. Flores inprimis constanter plus quam duplo majores, quinque lineas longi, flavescentes; labello et columna genitalium a praecedentium specierum tam discrepantibus et ad sequentis generis formam accedentibus, ut non tantum transitus inter haec genera perevidens, verum forsan ratio sit hanc speciem ad genus sequens transferendi.

355. CORALLORRHIZA.

R. Brown in hort. kew. 5. *p.* 209.

Corolla ringens erecta; petalis omnibus sibi invicem et columnæ curvatæ initio parallelis; labello planiusculo demum recurvato. Columna genitalium elongata curvata in modum labelli, demum a labello divergens, retrorsum antherifera; antheris cum tegmento deciduis ut in præcedentibus. — *Planta præ ceteris omnibus radice quasi corallina; itaque scapo aphyllo,*

vagina summa loco bulbi, fructibus demum pendulis, floribus viridibus persistentibus angustis.

995. CORALLORRHIZA *innata*: *Smith brit. comp.* 1818. *p.* 151. *Sv. Bot. t.* 554. *Wahlenb. ups. n.* 555. *lapp. n.* 412. (Cymb.) *Zetterst. res.* 2. *p.* 109. 69. *Fries hall. p.* 158. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226. Ophrys Corallorrhiza *Linn. svec. n.* 816. *lapp. n.* 515. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 109. (Cymb.) *Flor. Dan. t.* 451. *Hartm. Vet. Ac. H.* 1814. *p.* 100.

Hab. in alnetis aliisque nemorosis limosis ad paludes majores sylvaticas fere totius Sveciæ passim parcius a Scania et Gotlandia usque ad Vermlandiam, Dalecarliam et mare septentrionale.

Radicis rami omnes aequales, crassitie pennae gallinaceae vel scapo crassiores, "sibi invicem innati" Linn. Act. Ups. 1740. p. 34. Scapi vaginae quo superiores eo longiores adeo ut suprema saepe triuncialis, cui pars superior nuda scapi quasi innata. Corolla virens eximie persistit in capsulis pendulis; labellum utrinque crena incisum et quodammodo subtrilobum.

556. EPIPOGIUM.

Gmel. sib. 1. *p.* 11. *t.* 2. *f.* 2. Satyrium *Linn. spec. ed.* 1. *p.* 945.

Corolla valde ringens, resupinata; petalis quinque convergentibus et sibi invicem semper parallelis, linearibus; labello in formam galeæ vel cuculli (fere Aconiti) sursum producto, antice limbo trifido. Columnæ genitalium basis dilatata aperturæ labelli magnitudine respondens; ceterum elongata, antheram polline farinaceo sub apice inflexo persistente operculari gerens. — *Radix corallina fere præcedentis, sed caulis basi ad articulos intumescens crassior, vaginis brevibus mox in bracteas mutatis. Fructus pendulus. Flos fauce rutilante.*

996. EPIPOGIUM *aphyllum*: *Gmel. sib. p.* 12. *Swartz* (*Sv. Bot. t.* 512. mutuata.) *Fries nov. p.* 57. *Læstad. Vet. Ac. Handl.* ined.

Limodorum Epipogium *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 129. *Flor. Dan. t.* 1255.

Hab. Smolandiæ occidentalis ad Femsjö in sylva umbrosissima abiegna Bökebergensi prope lacum

Färgen parcissime; nec non loco simili Angermanniæ supra exitum fluminis Ångermanelfven prope Bjertrå versus septentrionem et Rammeldalen, ubi unicum exemplar maxime serotinæ plantæ legit Rev. *L. L. Læstadius* die 7 Septembris 1824.

Exemplaria tria apud nos lecta minima, digitalis longitudinis et vix plus quam uniflora, itaque non nisi cum figura minore in Sv. Bot. (ad exemplar extraneum facta) comparanda. Flos autem apertura pulchre rubro-punctata ut a Gmelino describitur; ceterum tota planta pellucide albescens ne quidem germine excepto. Itaque omnium nostrarum plantarum parasiticarum maxime vesicularis et membranacea, decolorata, materia vegetabili fortiori exanis, unde etiam rarissime omnium proveniens. Mirum quantum Orchideae solo magis quam climati se accommodant.!

557. EPIPACTIS.

Haller. — *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 231. *t.* 3. N. *b. f.*

Corolla initio apicibus concurvatis clausa, demum petalis conniventibus subcampanulata; labello ad basin libero concavo, dein producto in lobos binos venosos. Columna genitalium libera elongata teres; antheræ fariniferæ operculo oblongato (sine fulcro postico). — *Radix repens radiculis ramentaceis; herba aphylla vaginata; floribus sordide cartilagineis ante explicationem obtusissimis; fructibus erectis ovalibus.*

997. EPIPACTIS *Nidus avis: Willden. spec. pl.* 4. *p.* 87. *Fries halland. p.* 138.

Ophrys Nidus avis *Linn. svec. n.* 815. *Flor. Dan. t.* 181. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. *Videgren österg. p.* 29.

Hab. in sylvis umbrosis Sveciæ meridionalioris et mediæ præcipue orientalis et ad aquas majores passim parcius, ut: Scaniæ ad Öfvedskloster, Gotlandiæ pluribus locis, Roslagiæ ad Börstel, Uplandiæ in lacus Mäleri prom. ad Vårdsätra, in Kjärsön nec non Kongshatt prope Drottningholm, Vestrogothiæ in Kinnekulle prope Hjelmsäter et in Billingen prope Klefva, Berg et Wåmb, O-

strogothiæ in Sandö lacus Vettern, ad Vadstena etc. Hallandiæ rarissime.

Radix tophum multo crassiorem saepe ovo anserino majorem quam in similibus constituit. Caulis vel potius scapus interdum digitum minorem crassus, circiter pedalis, strictus. Spica densiflora; floribus patentibus tum ob formam labelli tum consistentiam et colorem subgelatinosam etiam nomen Nidi avis merentibus. Labelli pars basilaris magis efformata quam in genere sequente, sed lamina extima, quae in Serapiade extra lobos laterales posita est, desideratur, quo genus non potest non distinctum oriri. Columna quoque longa, omnimodo libera et a labelli concava parte divergens separationem a Listera svadere videtur.

358. SERAPIAS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1371. Epipactis *Swartz l. c. f.* N. a.

Corolla initio apicibus subparallelis connivens, demum patens; labello ad basin concavo, in medio inciso deinque aucto lamina tenuiore indivisa. Columna genitalium et antheræ fere præcedentis. — *Herbæ radice repente tenui, caule multifolio, floribus coloratis rubicundis albisve ante explicationem acutis, fructibus* a) *pendulis pyriformibus in n.* 998. 999. b) *erectis cylindraceis n.* 1000. 1001.

998. SERAPIAS *latifolia:* fructu pedicellato pyriformi pendulo pubescente, labello acutiusculo petalis breviore, bracteis laxis, foliis subovatis. *Linn. mant. p.* 490. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 83. (Epipact.) *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 251. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 69. *ups. n.* 557. *Ahlquist runst. p.* 50.

S. Helleborine α *Linn. svec. n.* 819. *it. scan. p.* 304. *oel. p.* 159. *gotl. p.* 196. 225. 229. *Flor. Dan. t.* 811. *Bjerkand. Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 81.

β. atrorubens: floribus purpurascentibus acuminatis foliisque ad apicem coloratis. *Rosén l. c. Linn. it. gotl. p.* 230. 253.

Hab. in pratis petrosis nemorosis Sveciæ temperatioris præcipue orientalis satis frequenter, ut Scaniæ, Gotlandiæ Oelandiæque; dein rarius usque ad Vermlandiam ferrimontanam ex gr. ad

Långbanshyttan et Persberg, Dalecarliam superiorem ad Styggforsen alibique paroeciæ Boda, nec non Roslagiam; β Gotlandiæ et Ostrogothiæ ad Omberg.

Planta prae ceteris hujus generis tum magnitudine cum latitudine varians. Plerumque sesquipedalis est foliis bis pollicem latis, sed interdum non pedalis foliis vix uncialibus. Flores constantiores, breviores quam in ceteris, quatuor lineas tantum longi, rudiores et subfusci coloris.

999. SERAPIAS *palustris:* fructu pedicellato oblongo pendulo pubescente, labello obtuso crenato petalis æquali, bracteis flore longioribus, foliis lanceolatis. *Smith brit. p.* 943. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 84. (Epipact.) *Sv. Bot. t.* 449. *Flor. Dan. t.* 267. *Rosén scan. p.* 55. *n.* 46. *Ahlqu. runst. p.* 30. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. (S. longifolia). *Videgren österg. p.* 30. *Osbeck götheb. handl* 4. *p.* 26. *Fries hall. p.* 138 *Wahlb. gothob. p.* 81.

Hab. in pratis aquosis regionum littoralium Scaniæ passim, Oelandiæ Gotlandiæque satis frequenter, Ostrogothiæ, Roslagiæ rarius, Gestriciæ rarissime in Edskön, Hallandiæ ad Hasslöf, Karup etc. ac prope Götheborg.

Planta tota circiter pedem alta, superne cinerascente pubescens. Folia digitum minorem fere longa lataque. Petala labellumque semiunciam longa, extus virentia, intus albida hinc inde roseo-tincta, sub foenisecio optima.

1000. SERAPIAS *ensifolia:* fructu sessili cylindraceo erecto glabro alato, labello obtuso petalis acuminatis duplo breviore lineis rectis picto, bracteis squamaceis, foliis summis ensiformibus spicam subæquantibus. *Murr. syst. veg. p.* 815. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 85. (Epipact.) *Flor. Dan. t.* 506. *Engl. Bot.* 7. *t.* 494. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 318. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226. 252. *Rosén scan. p.* 54. *n.* 45.

S. Helleborine β *Linn. svec. n.* 819. *it. oel. p.* 144.

Hab. in pratis fruticosis petra calcarea formationis transitionis substratis Scaniæ maxime meridionalis

rarius ad Hafgård territorii Wemmenhög, Oelandiæ septentrionali-occidentalis ad Hornsladugård et extra Torp nec non Byerum paroeciæ Böda, Gotlandiæ satis frequenter ad Hau, Helvig, Martebo, Lummelund, Eista, Sproge, Siltö, Habliugbo (unde aliquando Roslagiæ pervenisse videatur).

Tota gentilis glaberrima et nitida, saepius sesquipedalis. Folia nulla digito latiora, sed superiora plerumque tantum duas lineas lata et tamen digiti longitudine. Flores etiam elongati, decem lineas emetientes, toti albidi cum labello exterius lutescente, ante solstitium optime explicati.

1001. SERAPIAS *rubra:* fructu subsessili cylindraceo erecto pubescente, labello acuto petalis æquali lineis undulatis elevatis notato, foliis lanceolatis. *Linn. mant.* p. 490. *spec. pl. ed. Willd.* 4. p. 86. (Epipact.) *Flor. Dan.* t. 545. *Engl. Bot.* 7. t. 437. *Rosén Nov. Act. Ups.* VIII. p. 226 et 252.

Hab. in pratis petra calcarea substratis Gotlandiæ septentrionalis rarius, ut in Storängen ad Vestö paroeciæ Hall, ad Kappelshamn prope Storugn, et ad Fardume paroeciæ Ruthe.

Inferne quoque nitida, sed superne eximie glanduloso-pubescens, pauciflora, maxime vero grandiflora. Longitudo totius plantae vix plus quam pedalis. Folia circiter digitum longa lataque. Flores plerumque tantum tres, unciam longi, toti etiam extus saturate rosei.

359. LISTERA.

R. Brown hort. kew. 5. *p.* 201. Ophrydis spec. *Linn.*

Corolla initio apicibus concurvis clausa; labellum basi dentibus stigma amplectens eique conglutinatum, ceterum medio planum incrassatum, demum lobis binis terminatum. Columna genitalium brevissima postice eminens fulcro operculum antherarum fariniferarum oblongatum deprimente. — *Radix fasciculatim fibrosa aphylla; caule foliis binis oppositis, ceterum nudo; floribus viridibus ante explicationem obtusissimis; fructibus ovalibus erectis pedicellatis. Nexus baseos labelli cum stigmate, generationem ut videtur adjuvans, maxime proprius et in nullo præcedentium observatus.*

1002. LISTERA *ovata*: foliis ovalibus, labello basi utrinque dente minuto. *Brown l. c. Smith compend. fl. brit.* 1818. *p.* 130.

Ophrys ovata *Linn. svec. n.* 808. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 87. (Epipact.) *it. oel. p.* 61. 62. 121. *gotl. p.* 233. *vestrog. p.* 31. *amoen. ac.* 8. *p.* 104. *Flor. Dan. t.* 137. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. — 1809. *p.* 219. *Fries hall. p.* 138. *Næzén in Fant diss. de Ulricæh. p.* 32. *Aspegren bleking. p.* 64. *Samz. neric. p.* 65.

Hab. in pratis nemorosis succosis regionum litoralium ut Scaniæ, Oelandiæ Gotlandiæque, Sudermanniæ, Roslagiæ, Hallandiæ passim; sed etiam regionum montosarum, ut Vestrogothiæ in Kinnekulle et Billingen, ad Ulricæhamn non raro, Daliæ, Vermlandiæ ex. gr. ad fodinas Tabergenses, Nericiæ in paroeciis Lännäs et Skyllersta nec non in Hjulåsen prope Garphyttan, Dalekarliæ ad Billsjön paroeciæ Söderbärke, circa Boda nec non Osmundsberg copiosissime, et denique Jemtlandiæ.

Planta pedalis et paullo ultra; caule crassitie pennae gallinaceae. Folia plerumque biuncialis longitudinis, nervis tribus majoribus. Flores intense virides; labello ultra tres lineas longo. Capsula magnitudine fere pisi.

1003. LISTERA *cordata*: foliis rhombeo-cordatis, labello bifido: dente baseos utrinque assurgente aciculari. *Smith comp. fl. brit.* 1818. *p.* 130. *Wahlenb. ups. n.* 558. *lapp. n.* 410. (Epipact.) *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226.

Ophrys cordata *Linn. svec. n.* 809. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 88. (Epipact.) *it. gotl. p* 329. *Gunner norv. n.* 668. *t.* 3. *f.* 6. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1278. (*Sv. Bot. t.* 472). *Forsander veg. scan. p.* 8.

Hab. in paludosis muscosis sylvarum majorum fere omnium provinciarum a Smolandia ad Lapponiam summam passim.

Planta vix spithamaea, gracillima; caule fili tenuitatis. Folia magnitudine tantum ungvis minoris; costa media vel nervo unico evidentiore, reliquis quasi in angulos folii dilatatos

evanescentibus. Flores minimi nonnihil fuscescentes. Labellum ad basin quasi scuto cartilagineo, ex quo surgunt dentes introrsum fimbrias antheris applicantes ita, ut vices stigmatis implere videantur. Capsula semine Sinapis vix major.

560. NEOTTIA.

Linn. syst. nat. ed. 6. p. 130. Jacqu. coll. 3. p. 174. Swartz Vet. Ac. Handl. 1800. p. 224. t. 3. 1.

Corolla ab initio et fere semper apicibus parallelis connivens; petalis exterioribus lateralibus majoribus includentibus labellum basi saccatum. Columna genitalium brevissima. Antheræ fariniferæ, operculo pedicellato late cordato biloculari. — *Caulis vaginis foliosis et nudis stipatus; fructus sessilis. Flores albi ante explicationem acutissimi.*

1004. NEOTTIA *repens:* labello apice attenuato, floribus secundis pubescentibus, foliis ovatis reticulatis, radice repente. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 75. *Wahlenb. ups. n.* 559. *lapp. n.* 409. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 226. *Fries halland. p.* 157. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 160.

Satyrium repens *Linn. svec. n.* 807. *Jacqu. austr. t.* 369. *Flor. Dan. t.* 812.

Gonogona repens *Link. en. hort. ber.* 2. *p.* 569.

Goodyera repens *Brown hort. kew.* 5.

Hab. in sylvis muscosis majoribus fere omnium provinciarum usque ad Lapponiam passim parcius.

Radix filo parum crassior demum terminata caule circiter spithamaeo. Folia in caule inferne plura quodammodo tessulata, petiolis dilatatis. Flores numerosi, serotini, albidi, structura valde singulares, basi lati, apice acuminato deorsum spectante. Antherarum operculum tenuius et magis mobile quam in proxime praecedentibus ad sectionem secundam nonnihil accedere videtur, sed latitudo ejus et structura interna omnino bilocularis pro diversis antheris hunc locum Cypripedio proximum vindicat. — *Neottia* (*spiralis*) *Linn. Act. Ups.* 1740. *p.* 32. omnino hujus congener, quamquam radiculae illius in tubera vermicularia incrassatae et inde flores eo macriores partesque ejus praecipue interiores magis in angustiem contractae.

561. CYPRIPEDIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1376. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 250.

Corollæ petala quinque homogena; duobus inferioribus pone labellum connatis. Labellum sacciforme sursum versus basin apertum. Columna genitalium terminata lobo membranaceo aperturæ labelli respondente et lobum subsimilem stigmatis tegente; processibus lateralibus antheriferis. — *Caulis foliis non vaginantibus, flore bracteato solitario, bicolore.*

1005. CYPRIPEDIUM *Calceolus*: columnæ lobo elliptico obtuso, labello petalis breviore compressiusculo. *Linn. svec. n.* 820. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 142. *it. vestrog. p.* 131. *Flor. Dan. t.* 999. *Sv. Bot. t.* 524. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 80. *Videgren österg. p.* 30. *Hising. jemtl. p.* 73. *Forsand. veg. scan. p.* 8. *Hagström jemtl. p.* 149.

Hab. in pratis umbrosis amoenissimis altioribus et montanis præcipue fundo calcareo formationis transitionis gaudentibus, ut Vestrogothiæ in Kinnekulle præcipue in strato lapidis suilli ad Vesterplana et Örnekulla, nec non in Billingen ad Timmerdala, Ostrogothiæ ad Sjökumla, Vallerstad in Hassla etc. Nericiæ in prato Hökerkulla paroeciæ Tysslinge, Dalecarliæ in Gulleråsen et ad Dalby Rättvikensium, etiam Transtrand, Jemtlandiæ planioris ex. gr. ad Täng paroeciæ Ås, Nordlandiæ Norvegiæ in Saltdalen; ceterum rarius Roslagiæ alibique.

Radix horizontalis. Planta pedalis et ultra, foliis caulinis tribus quatuorve fere spithamam longis. Flos post solstitium prodit longe maximus inter Orchideas nostras, speciosus, sed difficulter explicandus. Foliola ejus purpurea quatuor petala utique esse videntur, sed infimum ex duobus conflatum. Labelli saccus luteus, ultra unciam longus, Svecis plerisque *Guckuskor*, Dalekarlis *Lapphåttor*. Columna quoque tota lutescens, punctis purpureis in lobo membranaceo.

ORD. 2. POLYANDRIA.

562. ARUM.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1028. *Juss. gen. p.* 28. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 19. *t.* 82.

Spatha basi ventricosa ob spadicem ibi fructiferum.

Spadix ceterum medio masculus apice clavato nudo. *Baccæ* uniloculares obliquæ: in receptaculo lateris interioris seminibus duobus paucisve. — *Herbæ foliis plerumque late sagittatis.*

1006. ARUM *maculatum:* acaule, foliis hastato-sagittatis integerrimis, spadice superne clavato intra spatham incluso. *Linn. spec. ed. Willd.* 4. *p.* 483. *Flor. Dan. t.* 505. *Fries nov. p.* 120.

Hab. Scaniæ exterioris in insula nemorosa humosa uda Lybeck dicta lacus Krageholmssjön, similique loco ad Engelholm.

Radix perennis tuberosa. Herba apud nos non maculata. Folia et spatha fere ejusdem longitudinis digitum majorem emetientia, etiam ejusdem coloris. Spadix caerulescens, inferne demum baccam compositam magis referens; acinis pulposis receptaculo communi oblique adpressis, minoribus, sed seminibus crassioribus, itaque etiam paucioribus quam in Calla nostra.

363. CALLA.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1030. *Juss. gen. p.* 28. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 20. *t.* 84.

Spatha basi dilatata cordato-ovata. Spadix cylindraceus genitalibus contiguis, in nostra specie intermixtis, undique tectus. Bacca carnosa submultilocularis æqualis; seminibus fundo affixis octonis. — *Herba foliis e costa media nervosis.*

1007. CALLA *palustris:* foliis cordatis, spatha plana, spadice cylindrico æquali. *Linn. svec. n.* 822. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 290. *it. vestrog. p.* 15. *Sv. Bot. t.* 39. *Flor. Dan. t.* 422. *Wahlenb. lapp. n.* 413. *Hagström jemtl. p.* 160. *Fries hall. p.* 97. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 26. *Aspegr. blek. p.* 26.

Hab. in paludibus limosis profundis frigidis regionum quam maxime sylvaticarum a Bottnia superiore et limite Lapponiæ australioris usque ad Vermlandiam ferrimontanam frequentissime, deinde passim per provincias plerasque interiores usque ad Roslätt Scaniæ, sed evitare videtur regiones formationum juniorum præcipue mari propinquas.

Radix valde perennis, horizontalis, crassitie digiti minimi, Nericiis *Mosserot*, septentrionalioribus *Måsja*, *Måsne*, *Missne*. Petiolorum vagina fissilis, superne ligulâ integrâ. Folia uncias nonnullas lata. Spatha aliquantum minor, intus alba, demum tota virescens, coriacea. Spadix hujus inflorescentiam magis dilatatam sistit, baccis duplo latioribus regularibus herbaceis; seminibus pluribus, sed angustioribus. Bacca quisque etiam stamina sua undique gerit, itaque prae ceteris Aroideis Gynandriam intrare potest.

364. ZOSTERA.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1032. *Juss. gen. p.* 28. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 76. *t.* 19.

Spathâe loco folium marginibus amplectens et non nisi genitalia e rima sua emittens. Spadix e spathaceo folio solutus foliiformis, trinervis: nervo medio lateris exterioris fructifero. Stamina in parte superiore spadicis vix nisi semina incompleta. Stigmata duo setacea. Capsula utricularis monosperma, infera seu apice adfixa, multinervis: semine oblongo. — *Planta in mare natans, Aroidearum longe infima.*

1008. ZOSTERA *marina*: foliis subtrinerviis, caule teretiusculo. *Linn. svec. n.* 823. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 179. *syst. veg. ed. Roem.* 1. *p.* 42. *it. vestrog. p.* 166. 167. *t.* 4. *scan. p.* 230. 237. 263. *gotl. p.* 107. 201. 207. *Sv. Bot. t.* 186. *Flor. Dan. t.* 15. *Kalm bohusl. p.* 92. 121. 130. 132. etc. *Wahlenb. lapp. n.* 414. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 69. *Aspegren bleking. p.* 1.

Phucagrostis minor *Caulini monogr. p.* 14. *t.* 2.

β. maxime angustifolia. *Fl. Dan. t.* 1501. Z. oceanica *Retz. scan.* 2. *p.* 209. *oec. p.* 777. (nec Linn. mant. p. 123. syst. veg. 12. p. 605.: quæ Kernera Willden. Caulinia Decand.)

Hab. in sinubus et fretis interioribus maris occidentalis per Bahusiam adjacentesque provincias frequentissime et optime fructificans, sed versus septentrionem Nordlandiæ rarescit et sterilescit, ut etiam in mari orientali usque ad Oelandiæ oram interiorem et Gotlandiam; β in oceano latiori.

Radix perennis, repens. Planta longissima interdum or-

gyalis, sed angustissima ubique vix duabus lineis latior; valde flexilis, et ubi aquae superficiem attingat natans, Oelandis *Gråsja* vel *Sjögrås*, Blekingis *Kåfve*, aliis plerumque *Bandtång*. Folia undique dictae latitudinis usque ad apicem rotundatum. Spadix fere in dimidia longitudine folii, bis vel ter unciam longus. Capsula sesquilineam longa. Omnes partes etiam fructificationis virides.

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONANDRIA.

Petala duo falciformia. Styli duo. Sem quatuor connata 365. CALLITRICHE
nulla. Filamenti anthera deorsum dehiscens. Stigma peltatum.
Semina plura libera 366. ZANNICHELLIA
Anthera sessilis. Stigm. bina ternave. Sem. solitar. 367. NAJAS

2. ORD. DIANDRIA.

Petala nulla. Caps. utricularis seminib. duob. quatuorve striatis 368. LEMNA

3. ORD. TRIANDRIA.

Amentum cylindraceum. Semen stylo papposo insidens - - 369 TYPHA
globosum. Semen intra calycem tetraphyllum - 370. SPARGANIUM
Spiculæ maxime androg. Sem. intra squam. nectarin. amplect. 371. KOBRESIA
Spic. androg. vel sexu distinct. Sem. intra nectarium grandefactum utriculare 372. CAREX

4. ORD. TETRANDRIA.

Corol. masc. infundibulif. Filam. longiss. Fruct. monosp. 373. LITTORELLA
Amenta spuria. Cal. tetraph.; femin. foliol. oppos. majorib. - 374. URTICA

5. ORD. PENTANDRIA.

Masc. cal. multiflor.; femin. biflor. demum cum receptac. incresc. in fructum dispermum 375. XANTHIUM

6. ORD. POLYANDRIA.

1. Diversifloræ aquaticæ; seminibus subnudis.

Corolla nulla. Semen unicum - - - - - 376. CERATOPHYLLUM
Semina quatuor - - - - - 377. MYRIOPHYLLUM
tripetala. Semina numerosa - - - - - 378. SAGITTARIA

2. *Amentaceæ:* seminibus subsolitariis (nec capsula inclusis). *Amenta*

utraq. hyemalia; masc. squamæ floscul. tetrandr. femin. persist. 379. ALNUS
mascula hyemalia; femin. squamæ deciduæ. Semen alatum - 380. BETULA
calyx fimbriat. nucem includens - 384. CORYLUS
utraq. filiform. Nux in cupula imbric. margine integerrima - - 381. QUERCUS
ovata, sed feminei nuces tantum binæ intra calycem - 382. FAGUS
elongata squarr. Nux nuda ossea in fundo calycis - 383. CARPINUS

7. ORD. MONADELPHIA.

Strobilus: seminibus binis alatis intra squamam quamvis - 385. PINUS

8. ORD. SYNGENESIA.

Corolla campanulata quinquepartita. Bacca infera - - 386. BRYONIA

ORD. 1. MONANDRIA.

365. CALLITRICHE.

Linn. gen. ed. Schr. n. 17. Juss. gen. p. 24. Gærtn. fr. 1. p. 330. t. 68.

Sexûs utriusque calyx nullus; petala duo falciformia. Styli duo setacei. Semina quatuor per paria connata, nuda, compressa, extrorsum carinata. — *Herbulæ aquaticæ annuæ, foliis oppositis (sine stipulis vel basi amplectente), floribus axillaribus. Ord. nat.* 14. *Inundatæ.*

1009. CALLITRICHE *verna:* foliis trinervibus: summis natantibus obovatis, seminibus obtusangulis. *Linn. svec. n.* 3. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 46. *Flor. Dan. t.* 129. *Wahlenb. lapp. n.* 2.
C. pallens *Bieberst. caucas.* 3. *p.* 6.
β. minima: foliis omnibus linearibus non natantibus.
γ. pedunculata: foliis inferioribus linearibus obtusis, fructibus inferioribus pedicellatis; superioribus subsessilibus.
C. pedunculata *Decand. fl. franc. n.* 3656.
C. tenuifolia *Fries nov. p.* 4.
Hab. in fossis aliisque aquis minoribus stagnantibus totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique; β locis aqua denudatis passim; γ in foveis maxime limosis calidioribus Scaniæ exterioris ex. gr. ad Roslätt.

Primo vere folia superiora ex aqua emergentia crassiuscula; floribus masculis stamine unico longo exserto et petalis curvulis albescentibus. Folia inferiora submersa angustiora, tenuiora, flores femineos fovent.

1010. CALLITRICHE *autumnalis:* foliis uninervibus linearibus truncatis submersis, seminibus acutangulo-alatis. *Linn. svec. n.* 4. *syst. ed. Roem.* 1. *p.* 47. *Wahlenb. lapp. n.* 3. *Gmel. sib.* 3. *p.* 13. *n.* 5. *t.* 1. *f.* 2.

C. virens *Bieberst. caucas.* 3. *p.* 7. *Sprengel neue Entd.* 3. *p.* 229.

Hab. in amnibus lente fluentibus ad ripas per Sveciam fere omnem usque ad fines orientales Lapponiæ passim et ulterius ad Pasvig etc. (*Deinboll*).

Versus autumnum ad fundum conspicua foliis decussatim per paria approximatis, tenuius membranaceis, saturatius viridibus; floribus plerisque femineis, demumque fructibus majoribus quam in praecedente.

566. ZANNICHELLIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1391. *Juss. gen. p.* 21. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 77. *t.* 19.

Flores utrique nudi (sine calyce et corolla, nisi stipulis). Stamen filamento elongato capillari; anthera bi-quadriloculari deorsum dehiscente. Pistilla in eadem vel diversa axilla tria ad quinque; stylo tereti; stigmate peltato. Semina ex receptaculo interdum denique pedicellata, utriculata, leguminiformia; nucleo sursum radicula spiraliter replicata. — *Herbulæ foliis plerisque alternis integerrimis uninerviis; stipulis separatis caulem vaginantibus. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ β Potamophilæ.*

1011. ZANNICHELLIA *palustris: Linn. svec. n.* 824. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1375. *it. gotl. p.* 250. *Fl. Dan. t.* 67. *Sv. Bot. t.* 630. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Fries halland. p.* 158. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 312.

β. pedicellata: seminibus umbellisque pedicellatis latioribus. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. 254.

Hab. in sinubus et fretis interioribus nec non stagnis ad mare orientale temperatius passim, ut Gevaliæ

ad Nyvallen (omnium tenuissima), Stockholmiæ in Fiskartorps-sjön, (Upsaliæ jam disparens), Ostrogothiæ ad Stegeborg, Gotlandiæ occidentalis in Gröttlingbo udde, Näsudden, ad Långstite, Wisby etc. Scaniæ ad Esperöd Kivikensium, Lomma; ceterum Hallandiæ meridionalis ad Halmstad copiose.

Radix valde ramosa et forsan perennans. Caules quoque inferne crebro alternatim ramosi, rufescentes, filiformes; ramis sursum simplicibus floriferis. Folia saepius latitudine caulis, rarius lineam lata, interdum setacea. Fructus et antherae quoque foliis plerumque latitudine analogae, sed quandoque antherae tri- et biloculares etiam in formis magis latifoliis. — β inprimis circa Gotlandiam observata.

367. NAJAS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1488. *Juss. gen. p.* 23. *Decand. fl. fr. n.* 1466.

Mas (apud nos non observatus, sed in australioribus aquis dulcibus calyce bilobo, anthera sessili quadrivalvi vel simplici). Fem. germen foliorum vaginis tantum obvelatum, solitarium. Stigmata duo ternave setacea. Semen utriculatum. — *Herbulæ pellucido-virentes dichotomæ, foliis oppositis dentatis cellularibus (sine nervis vel venis vascularibus ullis). Ord. nat. Najadeæ acotyledonibus accedentes.*

1012. NAJAS *marina:* foliis sinuato-dentatis rectis, fructibus ovalibus. *Linn. svec. n.* 877. *Michel. gen. p.* 11. *n.* 1. *t.* 8. *f.* 1.

N. major *Roth germ.* 2. *p.* 499. *Decand. fl. fr. n.* 1466.

N. monosperma *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 331. *Forsander veg. scan. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 68.

β. spinulosa: caule spinuloso. *Decand. l. c. Michel. l. c. f.* 2.

Hab. sub aqua in maris orientalis interioribus sinubus passim, ut Gevaliæ, Roslagiæ, Stockholmiæ in Husarviken ad Fiskartorpet copiose (*Wikström*), Blekingiæ in ostiis fluminum Nätræ, Silltorp, Lyckeby et Eriksberg.

Annua. Caulis saepe pedalis et crassitie pennae columbinae,

praecipue sursum crebro dichotomus et foliosus. Folia caule vix latiora. Fructus inter affines plantas maximus lineas duas longus (sine stylo et stigmatibus), nec tam angustus fere subulatus ac in N. minore Roth.

ORD. 2. DIANDRIA.

368. LEMNA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1400. *Juss. gen. p.* 24. *Reg. bot. Zeit.* 1824. *p.* 179. *t.* 1.

Calyx utriusque sexus monophyllus, latere dehiscens, apetalus. Stamina in flore suo pistillo imperfecto. Pistillum perfectum, in flore diverso, stylo brevi persistente. Capsula supera unilocularis: seminibus duobus quatuorve oblongis striatis. — *Herbulæ minimæ fere totæ cellulares (sine nervis vel venis ullis vascularibus), in aqua liberæ (nec radiculis fundo adfixæ)* 1) *foliolis natantibus subrotundis in junctione floriferis et radicantibus n.* 1013-1015. 2) *foliolis submersis lanceolatis vix floriferis n.* 1016. *Ord. nat. Najadeæ, sed cum Aroideis quoque comparata.*

1013. LEMNA *polyrrhiza:* foliis natantibus subrotundis subtus coloratis, radicibus confertis. *Linn. svec. n.* 825. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 195. *Sv. Bot. t.* 524. *f.* 3. *Samz. ner. p.* 65. *Wahlenb. ups. n.* 565.

Hab. in amnibus et fluviis tranquillis Sveciæ temperatioris a Scania ad Nericiam et Uplandiam passim.

Haec et sequentes in aqua natant ab adventu hirundinis ad ejusdem discessum et Svecis *Andmat* vel *Vattenlins* dicuntur. Latior est haec quam sequentes saepe lineas quinque emetiens, supra obscurius viridis, subtus rubicunda subnitida, compactioris substantiae, itaque non fructificans.

1014. LEMNA *minor:* foliis natantibus subrotundis utrinque concoloribus planisque, radicibus solitariis descendentibus. *Linn. svec. n.* 827. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 194. *Sv. Bot. l. c. f.* 1. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 31.

Hab. in aquis præcipue minoribus stagnantibus a Scania ad Vermlandiam et Vestmanniam ferrimontanam nec non Helsingiam ultra Hudiksvall frequenter; deinde rarius Angermanniæ ad Ytter Länäs observata a *L. L. Læstadio.*

Praecedente dimidio minor, sed undique pallidius viridis et laxioris substantiae, unde etiam saepius fructificat.

1015. LEMNA *gibba:* foliis natantibus subrotundis subtus convexis spongiosis pallescentibus, radicibus solitariis divergentibus. *Linn. svec. n.* 826. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 194. *amoen. ac.* 3. *p.* 438. *Sv. Bot. l. c. f.* 2. *Regensb. bot. Zeit.* 1824. *p.* 179-182. *tab.* 2. (semina).

Hab. in aquis minoribus impuris mari propinquioribus a Scania ad Uplandiam passim.

Praecedente non latior, sed cellulosâ adhuc laxiore sub folio omnino inflata, itaque floribus omnium optimis lecta.

1016. LEMNA *trisulca:* foliis submersis lanceolatis decussatim prolificantibus petiolatisque. *Linn. svec. n.* 828. *lapp. n.* 470. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 193. *Sv. Bot. l. c. f.* 4.

Hab. in aquis purioribus pratorum sylvarumque per regiones magis campestres a Scania ad Uplandiam satis frequenter, dein usque ad Vestrobottniam infimam rarius observata.

Ut tota submersa nunquam fructificat, sed eo magis prolificans est: foliis linea parum latioribus undique viridibus et planis, saepe ternatim conjunctis fere ut in praecedentibus.

ORD. 3. TRIANDRIA.

369. TYPHA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1401. *Juss. gen. p.* 30. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 8. *t.* 2.

Amentum masculum culmum terminans cylindricum densissimum: calyce setarum trium instar fulcrante filamenta inferne connata. Amentum femineum culmum obvestiens: flosculi pedicellis setiformibus, inferne pappo præditis, superne semine angusto tereti styloque simplici capillari. — *Radix perennis valida, folia omnia radicalia linearia ecarinata distiche imbricata, culmus enodis teres. Ord. nat.* 6. *Calamariæ* 2) *Typhinæ cum Aroideis comparatæ.*

1017. TYPHA *angustifolia:* foliis linearibus extus convexis, amento masculo femineoque remotis: utroque cylindrico. *Linn. svec. n.* 829. *spec. pl. ed.*

Willd. 4 *p.* 198. *it. scan. p.* 198. *Sv. Bot. t.* 234. *Flor. Dan. t.* 815. *Wahlb. gothob. p.* 81. *Samz. neric. p.* 65. *Wahlenb. ups. n.* 750. *Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 217. *Hartman ib.* 1818. *p.* 123. *Ahlquist ibid.* 1821. *p.* 285.

Hab. in fluviis et lacubus minoribus fundo lutosis per provincias litorales et formatione transitionis substratas a Scania ad Bahusiam, Vestrogothiam, Nericiam et Gestriciam passim; rarescens in insulis ut Oelandia (et omnino desiderata in interioribus granitoideis regionibus ex. gr. Smolandiæ).

Folia culmo plerumque paullo longiora, et tamen vix ultra sesquitertiam lineam lata. Culmus fere orgyalis, quamquam penna anserina parum crassior. Amenta circiter unciam a se invicem distantia, sub solstito florentia, longitudine aequalia fere spithamaea.

1018. TYPHA *latifolia:* foliis subensiformibus, amento masculo femineoque approximatis cylindricis. *Linn. svec. n.* 830. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 197. *it. scan p.* 148. 179. 198. 246. *vestrog. p.* 181. *Sv. Bot. t.* 520. *Flor. Dan. t.* 645. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. *Kalm bohusl. p.* 140. *Wahlb. gothob. p.* 81. *Videgren østerg. p.* 27. *Aspegren bleking. p.* 65.

Hab. in stagnis similibusque aquis pingvioribus Scaniæ frequenter, Blekingiæ Gotlandiæque non raro; ceterum vix nisi in scopulis maritimis earumque foveis usque ad Ostrogothiam extra Norrköping et Bahusiam ad Väderöarna, nec non supra formationem transitionis Vestrogothiæ in Kumbehaf prope Falköping et ad Dimbo, Ostrogothiæ ad Örvad prope Kalfsten etc. Nericiæ in lacu Ö. Quisnaren et Skarbysjö.

Brevior et praecipue latior praecedente. Folia culmo nonnihil breviora, saltem quatuor lineas lata. Culmus circiter quinquepedalis, crassior. Amentum masculum valde flavum palma vix longius; foliolo subjecto etiam colorato; femineum paullo longius, demum plus quam pollicem crassum Nericiis *Kabbar*, aliis *Narrkolfvar*, vel ob colorem nigrescentem *Krutlåskare;* denique pappum diffundentes Gotlandis *Dun-*

stockar, *Kafveldun*, Scanis *Duneman*, forsan etiam ob locum *Dyneman*.

370. SPARGANIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1402. *Juss. gen. p.* 30. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 75. *t.* 19.

Amenta utriusque sexus globosa: mascula calyce triphyllo; — feminea juxta culmum flexuosum axillaria: receptaculo communi scrobiculato; calyce tetraphyllo; stigmate subbifido; semine turbinato angulato drupaceo: cortice carnoso demum exsucco: nucleo farinaceo. — *Plantæ Ord. nat.* 6. *Calamariæ* 2) *Typhinæ Aroideis quodammodo affines, sibi invicem valde cognatæ, quo majores et meridionaliores eo etiam magis radice perennes foliisque erectis triquetris et inflorescentia ramosa singulares.*

1019. SPARGANIUM *natans*: foliis planis decumbentibus, amento masculo subsolitario; femineis axillaribus sessilibus, stigmatibus ovalibus. *Linn. svec. n.* 832. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 200. *Flor. Dan. t.* 260. *Wahlenb. lapp. n.* 417.

Hab. in paludibus aquosis, fluviis et lacubus montanis fere totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique.

Sequentibus tenuius et simplicius, sed saepe gramine longius, in lacubus totum natans, Smolandis *Flotagrås*. Culmi plerumque filiformes. Folia non nisi in terra subito exsiccata interdum eriguntur, sed tamen plana permanent. Fructificationis partes contra breviores; amentis femineis omnino sessilibus post solstitium florentibus, demum fructiferis piso parum majoribus.

1020. SPARGANIUM *erectum*: foliis subtriquetris erectis, amentis femineis supraaxillaribus nudis, stigmatibus linearibus. *Linn. svec. n.* 841. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 199. (S. simplex). *Sv. Bot. t.* 342. *Fl. Dan.* 6. *t.* 932.

Hab. in rivulis et fluviis a Scania ad Vermlandiam Dalekarliamque inferiorem et Medelpadiam passim copiose.

Intermedium magnitudine et plerisque notis. Culmus circiter pedalis strictus. Folia ultra lineas duas parum lata.

Amenta feminea supra axillam bractearum culmo ipso inseruntur; supremo culmum amplectente; mascula tria ad sex.

1021. SPARGANIUM *ramosum:* foliis acute triquetris strictis, amentis femineis axillaribus pedunculatis ramulum masculum gerentibus. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 199. *Sv. Bot. t.* 464. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1282. *Wahlenb. ups. n.* 573.

S. erectum maximum *Linn. svec. n.* 831. *it. gotl. p.* 340. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 245.

Hab. in fluviis et stagnis pingvioribus Sveciæ temperatioris et magis campestris a Scania ad Ostrogothiam et Uplandiam passim.

Radix demum stolonibus subrepentibus. Culmus bipedalis et ultra, foliis plerumque digitum minorem latis divergentibus Svecis *Treåggan, Kantgrås,* Nericiis *Svärdgrås,* aliis *Sparrgrås.* Inflorescentia patenter ramosa; ramis ex axilla foliorum bracteantium. Amenta fructifera magnitudine nucis majoris Svecis *Igelknoppar.*

371. KOBRESIA.

Willden. spec. pl. 4. *p.* 205. Elyna *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 155.

Spiculæ imbricatæ androgynæ. Squama calycina simplex; corollina nulla. Nectarium femineum univalve, basi amplectens, demum squamæ calycinæ simillimum. Semen ceteroquin nudum; stigmatibus tribus. — *Carici valde affinis ejusque quasi degeneratio nimium androgyna (subhermaphrodita). Folia subfiliformia. Radix perennis cæspitosa.*

1022. KOBRESIA *scirpina:* spica subsimplici cylindracea, squamis flosculum utriusque sexus includentibus. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 205. *Sv. Bot. t.* 527. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 1529. (*Zetterstedt res.* 1. *p.* 257. ad Jukkasjärvi)? (*Hisinger norrig. p.* 68).

Scirpus Bellardi *Wahlenb. lapp. n.* 23.

Carex Bellardi *All. ped. n.* 2295. *t.* 92. *f.* 2. *Link en. hort. berol.* 2. *p.* 378.

Hab. in collibus et saxis siccis alpium Lulensium prope Virihjaur passim (ceterum in Dovre prope Kongsvold Norvegiæ).

Caespitose crescit foliis culmisque sibi similibus filiformibus,

strictis, digitum longis. Spica penna columbina nunquam crassior, plerumque semiuncia parum longior. Squamae biflorae rectius forsan spiculae biflorae dicerentur et spica itaque subcomposita. Squamae omnes castaneae.

1023. KOBRESIA *caricina:* spica composita: spiculis multifloris apice masculis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 206. *Sv. Bot. t.* 527. *f.* 2. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 135 *et* 154. — 1814. *p.* 107. (Elyna Bellardi). (*Hisinger norrig. p.* 68).

Hab. in apricis siccis alpis Snasahögen Jemtlandiæ occidentalis rarius (sed in Dovre ad Jerkind Norvegiæ australis copiose).

Praecedenti duplo crassior majorque. Culmus florens foliis non longior, circiter digitalis, sed fructiferus fere pedalis strictus. Spica evidentissime composita spiculis tres lineas longis magis fuscis (fere ut in Carice lagopina, a qua caute distingvenda).

372. CAREX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1407. *Juss. gen. p.* 31. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 12. *t.* 2.

Spiculæ aut spicæ imbricatæ, androgynæ aut sexu distinctæ. Squama calycina simplex; corollina nulla. Nectarium femineum e valvis duabus conflatum in utriculum, plerumque ore bidentatum, germen includens. Semen intra capsulam spuriam a nectario grandefacto constitutam; stigmatibus duobus aut tribus. — *Ord. nat.* 6. *Calamariæ Linn.* (*Cyperaceæ Juss.*), *radice semper perenni, foliis plerumque planis carinatis Svecis Starr:* 1) *Spica unica simplicissima n.* 1024-1030. 2) *Spiculis plerumque androgynis spicam compositam constituentibus n.* 1031-1049. 3) *Spicis utplurimum sexu distinctis n.* 1050-1095. *quas subdivisiones vide infra s. l.*

1) *Spica unica simplicissima* (*raro dioica n.* 1025.) *stigmatibus* a) *binis n.* 1024-1026. b) *ternis* α) *foliis planis n.* 1027. 1028. β) *foliis filiformibus canaliculatisve n.* 1029. 1030.

1024. CAREX *capitata:* spica simplici androgyna subglobosa, stigmatibus binis, capsulis subrotundo-ovatis planiusculis enervibus nitidis. *Linn. spec. pl.*

ed. Willd. 4. *p.* 210. *Schkuhr car. n.* 2. *t.* Y. *f.* 80. *Wahlenb. lapp. n.* 419. *Liljebl. Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 72. *Deinboll in Tidskr. f. Naturvid.* 1. *p.* 126. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Hisinger herjed. p.* 52.

Hab. in campis uliginosis duris subalpinis et subsylvaticis ad totum alpium jugum ab ultima Finmarkia usque ad Herjedalen et Röros passim copiose; etiam ad Oresjö in Wikaäng et prope Gulleråsen Dalekarliæ transitionis (*Kröningssvärd*).

Folia subfiliformia, rigidula. Culmus plerumque spithamaeus, strictus. Spica magnitudine fere pisi minoris vel duas lineas lata. Capsulae straminei coloris, lineae longitudine.

1025. CAREX *dioica:* spica simplici dioica, stigmatibus binis, capsulis subovatis gibbis nervosis patentibus, culmo foliisque lævibus. *Linn. svec. n.* 833. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 207. *Flor. Dan. t.* 369. *Sv. Bot. t.* 551. *Wahlenb. lapp. n.* 418.

β. parallela: capsulis magis elongatis, culmis foliisque asperulis. *Læstadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 338. (*Retz. diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 10. C. Davalliana?)

Hab. in paludosis et uliginosis totius Sveciæ, vix alpibus altioribus exceptis, ubique; *β* in alpibus Lulensibus (et prope Båstad Scaniæ?)

Folia subfiliformia. Culmus saltem spithamaeus. Spica feminea fructifera circiter semiunciam longa; capsulis saturate fuscis. — *β* omnino intermedia inter hanc et C. Davallianam alpium australiorum esse videtur.

1026. CAREX *pulicaris:* spica simplici androgyna pauciflora, stigmatibus binis, capsulis oblongis acuminatis reflexis, foliis setaceis. *Linn. svec. n.* 834. part. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 213. *it. oel. p.* 48. *gotl. p.* 240. *Sv. Bot. t.* 533. *f.* 1. *Agardh car. scan. p.* 6. *Wahlb. gothob. p.* 81. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Aspegren bleking. p.* 66.

Hab. in pratis uliginosis Sveciæ temperatioris ut Scaniæ, Gotlandiæ, Oelandiæ etc. ubique, postea passim usque ad Bahusiam, Vestrogothiam juxta Varnhem, Smolandiam prope Ekesjö, Femsjö etc.

Nericiam in paroecia Wiby, Upsaliam juxta Lassbybackar, et denique prope mare ad Gestriciam usque rarius.

Tenuissima totius generis tum foliis tum culmo subsetaceis, plerumque digitum minimum tantum longis. Vaginae intimae radicales aphyllae. Capsulae duas lineas longae, primum erectae rachi adpressae, demum reflexae fuscae et pulicibus non absimiles.

1027. CAREX *obtusata:* spica simplici androgyna pauciflora, stigmatibus ternis, capsulis ovato-subglobosis patentibus, foliis planis. *Liljebl. Vet. Ac. H.* 1793. *p.* 69. *t.* 4. bona. *Willden. spec. pl.* 4 *p.* 212. *Sv. Bot. t.* 533. *f.* 2. *Ahlquist runst. p.* 30. *Vet. Ac. Hand.* 1821. *p.* 302. *Wahlenb. ib. p.* 316.

Hab. in collibus maxime apricis Oelandiæ mediæ elevatioris ad Köping, Borgholm, Glöminge, Algutsrum, Runsbäck paroeciæ Thorslunda, Runsten etc. satis copiose.

Radix eximie repens. Folia evidenter plana fere lineam lata, lutescentia (fere ut Car. montanae). Culmus plerumque digitalis, exacte triqueter, strictus. Capsulae linea parum longiores, saturate fuscae, nitentes.

1028. CAREX *rupestris:* spica simplici androgyna sublineari, stigmatibus ternis, capsulis obovatis triquetris rachi adpressis squama subrotunda obvolvente brevioribus, foliis planis. *Allion. pedem. n.* 2292. *t.* 92. *f.* 1. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 215 *et* 214. (C. petræa). *Schkuhr car. app. p.* 35. *t. Kkk. f.* 139. *Flor. Dan. t.* 1401. *Wahlenb. lapp. n.* 422. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 49. 19. *Hartman Vet. Ac. H.* 1818. *p.* 135.

Hab. in collibus et petris siccis apricis alpium Lapponicarum altiorum a Rastekaisse Finmarkiæ orientalis usque ad Snaasahögen Jemtlandiæ satis frequenter.

Foliosa magis quam proximae, foliis saepe lineam latis. Culmus digitalis longitudinis, triqueter. Spica fusco-picea, plerumque semiunciam longa. Squamae maximae sesquilineam longae.

1029. CAREX *microglochin:* spica simplici androgyna submultiflora, stigmatibus ternis, capsulis attenuatis semiteretibus reflexis aristam acicularem exserentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 421. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 212. (aristam negligens). *Schkuhr car. app. p.* 32. *t. Ssss. fig.* 110. *Sv. Bot. t.* 539. *f.* B. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1402. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 131. (*Hisinger norrig. p.* 74).

Hab. in uliginosis subalpinis Lapponiæ mediæ et summæ passim, ut ad Mustavaara prope Enontekis Lapponiæ Tornensis, in Kasakvare et Kirkivare prope Virihjaur alpium Lulensium, in Onäset sinus Saltensis et in Tromsöa Nordlandiæ, nec non supra Alten Finmarkiæ.

Sequenti certe affinis, sed notis certissimis distingvenda. Folia omnino filiformia, plura ad basin culmi digitalis. Rachis spicae duabus lineis non longior. Capsulae tenuissimae totius generis sesquilineam tantum longae, sed aristam semilineam extra oram exserentes. Gramen totum flavescens.

1030. CAREX *levcoglochin:* spica simplici androgyna subtriflora, stigmatibus ternis, capsulis lanceolatis teretibus reflexis, folio canaliculato. *Ehrh. beitr.* 1. *p.* 186. *Linn. suppl. p.* 413. *Sv. Bot. t.* 539. *f.* A. *Wahlenb. lapp. n.* 420. *ups. n.* 576. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. (C. psyllophora).

C. pauciflora *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 211. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1274.

Hab. in paludibus profundis vastisque regionum sylvaticarum majorum ab ultima Lapponia orientali (non vero occidentali latere alpium) per totam Norrlandiam, Dalekarliam, Vermlandiam usque ad Smolandiam altiorem frequenter; in adjacentibus provinciis rarius ex. gr. Ostrogothia in Dagsmosse ad Omberg; — (sed denique omnino fugit regionibus formatione quadam juniore substratis exterioribus Scaniæ, Gotlandiæ, Oelandiæ etc.)

Radix eximie repens, filiformis. Folium intimum solum longum. Culmus digitalis. Capsulae ex longioribus tres lineas longae, flavescentes.

2) *Spiculis plerumque androgynis* a) *apice masculis n.* 1031-1035. b) *superioribus intermediisve totis masculis n.* 1036. 1037. c) *basi tantum masculis * diversicolores species n.* 1038-1044. *** canescentes n.* 1045-1049. (*Stigmata omnium bina*).

1031. CAREX *incurva:* spiculis apice masculis aggregato-capitatis, capsulis semiglobosis rostellatis, culmo teretiusculo incurvo, foliis canaliculatis. *Lightf. scot. p.* 544. *t.* 24. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 217. *Schkuhr car. n.* 19. *t. Hh. f.* 25. *Fl. Dan. t.* 432. (C. maritima) *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 313. *Wahlenb. lapp. n.* 425. *Fries nov. p.* 15. *hall. p.* 140.

Hab. in litoribus pratensibus maris septentrionalis Finmarkiarum Nordlandiæque frequenter, et denique etiam maris occidentalis inferioris Hallandiæ meridionalis ad Halmstad, Trönninge etc. copiose.

Ex brevissimis parum supra terram elevata. Spica magnitudine nucis avellanae, pallida fuscoque varia. Capsulae duas lineas longae.

1032. CAREX *chordorrhiza:* spiculis apice masculis subaggregatis, capsulis subglobosis apiculatis, folio canaliculato, radice filiformi prorepente. *Ehrh. beitr.* 1. *p.* 186. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 219. *Schkuhr car. n.* 17. *t. G. et Ii. fig.* 31. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1408. *Wahlenb. lapp. n.* 424. *ups. n.* 577. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. *Liljebl. Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 72. *Forsander veg. scan. p.* 10.

Hab. in paludibus profundis aquosis sylvaticis a Lapponia ultima usque ad Smolandiam frequenter, dein rarescit adeo ut Gotlandiæ tantum in Martebomyr lecta sit.

Stolones repentes saepe ulnaris longitudinis versus autumnum exserit, qui dein deprimuntur et in radicem chordaeformem abeunt. Culmus utplurimum spithamaeus. Spica vix semiuncialis, demum squarrosa ob capsulas crassas, duras, denique fuscescentes.

1033. CAREX *paniculata:* spiculis apice masculis in

paniculam dispositis, capsulis conicis utrinque gibbis superne membranaceo-marginatis: ore diviso. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 244. *Schkuhr car. n.* 24. *t. D. fig.* 20. *Flor Dan.* 7. *t.* 1116. *Agardh car. scan. p.* 7. *Wahlenb ups. n.* 578.

β. teretiuscula: spiculis in spicam subcylindricam congestis. *Wahlenb. lapp. n.* 425. *Hooker fl. scot. p.* 263. C. teretiuscula *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 244. *Schkuhr car. t. T. fig.* 69.

Hab. in pratis uliginosis paludosisque Sveciæ temperatioris et magis campestris a Scania et Gotlandia ad Gestriciam passim; deinde *β* continuatur prope mare per Norrlandiam usque ad Glommersträsk Lapponiæ Pitensis et denique etiam reperitur ad mare septentrionale Nordlandiæ rarius.

Radix caespitosa ut in plerisque, squamis vaginisque fuscis. Inflorescentia quoque demum eximie fuscescens, marginibus albescentibus. Ceterum magnitudine et divisione valde varia: *α* longior omnibus affinibus interdum tripedalis, panicula digitali; sed *β* abbreviata, culmo saepe pedali et spica sesquiunciali.

1034. CAREX *muricata:* spiculis apice masculis in spicam subdecompositam approximatis, capsulis conicis acuminatis extus convexis divergentibus acutangulis superne serrulatis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 234. *Schkuhr car. n.* 13. *t. E. et Dd. fig.* 22. *Fl. Dan.* 9. *t.* 1526. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 218.

β divulsa: spiculis magis distantibus, capsulis minus divergentibus majoribus. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 143.
C. divulsa *Willd. spec. pl* 4. *p.* 235. *Flor. Dan. t.* 1280. *Schkuhr car. n.* 12. *t. Ww. fig.* 89.

Hab. in pratis nemorosis a Scania ad Vestmanniam ferrimontanam prope Skinskatteberg et Gestriciam frequenter; dein rarius Angermanniæ in Döraberget; *β* in lucis Gotlandiæ et Oelandiæ passim.

Mediae magnitudinis, pedalis vel paullo ultra, tota laetius virens; spica ex viridi flavescente, fructifera vix digitum minimum crassa. — *β* omnibus partibus magis elongata, ita-

que etiam magis sparsiflora, et, quod non inconsvetum, quoque magis grandiflora.

1035. CAREX *vulpina:* spiculis apice masculis in spicam supradecompositam cylindricam congestis, capsulis conicis acuminatis extus convexis divergentibus acutangulis, culmo angulis acutissimis. *Linn. svec. n.* 838. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 231. *Schkuhr car. n.* 10. *t. C. fig.* 10. *Fl. Dan. t.* 308. *Samz. neric. p.* 66. *Wahlenb. ups. n.* 580.

Hab. in fossis pratisque aquosis Sveciæ temperatioris a Scania et Gotlandia ad Nericiam et Uplandiam passim.

Latior ceteris hujus sectionis; foliis plus quam tres lineas latis, culmo stricto sesquipedali; spica crassitie digiti medii eximie continua caudem vulpinam quodammodo referente, unde nomen, quod Svecice *Råfstarr.* Ceterum colore flavescente et substantiâ praecedenti proxima.

1036. CAREX *intermedia:* spiculis inferioribus terminalique femineis; intermediis masculis, capsulis erectiusculis acute marginatis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 224. *Schkuhr car. n.* 9 *t. B. fig.* 7. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1343. *Agardh car. scan. p.* 8. *Wahlb. gothob. p.* 82.

Hab. in pratis subhumidis præcipue regionum campestrium et litoralium a Scania ad Bahusiam, Vermlandiam infimam, Nericiam et Helsingiam satis frequenter; ceterum solummodo ad lacus regionis ferrimontanæ Skinskatteberg Vestmanniæ, ad Bjursås Dalecarliæ etc. observata.

Radix aliquantum repens et gramen quoque gracile; culmo nutante sesquipedali; spica medio mascula, eo magis pendente. Color graminis obscurius viridis, spicae eximie fuscescens fere ut in C. leporina.

1037. CAREX *arenaria:* spiculis inferioribus femineis; supremis masculis, capsulis membranaceomarginatis, radice repente. *Linn. svec. n.* 835. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 223. *it. scan p.* 77. 338. 341. 442. *oel. p.* 56. 149. 139. *Sv. Bot. t.* 156. *Kalm bohusl. p.* 86. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 70. *Aspegren bleking. p.* 66.

Hab. in arena maritima ad oras Sveciæ temperatioris a Scania ad Sandhamn Sudermanniæ et Bahusiam summam frequenter; ceterum raro ad lacus illos maximos Vettern prope Jönköping et Vadstena, nec non ad Venern extra Kinnekulle.

Radix maxime repens, adeo ut distantia culmorum saepe spithamaea, odora. Folia circiter sesquilineam lata. Culmus plerumque spithamaeus, apice nutans. Spica plus quam unciam longa pallidius rufa; spiculis inferioribus subdistantibus. Capsulae sesquitertiam lineam longae.

1038. CAREX *leporina:* spiculis basi masculis approximatis quinis, capsulis squamas æquantibus ovatis acuminatis utrinque planiusculis membranaceo-marginatis apice bifidis subincurvisque. *Linn. svec. n.* 837. *Wahlenb. lapp. n.* 426. *ups. n.* 582. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 37. *Agardh car. scan. p.* 9. C. ovalis *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 229. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1115. *Schkuhr car. p.* 29. *t. B. fig.* 8.

Hab. in pascuis et pratis apricis siccioribus totius Sveciæ ubique, exceptis tantum Lapponiis (quarum limitem inferiorem vix transcendit) similibusque regionibus prope alpes sitis fere totis.

Gramen obscurius virens. Culmus semper rectus (quamquam saepe declinatus), strictus, circiter pedalis. Spica spiculis satis parallelis composita, fuscescens, marginibus squamarum albescentibus stigmatibusque incurvis innocua, unde pedi leporino satis bene comparata, Svecice *Harfotstarr.*

1039. CAREX *lagopina:* spiculis basi masculis confertis ternis subglobosis, capsulis squama longioribus subrotundis acutis obtuse marginatis ore subintegris. *Wahlenb. lapp. n.* 427. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. 105. *Hisinger herjed. p.* 51. *Flor. Dan. t.* 294. (C. leporina). *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 229. *n.* 46. *Schkuhr car. t. Y. f.* 79. *et t. Fff. f.* 129. *Hoppe in Syllog. plant. ratisb. p.* 77.

Hab. in campis subuliginosis elatis per alpes omnes nivosas a Finmarkia ultima usque ad Herjedalen ubique frequenter.

Praecedenti proxima, sed minor et contractior, vix pe-

dalis. Folia linea parum latiora. Spiculae tantum tres lineas longae eximie rufescentes. Capsulae ex brevioribus sesquilineam tantum longae. In regione lagopum crescens et praecedenti affinis nomen obtinuit.

1040. CAREX *elongata:* spiculis basi masculis suboctonis laxis, capsulis squama longioribus oblongis acuminatis utrinque convexis obtusangulis nervosis apice integerrimis. *Linn. svec. n.* 841. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 240. *Schkuhr car. n.* 39. *t. E. fig.* 25. *Flor. Dan. t.* 1236. *Agardh car scan. p.* 10. *Aspegren bleking. p.* 66. *Wahlb. gothob. p.* 82. *Wahlenb. ups. n.* 583.

Hab. in paludosis graminosis a Scania ad Bahusiam, Vestmanniam ferrimontanam (Skinskatteberg in Brobykärret) et Helsingiam passim parcius.

Gramen flavescens valde flaccidum et elongatum, culmis bipedalibus et ultra. Spica saepe digitum minorem longa, fere pendula, pallide flavescens. Capsulae ceterum tam diversae forma et praecipue nervis, ut vix pateat cui proxime affinis sit species.

1041. CAREX *microstachya:* spiculis lateralibus femineis confertis; terminali inferne mascula triplo longiore, capsulis squama longioribus ovatis acuminatis adpressis margine extenuatis. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 72. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 250. *Wahlenb. ups. n.* 584. *Fries halland. p.* 143. *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342. *Regensb. bot. Zeit.* 1822. *p.* 228.

Hab. in paludosis graminosis Sveciæ mediæ rarius, ut: Dalekarliæ ad Fahlunam, Vestmanniæ prope Skinskatteberg in Brobykärret copiose, Upsaliæ ad paludem Vitulfsbergensem et prope Himrarne parce: ceterum Smolandiæ occidentalis in Femsjö ad Älmås nec non Lapponiæ Lulensis ad Tjomotes rarissime et Pitensis ad Atsats.

Eximie flavescens, angusta, et tamen stricta, brevis. Folia vix lineam unam lata, culmo circiter pedali triquetro dimidio breviora. Spiculae vix ultra lineam latae aurantiaco-flavescentes. Capsulae explanatae fere amplectentes.

1042. CAREX *norvegica:* spiculis basi masculis subquaternis turgidis subapproximatis, capsulis squama brevioribus lentiformibus apiculatis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 227. *Schkuhr car. n.* 40. *t. S. fig.* 66. *Wahlenb. lapp. n.* 434. *t.* 15. *f.* 3. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Forsander veg. scan. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 66.

Hab. in litoribus limosis salsisque maris septentrionalis Nordlandiæ Finmarkiæque vulgaris, nec non ad mare Bottnicum inter Piteå et Gefle rarius; Roslagiæ rarissime ex. gr. Stockholmiæ ad Djurgården; etiam Blekingiæ inter Knösö et Ringö.

Tota eximie pallida, mollis et turgida, vix pedem longa. Folia raro linea latiora. Spicae pennam anserinam vel sesquitertiam lineam crassae, squamis saepius stramineis tectae. Capsulae linea parum longiores.

1043. CAREX *glareosa:* spiculis ternis oblongis subconfertis; terminali basi mascula, capsulis squamas æquantibus oblongis attenuatis nervosis, culmo flaccido, foliis angustissimis. *Wahlenb. lapp. n.* 428. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 251. *Sv. Bot. t.* 645. *Schkuhr car. app. p.* 24. *t. Aaa fig.* 97. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124.

C. heleonastes (Klapperstarr.) *Liljeblad Vet. Ac. Handl.* 1793 *p.* 73.

Hab. in litoribus glareosis vel sabulosis maris septentrionalis Nordlandiæ Finmarkiæque omnis passim copiose; etiam ad sinum et mare Bottnicum supra Gefle passim.

Tenuior praecedentibus, gramine fere toto filiformi, spithamam longo. Folia semilineam vix lata. Spicae duas lineas latae; squamis fuscis. Capsulae longitudine ut affinium, sed angustissimae.

1044. CAREX *heleonastes:* spiculis basi masculis quaternis subglobosis confertis, capsulis squama sublongioribus ovatis acutis utrinque convexis subobtusangulis patentibus, culmo stricto. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69. *Wahlenb. lapp. n.* 429. *ups. n.* 585. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 228. *Schkuhr car. n.* 42. *t. Ii. f.* 97. (β? angustior. *Hoppe in Syllog. plant. ratisb. p.* 74.)

Hab. in paludibus profundis aquosis regionum sylvaticarum Sveciæ septentrionalioris passim copiose, ut Lapponiæ multis locis, Dalecarliæ, Vermlandiæ ferrimontanæ ad Kroppa, Upsaliæ per sylvam Örlösan in Vitulfsbergsträsk et Tanningeträsk nec non in sylva Ulleråkersallmänning per Långmossen, Stormossen etc.

Folia stricta et angusta, complicato-carinata. Culmus eximie triqueter circiter pedalis. Spiculae saltem duplo crassiores, omnes subaequales, ultra lineas duas latae, obscurioris flavescentis coloris.

1045. CAREX *stellulata:* spiculis basi masculis quaternis subapproximatis, capsulis conicis attenuatis extus convexis acutangulis divaricatis. *Schreb. spicil. lips. Willden. spec. pl.* 4. *p.* 236 *Schkuhr car. n.* 34. *t. C. fig.* 14. *Agardh car. scan. p.* 10. *Wahlenb. lapp. n.* 430. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 71. *Hartman ib.* 1814. *p.* 95.

C. muricata *Flor. Dan. t.* 284. *Linn. svec. n.* 839. partim.

Hab. locis uliginosis sylvaticis per totam Sveciam usque ad limitem inferiorem Lapponiæ et Nordlandiam Norvegicam mediam ubique.

Ad sequentes omnino accedit tenuitate partium plurimarum, sed capsulae rigide divaricatae fere ut in C. muricata, cui etiam juncta fuit.

1046. CAREX *loliacea:* spiculis basi masculis paucifloris subdistantibus, capsulis squama duplo longioribus oblongo-ellipticis obtusis obtusangulis divergentibus. *Linn. svec. n.* 840. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 237. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1403. *Wahlenb. lapp. n.* 431. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. (C. tenuiflora). 1818. *p.* 124. *Fries halland. p.* 141. *Videgren österg. p.* 26.

Hab. in paludosis præcipue alnetis aqua fontana irrigatis per regiones montanas a Lapponia summa per Dalecarliam ex. gr. infra Osmundsberg usque ad Vermlandiam ferrimontanam, Vestmanniam prope

Acidulas Sätræ et Sudermanniam passim; dein rarius Ostrogothiæ et rarissime Hallandiæ lecta.

Ex tenuissimis et canescentibus, saepe pedem longa. Folia vix lineam lata. Spiculae florentes lineam tantum longae, exalbidae. Capsulae vero sesquilineae longitudinis.

1047. CAREX *tenuiflora:* spiculis basi masculis ternis subpaucifloris confertis, capsulis squama sublongioribus ovato-oblongis acutiusculis subacutangulis patentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 432. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 228. *Schkuhr car. app. p.* 17. *t. Eeee. fig.* 187. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342.

Hab. in paludibus pratisque maxime udis subsylvaticis Lapponiæ inprimis Tornensis frequenter, Lulensis rarius ad Tjomotes, Pitensis ad Atsats.

Praecedente fere tenuior, saltem brevior. Spica tota composita tres lineas longa.

1048. CAREX *canescens:* spiculis basi masculis quinis ovalibus subapproximatis, capsulis squama sublongioribus late ovatis obtusiusculis utrinque convexis subobtusangulis erectis: ore subbidentato. *Linn. svec. n.* 842. *Flor. Dan. t.* 285. *Wahlenb. lapp. n.* 433. *ups. n.* 588. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. *Agardh car. scan. p.* 10.

C. curta *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 241. *Schkuhr car. n.* 33. *t. C. fig.* 13.

β. alpicola: spiculis summis confertis, capsulis acutis patentibus. *Wahlenb. lapp.*

C. Gebhardi *Schkuhr car. app. p.* 22. *t. Hhhh. fig.* 192.

Hab. in paludosis aquosis totius Sveciæ frequenter; *β* in alpibus et inferalpinis ubique, etiam in alpestribus duris ut Dalecarliæ in Lumsheden (cum Peltidea crocea) non parce.

Tota magis insignis habitu canescente praecipue florescentiae. Folia vix lineam lata. Culmus raro pedalis. Spiculae muturae semine cannabis parum majores quamquam multiflorae, idque ob minutiem capsularum vix lineam longarum.

1049. CAREX *remota:* spiculis basi masculis distantibus, capsulis squama longioribus oblongo-ovatis a-

cuminatis acutangulis apice bifidis, bracteolis foliaceis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 239. *Flor. Dan. t.* 370. *Agardh car. scan. p.* 11. *Fries halland. p.* 141. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69.

Hab. in udis nemorosis Sveciæ temperatioris a Scania ad Vestrogothiam, Ostrogothiam summam et Uplandiam rarius.

Praecedentibus duplo triplove longior plerumque bipedalis et flaccida. Folia circiter lineam lata. Bracteae foliaceae culmi apicem superant. Spiculae circiter septem, quarum inferiores plus quam unciam distantes, albescentes. Capsulae sesquilineam longae.

3) *Spicis sexu distinctis* (*raro psevdoandrogynis n.* 1060. 1073-1075. 1093). A) *Stigmatibus ternis* — α) *bracteis vaginantibus* * *foliatis* † *pedunculos includentibus n.* 1050-1057. †† *exserentibus n.* 1058-1064 ** *aphyllis n.* 1065. 1066. — β) *bracteis amplectentibus dimidiatisve* * *spicis subsessilibus n.* 1067-1073. 1075. ** *pedunculatis n.* 1074. 1076-1084. — B) *Stigmatibus binis n.* 1085-1093.

1050 CAREX *flava:* spicis incluse pedicellatis ovalibus subapproximatis, bracteis vaginantibus foliatis, capsulis obovatis inflatis costatis: rostro aciculari deflexo bifido. *Linn. svec. n.* 843. *spec. pl. ed.* Willd. 4. *p.* 268. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1047. *Schkuhr car.* 60. *t. H. fig.* 56. *Wahlenb. lapp. n.* 455.

β minor: foliis angustioribus subconvolutis, capsulis brevioribus patentibus. C. divisa *Fl. Dan. t.* 371.

Hab. locis udis graminosis totius Sveciæ, alpibus tantum exceptis, ubique.

Ceteris magis flavescit inprimis spicis femineis fere digitum minorem crassis, sed ut maxime colorata ita etiam magnitudine omnium partium ceteris magis inconstans, β interdum pollicaris spicis vix duas lineas latis ob capsulas solito [illegible]lo breviores.

1051. CAREX *fulva:* spicis incluse pedicellatis oblongis distantibus, bracteis vaginantibus foliatis altitu-

dine culmi, capsulis ovalibus subinflatis ancipitibus: rostro conico ore diviso. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 270. *Schkuhr car. n.* 86. *t. T. fig.* 67. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 71.

Hab. in pratis udis apricis regionum litoralium saltem orientalium et formatione quadam juniore substratarum Sveciæ temperatioris passim, ut Gotlandiæ pluribus locis, Roslagiæ ad Börstel et Stockholm, Vestrogothiæ ad Mösseberg ejusque finem orientalem; etiam Smolandiæ ad Vexiö.

Colore omnium partium praecedenti convenit, sed alias C. binervi proxima. Folia radicalia et bracteantia fere ejusdem latitudinis sesquilineam lata. Capsulae totae duas lineas longae.

1052. CAREX *distans:* spicis incluse pedicellatis oblongis remotissimis, bracteis vaginantibus foliatis, capsulis squama mucronata longioribus ovalibus adpresso-triquetris rostellatis: ore bimucronato. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1387. *ed. Willden.* 4. *p.* 271. *Schkuhr car n.* 87. *t. T et Yy. fig.* 68. *Wahlenb. Vet. Ac Handl.* 1806. *p.* 72. *Wahlb. goth. p.* 82.

Hab. in litoribus glareosis mari tum orientali tum occidentali quam maxime expositis passim, ut Gotlandiæ multis locis, Calmariensis gubernationis extra Vestervik, Blekingiæ, Ostrogothiæ extra Söderköping ad Ôfra Yxnö alibique, Bahusiæ in Varö.

Tota strictior, rigidior et minus colorata quam proximae, raro plus quam pedem alta. Vagina spicae infimae plerumque radicalis. Spicae compactae vix sesquitertiam lineam latae. Squamae viride mucronatae. Capsula sesquilineam longa.

1053. CAREX *extensa:* spicis subsessilibus oblongis approximatis, bracteis subvaginantibus longe foliatis, capsulis ovali-oblongis cum acumine: ore bidentato, foliis angustissimis convolutis. *Gooden.* in *Linn. transact.* 2. *p.* 175. *t.* 21. *f.* 7. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 268. *Schkuhr car. t. Xx. fig.* 72. *Flor. Dan. t.* 1709. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl* 1806. *p.* 72. *Aspegren bleking. p.* 67.

Hab. in litoribus glareosis humidioribus maris orientalis majoris passim, scil. Gotlandiæ variis locis, Oelandiæ occidentalis in insula Nordman, Blekingiæ, Calmariensis gubernationis extra Vestervik, Ostrogothiæ extra Söderköping ad Öfra Yxnö.

Maxime juncea et in longum extensa, saepius tota curvula praecipue dum spithama non longior. Folia filum omnino referunt. Spicae plerumque duabus lineis vix latiores. Squamae et capsulae virentes ut praecedentis. Capsulae linea parum longiores.

1054. CAREX *binervis:* spicis incluse pedicellatis oblongis remotiusculis, bracteis vaginantibus anguste foliolatis, squamis muticis margine hyalinis, capsulis oblongis teretiusculis patentibus rostellatis: ore bilobo hyalino. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 271. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 71. *ups. n.* 591. *Ahlquist runst. p.* 31. *Wahlb. gothob. p.* 83.
C. distans *Flor. Dan.* 6. *t.* 1049. *Agardh car. scan. p.* 12.

Hab. in pratis subuliginosis apricis Sveciæ temperatioris a Scania et Gotlandia ad Bahusiam, Vestrogothiam, Ostrogothiam, Nericiam et Uplandiam, ubi præcipue littoralis Roslagiæ frequens.

Folia saturatius viridia quam in proximis, sed breviora. Culmus pedalis et paullo ultra. Squamae femineae fuscae: lineis binis marginalibus hyalinis. Spicae sesquitertiam lineam latae, demum fere totae fuscescentes. Capsulae sesquilineam longae.

1055 CAREX *hirta:* spicis subincluse pedunculatis cylindricis remotis, bracteis vaginantibus foliatis, squamis cuspidatis, capsulis ovatis teretibus costatis bicuspidatis hirtis, spicis masculis binatis. *Linn. svec. n.* 858. *spec. pl. ed.* Willd. 4. *p.* 311. *Flor. Dan. t.* 1711 *et t.* 425. *Schkuhr car. n.* 105. *t. Uu. fig.* 108. *Agardh car. scan.* p. 13. Wahlenb. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 74. *ups. n.* 592. Wahlb. *gothob. p.* 83.

Hab. locis arenosis, rarius margaceis humidis, Sveciæ temperatioris et magis campestris a Scania et Got-

landia ad Bahusiam, Nericiam et Uplandiam passim copiose.

Radix plerumque valde repens culmis tantum spithamaeis, spicis femineis subradicalibus. Folia satis pallentia, ut totum gramen plerumque hirta, sesquilineam lata. Spicae longe crassiores ob capsulas trium linearum longitudinis.

1056. CAREX *filiformis:* spicis subsessilibus oblongis remotis, bracteis breviter vaginantibus foliatis, capsulis ellipticis villosis: rostello bifurcato, foliis convolutis filiformibus. *Linn. svec. n.* 847. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 303. *Flor. Dan. t.* 379 *et t.* 1344. *Schkuhr car. n.* 68. *t. K. fig.* 45. *Agardh car. scan. p.* 14. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 136. 156. *Liljebl. ib.* 1793. *p.* 75. 317. *Wahlenb. ups. n.* 593. *lapp. n.* 436. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227.

Hab. in fluctuantibus ripis lacuum et paludum sylvaticarum fere totius Sveciæ a Scania usque ad Lapponiam summam passim; in insulis autem formationis transitionis tam rarescit, ut Gotlandiæ tantum tribus locis lecta sit.

Valde elongata foliis culmisque saepe tripedalibus filiformibus, sed duriusculis et obscurioris coloris, ad radicem atro-purpurascentibus. Spicae femineae demum crassitudine digiti minimi, squamis atro-fuscis et villo quoque lurido tumente capsularum valde inconsvetae.

1057. CAREX *rotundata:* spicis subsessilibus ellipticis distantibus, bracteis breviter vaginantibus foliatis, capsulis subglobosis nitidis inflatis: rostello subbilabiato, foliis convolutis subfiliformibus. *Wahlenb. lapp. n.* 437. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1407. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 272. *Schkuhr car. n.* 71. *t. Gg. fig.* 93.

Hab. in paludosis aquosis per partem subsylvaticam et subalpinam Lapponiarum a Blaikfjellet Åselensium usque ad fines Russiæ frequenter.

Differentiâ suâ systematicâ huc pertinet, sed C. ampullaceae re vera maxime affinis. Tota circiter pedalis et subfiliformis. Spicae vero femineae tres lineas crassae; squamis atro-fuscis. Capsulae plerumque stramineae. Spica mascula interdum gemina.

1058. CAREX *drymeja:* spicis exserte pedunculatis nutantibus sparsifloris, bracteis remotis vaginantibus foliatis, capsulis squamas acuminatas æquantibus ovali-ventricosis rostratis: ore bifido. *Ehrh. gram. n.* 58. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 296. *Fl. Dan. t.* 404. (C. sylvatica). *Schkuhr car. n.* 94. *t. Ll. fig.* 101. *Agardh car. scan. p.* 14. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 73. — 1821. *p.* 318. *Liljeblad ib.* 1793. *p.* 74. *Ahlquist ib.* 1821. *p.* 303.

Hab. in quercetis et fagetis amoenioribus formatione quadam juniore substratis Sveciæ meridionalis et magis orientalis passim, ut Scaniæ ad Roslätt, Gotlandiæ ubique, Oelandiæ extra Borgholm et Halltorp, Ostrogothiæ in Omberg ad Nordöstra Djurledet, Vestrogothiæ in Kinnekulle ad Vesterplana et Luksatorp; (Calmariensis regionis: *Liljebl.*)

Gramen totum laete viride et gentile, laxum, plerumque ultra pedem longum. Folia duas lineas lata. Spicae sesquilinea non latiores, totae virentes. Capsulae duas lineas longae.

1059. CAREX *capillaris:* spicis exserte pedunculatis pendulis sparsifloris, bracteis vaginantibus foliolatis, squamis hyalinis deciduis, capsulis oblongis acuminatis apice unilobis. *Linn. svec. n.* 851. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 290 *Flor Dan. t.* 168. *Schkuhr car. n.* 82. *t. O. fig.* 56. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 73. *ups. n.* 594. *lapp. n.* 442. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95.

Hab. in pratis uliginosis apricis campestribus Sveciæ mediæ et magis orientalis a Gotlandia ad Uplandiam et Nericiam passim, deinde in magis alpestribus locis a Vermlandia per alpium jugum adjacentiaque loca usque ad Finmarkiam ultimam fere ubique.

Praecedente longe minor et praecipue angustior. Folia vix plus quam lineam lata. Culmus florens plerumque tantum digitalis, fructificans rarius pedalis. Capsulae demum omnino brunneae, linea parum longiores.

1060. CAREX *ustulata:* spicis exserte pedunculatis pen-

dulis ovalibus subapproximatis, bracteis vaginantibus subaphyllis, capsulis ovalibus acuminatis planiusculis: ore bidentato. *Wahlenb. lapp. n.* 441. *Willd. spec. pl.* 4 *p.* 293. *Schkuhr car. n.* 90. *t.* Y. *fig.* 82. *Flor. Dan. t.* 1590. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 103. — 1818. *p.* 135. *Læstadius ib.* 1822. *p.* 342. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 81. *Hisinger herjed. p.* 51.

Hab. locis irrigatis alpium altiorum a Lapponia Lulensi ejusque lacu Virihjaur usque ad Herjedalen passim; infra alpes Norvegicas rarius ex. gr. ad Giebostad in insula Senjen Nordlandiæ.

Optime diversa species. Radiculae magis coloratae quam in plerisque. Folia saturatius viridia, sesquilineam lata, sed vix digitum longa. Culmus raro pedalis, strictus. Spicae totae (cum capsulis) atro-fuscae vel colore ustilaginis, circiter tres lineas latae; superiores subandrogynae et saepe pendulae. Capsulae fere duas lineas longae.

1061. CAREX *laxa:* spicis exserte pedunculatis pendulis oblongis remotis, bracteis vaginantibus foliolatis, capsulis squamas obtusas æquantibus oblongo-ellipticis obtusiusculis adpressis: ore integerrimo. *Wahlenb. lapp. n* 440. *t.* 15. *f.* 1.

Hab. in ripis lacuum fluctuantibus turfosis Lapponiæ Tornensis subsylvaticæ ad Enontekis copiose.

Ut proximae species C. limosae maxime affinis, sed differentiis C. paniceae magis convenire videtur. Tam laxa ut fere decumbens, plus quam pedem longa, tota non parum rufescens (ut ipsissima C. limosa). Folia lineam lata. Spicae duas lineas latae. Squamae praecipue rufae. Capsulae virentes fere duas lineas longae.

1062. CAREX *livida:* spicis pedicellatis sparsifloris remotiusculis, bracteis vaginantibus convolute foliolatis, capsulis squamas subæquantibus oblongis adpressis obtusis: ore integerrimo. *Wahlenb. lapp. n.* 439. *ups. n.* 596. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 285. *Schkuhr car. app. p.* 58. *t. Ssss. fig.* 211.

Hab. in paludibus limosis profundis frigidis sterilissi-

mis Sveciæ septentrionalioris a Lapponia usque ad Vermlandiam ferrimontanam prope Kroppa et Mokärshyttan, Nericiam prope Acidulas Porla et Upsaliam trans Jumkil copiose; etiam Smolandiæ ad Vexiö.

Glaucescentia livida major quam in ulla alia, simulque folia rigescentia valde carinata. Spicarum situs cum longitudine culmi satis variabilis, sed capsulae nunquam inflatae fere C. limosae constantes.

1063. CAREX *panicea:* spicis pedunculatis flaccidis sparsifloris remotiusculis, bracteis vaginantibus foliolatis, capsulis inflatis subglobosis obtusiusculis apice integerrimis. *Linn. svec. n.* 853. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 280. *Fl. Dan. t.* 261. *Schkuhr car. n.* 93. *t. Ll. fig.* 100. *Agardh car. scan. p.* 15. *Wahlenb. lapp. n.* 458.

β. sparsiflora: capsulis minus inflatis viridibus. *Wahlenb. l. c. Aspegren bleking. p.* 67.

γ. pauciflora: spicis subtrifloris, capsulis magnis non inflatis rostellatis bilobis. *Horneman plantel.* 3. *p.* 948.

C. triflora *Vahl.* et C. depauperata *Hornem. plant.* 2. *p.* 829.

Hab. in locis uliginosis totius omnino Sveciæ frequenter; at *γ* tantum in latere Norvegico alpium, *β* abhinc per loca sicciora fertiliora Sveciæ usque ad Upsaliam passim, Blekingiam rarius.

Glaucescentia parum minor quam praecedentis, sed folia multo molliora et capsulae eximie inflatae scil. cum in paludosis et aquosis crescat. In locis autem laetioribus siccioribus *β* virescit et capsulas contrahit, ita tamen ut demum *γ* pauciflora capsulas distendat seminibus insolito magnis (nec spatio vacuo ullo).

1064. CAREX *præcox:* spicis pedicellatis oblongis subapproximatis, bracteis breviter vaginantibus cuspidatis, capsulis squamas obtusas subconcolores æquantibus ovalibus subtriquetris acutis pubescentibus. *Jacqu. austr.* 5. *t.* 446. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 262. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1527. *Wahlenb. Vet. Ac.*

Handl. 1806. *p.* 73. *ups. n.* 597. *Agardh car. scan. p.* 15. (C. tomentosa).

Hab. in graminosis campestribus elevatis a Scania et Gotlandia ad Bahusiam, Nericiam, Leksand Dalekarliæ et Gestriciam passim.

Gramen ex minoribus ut proxime sequentes, plerumque digito non longius, totum pallidum; foliis vix ultra lineam latis. Florescentia ejus apud nos minus praecox quam in pluribus sequentibus, mense frondescentiae absolvenda. Spicarum squamae dorso virentes, marginibus dilutius castaneis.

1065. CAREX *digitata:* spicis pedicellatis sparsifloris altitudine subæqualibus; vaginis aphyllis muticis, capsulis squamas æquantibus cuneiformibus pilosiusculis, culmo compresso. *Linn. svec. n.* 844. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 256. *it. gotl. p.* 233. *Fl. Dan.* 9. *t.* 1466. *Wahlenb. lapp. n.* 443. *Forsander veg. scan. p.* 15.

Hab. in sylvaticis elevatis muscosis plerarumque provinciarum a Scania frondoso-sylvestri ad Lapponiam infimam passim; sed desiderari videtur in Vermlandia ferrimontana similibusque regionibus altioribus.

Vaginae omnes etiam radicales atropurpureae. Folia et culmi circiter spithamaeae longitudinis. Spicae mense germinationis jamdudum florentes, in modum digitorum compositae et sibi invicem parallelae, lineares, squamis brunneis. Capsulae majusculae sesquilineam longae.

1066. CAREX *ornithopoda:* spicis subsessilibus sparsifloris altitudine æqualibus; vaginis aphyllis muticis, capsulis squama longioribus cuneiformibus pilosiusculis, culmo incurvo. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 255. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. — 1818. *p.* 128. *Fries nov. p.* 37. *Fl. Dan. t.* 1405. *Schkuhr car. n.* 62. *t. H. fig.* 37. (C. pedata). *Videgren ósterg. p.* 26.

C. digitata *β Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 158. — 1806. *p.* 73.

Hab. in pratis subhumidis apricis formatione transitionis plerumque substratis, ut Gotlandiæ fere

ubique, *Ostrogothiæ* ad Slaka, Sjökumla alibique (unde ad Jönköping perventa esse videatur), *Dalekarliæ* in Osmundsberget etc. frequenter, *Jemtlandiæ* in Hofverberget paroeciæ Berg.

Praecedentis vix nisi varietas minor, laxior et pallidior. Folia linea non latiora. Culmus digito non longior, praecipue superne incurvus. Spicae nullae tribus lineis longiores; squamis pallidis. Capsulae lineam tantum longae.

1067. CAREX *pedata:* spicis pedicellatis sparsifloris paucifloris approximatis, bracteis amplectentibus cuspidatis, capsulis subglobosis nitidis apiculatis: ore bilobo. *Linn spec. pl ed.* 2. *p.* 1384. *Wahlenb. lapp. n.* 444. *t.* 14. *Deinboll in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126.

Hab. in collibus siccis alpium Lapponicarum rarius, ut in Kajsats et Lillsokin prope Virihjaur Lulensium, ad sinum Karbotten Varangriæ Finmarkiæ et supra Pasvig versus lacum Enarensem.

Cuidam proxime affinis sit, vix constat. Ex minimis hujus sectionis utpote plerumque digito minore non altior. Folia lineam non lata. Spicae utplurimum quadriflorae. Squamae quod ad maximam partem fuscae. Capsulae linea non longiores in rachi flexuosa.

1068. CAREX *tomentosa:* spicis pedicellatis subcylindricis subapproximatis, bracteis auricula amplectentibus foliolaceis, squamis acutis, capsulis globosis tomentosis *Linn. mant. p.* 123. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 265. *Schkuhr car n.* 57. *t. F. f.* 28. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 159. — 1806. *p.* 73. *Ahlquist runst. p.* 31.

Hab. in pratis supra formationem transitionis provinciarum insularium, scil. *Gotlandiæ* ubique, *Oelandiæ* in Skogsbybet et ad Runsten passim.

Radix stolonibus non parum repentibus. Folia caerulescentia fere ut in C. *caespitosa*, plus quam lineam lata. Culmus strictus, circiter pedem longus. Bracteae saltem inferiores totae virides, sed squamae femineae nigro-fuscae praeter nervum virentem. Capsulae tomento glaucescente.

1069. CAREX *montana:* spicis sessilibus subglobosis confertis, bracteis subsquamaceis amplectentibus squamisque discoloribus mucronatis, capsulis cuneiformibus triquetris puberulis, foliis angustissimis. *Linn. svec. n.* 845. *Schkuhr car. n.* 58. *t. F. f.* 29. *Agardh car. scan. p.* 16. *Wahlenb. ups. n.* 600. C. collina *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 260.

Hab. in pratis collinis ad lucos amoenissimos a Gotlandia et Scania ad Bahusiam, Nericiam et Uplandiam passim copiose.

Eximie diversicolor, ad radicem vivide purpurascens, foliis pallide virentibus et spicis totis piceis. Ceterum caduca et tenuis: foliis vix ullis persistentibus, mollibus, dimidia linea vix latioribus; culmis setaceis valde flaccidis, post florescentiam praecocem mense germinationis, decurvatis. Capsulae vero majores quam in proximis, fere duas lineas longae.

1070. CAREX *globularis:* spicis sessilibus ovatis distantibus, bracteis amplectentibus foliaceis, capsulis squama longioribus ovatis acutis pubescentibus, foliis angustissimis *Linn. svec. n.* 846. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 265. *Schkuhr car. append. p.* 52. *t. Eeee. fig.* 188. *Flor. Dan. t.* 1404. *Wahlenb. lapp. n.* 145. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. — 1811. *p.* 27. 29. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 124. 125. 128. *Hisinger verml. p.* 11.

Hab. locis subhumidis turfosis duris sylvarum Sveciæ septentrionalis altioris a Vermlandia ferrimontana (Kroppa), Vestmannia consimili circa Skinskatteberg et Gevalia per Dalecarliam (ad Ore) totamque Norrlandiam et Bottniam usque ad Laponiam subalpinam ultra lacum Enarensem frequenter.

Radix ramosissima, filiformis, squamis vaginisque purpureis. Gramen gracile circiter pedem altum. Spicae circa unciam a se invicem distantes, ex minoribus, vix lineis duabus crassiores parumque longiores. Squamae dilutius fuscae. Capsulae vix linea longiores.

1071. CAREX *ericetorum:* spicis sessilibus subglobosis

confertis, bracteis amplectentibus squamaceis squamisque discoloribus margine hyalinis rotundatis, capsulis subglobosis obtusiusculis basi elongatis pubescentibus. *Pollich pal. n.* 886. *Wahlenb. ups. n.* 599. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 73.

C. ciliata *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 261. *Schkuhr car. n.* 66. *t. J. fig.* 42.

Hab. in collibus glareosis siccis duris a Scania et Gotlandia ad Bahusiam, Nericiam, Dalecarliam inferiorem (ex. gr. in Tuna Exerceringsplats) et Helsingiam passim.

Aliquantum crassior proximis et magis fuscescens. Vaginae omnes nigro-fuscae; foliis rigidulis fere sesquilineam latis. Culmus plerumque tantum digitalis. Spicae omnium nostrarum maxime praecoces, initio mensis germinationis florentes, nigro-fuscescentes; mascula eximie clavata.

1072. CAREX *pilulifera:* spicis sessilibus globosis approximatis, bracteis subamplectentibus foliolaceis, capsulis squama mucronata brevioribus subglobosis acutis pubescentibus, culmo debili serrulato. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 259. *Schkuhr car. n.* 64. *t. I. fig.* 39. *Flor. Dan. t.* 1048. *Agardh car. scan. p.* 16. *Wahlenb. ups. n.* 601.

Hab. in pascuis sterilioribus sylvarum Sveciæ temperatioris usque ad Vermlandiam Vestmanniamque ferrimontanam, Fahlunam et Siljan Dalekarliæ Helsingiamque fere ubique.

Tota magis viret praecedentibus. Folia quidem non multum longiora, sed culmi elongati pedales et ultra, fere semper decumbentes. Spicae minus praecoces; squamis fere totis viridibus; mascula tenuis.

1073. CAREX *alpina:* spicis subsessilibus globosis approximatis ternis; terminali androgyna, bracteis amplectentibus subfoliolaceis, squamis discoloribus, capsulis subglobosis apiculatis asperulis. *Fl. Dan.* 3. *t.* 403. *Wahlenb. lapp. n.* 446. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. — 1818. *p.* 128.

C. Vahlii *Schkuhr car. n.* 72. *t. Gg. fig.* 94. *et app. p.* 46. *t. Ppp. fig.* 154. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 252.

Hab. locis graminosis humidiusculis a latere Norvegico alpium usque ab Utsjoki ad infimam Nordlandiam frequenter, unde denique dispersa est usque ad Quickjock Lulensium, Hornsträsk Vestrobottniæ, Lycksele Umensium, Tåsjöberget Angermanniæ et Hofverberget Jemtlandiæ passim.

Gramen mollius. Folia interdum sesquilineam lata. Culmus circiter pedalis strictus. Spicae subaequales circa duas lineas latae longaeque. Squamae aterrimae. Capsulae in inferalpinis fere albescentes, sed in alpinis interdum subfuscae et eo magis asperulae, rotundatae, vixque linea longiores.

1074 CAREX *atrata:* spicis pedunculatis cernuis cylindricis altitudine subæqualibus androgynis, bracteis subamplectentibus, squamis discoloribus, capsulis ovalibus planiusculis apiculatis. *Linn. svec. n.* 849. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 221. *Flor. Dan. t.* 158. *Schkuhr car. n.* 44. *t. X. fig.* 77. *Wahlenb. lapp. n.* 447. *Hartm. Vet. Ac. H.* 1818. *p.* 134. 151.

Hab. in locis irrigatis graminosis alpinis fere ejusdem regionis ac præcedens ab ultima Finmarkia per totam Nordlandiam præcipue infra alpes frequenter, et denique etiam transscendit alpes usque ad Quickjock Lulensium et Åreskutan Jemtlandiæ passim.

Plerumque major quam praecedentes. Folia saepe tres lineas lata, valde scindentia. Culmus non raro plusquam pedem altus. Spicae fere unciam longae et tres lineas latae. Squamae atrae cum parca purpurascentia. Capsulae duas lineas longae.

1075. CAREX *Buxbaumii:* spicis sessilibus oblongis distantibus; terminali androgyna, bracteis subamplectentibus foliaceis, squamis cuspidatis, capsulis ellipticis obtusis triquetris asperulis. *Wahlenb. lapp. n.* 452. *Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 163. *Hartm. ib.* 1814. *p.* 95. — 1818. *p.* 139. *Ahlquist runst. p.* 31. *Agardh car. scan. p.* 21. *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 252. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1406. *Videgren østerg. p.* 27. *Aspegren bleking. p.* 68.

Hab. in ripis muscosis paludum et fluviorum præci-

pue in regionibus orientalibus aqua abundantibus et litoralibus a Lapponia ultima usque ad Oelandiam et Scaniam passim.

Caricibus distigmaticis praecipue C. stricta e similior videtur. Vaginae extimae purpurascentes. Folia non parum glaucescentia. Culmus saepius bipedalis. Capsulae quoque utplurimum glaucescentes, sesquilineam longae.

1076. CAREX *flacca:* spicis pedunculatis flaccidis cylindricis subdistantibus, bracteis amplectentibus subfoliaceis, capsulis obovato-globosis obtusis rugulosis: ore integerrimo. *Schreb. spicil.* 150. *Schkuhr car. n.* 98. *t. O. P. fig.* 57 *a. b. Wahlenb. ups. n.* 602. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 73. — 1809. *p.* 218. *Agardh car. scan. p.* 17.

C. recurva *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 298. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1051.

Hab. in pratis et pascuis uliginosis regionum campestrium a Scania et Gotlandia ad Nericiam et Gestriciam passim; in monte Omberg frequentissime.

Gramen totum glaucescens vel potius subcaesium; stolonibus non parum repentibus. Culmus pedalis et ultra, teretiusculus, fere strictus; sed spicae valde flaccidae, extrorsum clavatae, caesiae, demum subbrunneae, interdum piceae.

1077. CAREX *pallescens:* spicis pedunculatis nutantibus cylindricis subdistantibus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis ellipticis teretibus obtusis. *Linn. svec. n.* 852. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 291. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1050. *Agardh car. scan. p.* 18. *Wahlenb. lapp. n.* 449. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 130.

Hab. in graminosis præcipue sylvaticis totius Sveciæ usque ad Skellefteå Vestrobottniæ nec non Lapponiam infimam et inferalpinam ubique frequenter.

Pallidius virens, omnibus partibus etiam fructificationis, quam ceterae. Simulque mollis et laxa: foliis inprimis bracteantibus fere semper undulatis. Culmus pedalis vel paullo ultra. Spicae primum stramineo colore aliquantum nitent, demum capsulis undique rotundatis laetius virent.

1078. CAREX *limosa:* spicis pedunculatis pendulis oblongis subdistantibus, bracteis dimidiatis subsetaceis,

capsulis squamas æquantibus ovalis obtusiusculis planiusculis, foliis angustissimis. *Linn. svec. n.* 850. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 293. *Flor. Dan. t.* 646. *Wahlenb. lapp. n.* 448. *ups. n.* 604. *Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. *Agardh car. scan. p.* 18.

β. rariflora: spicis sparsifloris, culmo obtusangulo. *Wahlenb. lapp* — *Zetterstedt res.* 2 *p.* 81.

γ. irrigua: squamis elongatis capsula subrotunda duplo longioribus, foliis latiusculis. *Wahlenb. lapp. t.* 15. *f.* 2. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. *Fries halland p.* 142.

Hab. α in paludibus fluctuantibus limosis sylvaticis totius Sveciæ, rarescens tantum in extima Gotlandia et Scania; β locis uliginosis maritimis Nordlandiæ et Finmarkiæ passim; γ in palustribus irrigatis Sveciæ frigidioris a Lapponia summa ad Skinskatteberg Vestmanniæ ferrimontanæ et per Vermlandiam ad Smolandiam Hallandiamque frequenter.

Primaria forma inferne angustissima, radice repente, foliis semilineam angustis brevibus inconspicuis subglaucescentibus, culmo circiter pedali strictiusculo, spicis ob pedunculos capillares eximie pendulis, squamis rufis capsulas glaucescentes tegentibus. β magis vaga est quasi ob locum ambiguum, itaque sparsiflora. Sed γ in fixiori terra luxuriat foliis copiosis sesquilineam latis, spicis densifloris, squamis longis sed angustis, capsulam latitudine non tegentibus.

1079. CAREX *Psevdo-cyperus:* spicis pedunculatis pendulis cylindricis approximatis, bracteis dimidiatis foliaceis, squamis setaceis, capsulis oblongis triquetris reflexis: rostro bicuspidato. *Linn. svec. n.* 854. *spec. pl ed. Willd.* 4. *p.* 295. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1117. *Wahlenb. ups. n.* 605. *Carls. strengn. p.* 52. *Agardh car. scan. p.* 17. *Videgr. österg. p.* 26.

Hab. in aquis provinciarum mari proximarum et campestrium orientalium a Gevalia (prope Edskön) per Roslagiam frequenter, Uplandiam passim ad Drottningholm etc. Sudermanniam usque ad Strengnäs, Ostrogothiam ad Roskällasjön prope Linköping, Oelandiam ad Hornsviken et denique Scaniam ad Roslätt alibique.

Magna et inprimis eximie foliosa: foliis saepe quatuor lineas latis et bipedalis longitudinis culmo plerum longioribus. Spicae totae semper virent, capsulis demum retroimbricatis nervosis nitidis valde singulares, habitum peregrinum hujus speciei ulterius augentes.

1080. CAREX *ampullacea*: spicis pedunculatis flaccidis cylindricis distantibus; masculis pluribus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis subglobosis inflatis divergentibus rostratis, culmo obtusangulo, foliis involutis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 308. *Schkuhr car. n.* 104. *t. Tt. fig.* 107. *Wahlenb. lapp. n.* 450. C. vesicaria β (sylvatica) *Linn. svec. n.* 856.

Hab. in paludosis sylvaticis totius Sveciæ frequenter.

Affinium specierum angustissima, foliis saepe subfiliformibus, culmo laxo utplurimum bipedali. Spicae fructiferae digito minimo angustiores; capsulis cum rostro ampullaeformibus etiam nitentibus et laevissimis (vitri instar), colore aliquantum virente. Gramen reliquum quoque saturatius viret.

1081. CAREX *vesicaria*: spicis pedunculatis nutantibus subcylindricis distantibus; masculis pluribus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis squama longioribus ovatis inflatis acuminatis patentibus: rostello bicuspidato, culmo acutangulo. *Linn. svec. n.* 856. α. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 307. *Sv. Bot. t.* 216. *Fl. Dan. t.* 647. *Wahlenb. lapp. n.* 451. *ups. n.* 607.

Hab. in pratis paludosis magis campestribus Sveciæ totius, alpibus tantum exceptis, frequenter.

Ex majoribus nostrarum, saepius tripedalis, foliis ultra duas lineas latis. Haec folia nervis tenacioribus et cellulosa laxiori constant adeo, ut conquassando stupam evadant fibrosam ad calceos Lapponum implendos peridoneam, unde Svecis *Lappskogräs*, Lapponibus *Skogräs* (*Kabmaksuoine*), Norvegis *Sener*. Spicae praecipue maturescentes valde flavescunt, digito minimo crassiores idque ob capsulas vesiculares magnas tribus lineis fere longiores.

1082. CAREX *riparia*: spicis pedunculatis cylindricis remotis; masculis pluribus, bracteis dimidiatis longe foliaceis, capsulis squama acuminato-cuspidata brevioribus ovatis subinflatis: rostello bifurcato. *Will-*

den. spec. pl. 4. *p.* 306. *Schkuhr car. n.* 102. *t. Qq. fig.* 105. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1218. *Agardh car. scan. p.* 20. (C. crassa). *Aspegren bleking. p.* 68. *Wahlb. gothob. p.* 85. *Videgren österg. p.* 26.

Hab. in aqua lacuum et fluviorum per regiones maritimas a Scania ad Bahusiam et Uplandiam passim.

Crassissima nostrarum Caricum; foliis semiunciam latis et saepe tres pedes longis, grandius reticulatis. Culmus quoque sesquilineam latus, foliis parum longior. Spicae juniores exsiccatione insigniter nigrescentes; demum crassitie digiti medii; capsulis fere latioribus quam in praecedente, ex flavescente saepius subluridis.

1083. CAREX *evoluta:* spicis pedicellatis cylindricis distantibus; masculis pluribus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis squamam cuspidatam æquantibus pubescentibus nervosis ovato-ellipticis bifurcatis, foliis planis. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 156. 157.

Hab. in ripis fluctuantibus lacuum regionis maritimæ circa Stockholmiam rarius, ut ad Bränkyrkesjön et ad Gångsätra insulæ Lidingön copiose.

Praecedente parum brevior plerumque quadripedalis, sed angustior. Folia vix tres lineas lata, firma. Spicae vix quatuor lineas crassae, sesquiunciam longae. Capsulae fere ut in C. filiformi, vix duas lineas longae, cujus formam evolutam fere constituit.

1084. CAREX *paludosa:* spicis pedicellatis cylindricis distantibus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis squamas mucronatas æquantibus ovali-oblongis acutis adpressis acutangulis nervosis: ore bidentato. *Gooden. Linn. transact.* 2. *p.* 202. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 305. *Schkuhr car. n.* 101. *t. Oo. f.* 103. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1803. *p.* 163. — 1806. *p.* 74. *Agardh car. scan. p.* 20.

Hab. in pratis aquosis supra formationes petræ juniores Scaniæ ad Roslätt, Gotlandiæ ad Smiss in paroecia Fleringe, Ostrogothiæ ad Sjökumla, Östra Ryd, Roskälla prope Linköping etc.

Sequentibus, praecipue C. strictae, longe similior quam

praecedentibus quamvis semper tristigmatica. Plerumque tripedalis, eximie glaucescens. Folia circiter tres lineas lata. Spicae vix ejusdem latitudinis et bis unciam longae. Squamae ferrugineae. Capsulae tantum sesquilineam longae, eximie nervosae (quod nunquam in sequentibus), exsiccatione cinerascentes ut quoque in praecedentibus.

1085. CAREX *maritima:* spicis pedunculatis pendulis cylindricis distantibus; masculis pluribus, stigmatibus binis, bracteis foliaceis, squamis longe cuspidatis, capsulis orbiculatis. *Müller in Flor. Dan.* 4. *t.* 703. *Vahl Act. hist. nat. hafn.* 2. *p.* 13. *Schkuhr car. t.* W. *fig.* 74. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 300. *Wahlenb. lapp. n.* 453. *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 17. *Horneman plantel.* 3. *p.* 935.

Hab. in litoribus limosis maris septentrionalis ad Nordlandiam meridionalem rarius copiose ex. gr. ad Fösked Saltensium; ad Norvegiam meridionalem passim et ad Bahusiam oppositam rarissime.

Gramen pallidum ut insequens et pleraque maritima, plerumque pedale laxum. Spicae omnes etiam masculae pendulae in culmo superne nutante, vix unciam longae. Squamae tres lineas longae, margine tantum lutescentes. Capsulae vix plusquam lineam longae.

1086. CAREX *salina:* spicis pedunculatis oblongis distantibus, stigmatibus binis, squamis subcuspidatis, capsulis suborbiculatis apiculatis ore emarginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 454. *Schkuhr car. app. p.* 29. *t. Cccc. fig.* 185. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 286. (C. cuspidata) *et p.* 301.

Hab. in litoribus passim inundatis maris septentrionalis Finmarkiæ Nordlandiæque satis frequenter.

Praecedenti tam affinis, ut forsan abbreviatio ejus. Nihilo tamen minus distingvenda videtur ob spicas omnes erectas, squamas breviter aut ne quidem cuspidatas.

1087. CAREX *aquatilis:* spicis subsessilibus cylindraceo-clavatis remotiusculis, stigmatibus binis, bracteis foliaceis, capsulis suborbiculatis integerrimis, culmo stricto obtusangulo, foliis marginibus incurvis.

Wahlenb. lapp. n. 455. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 95. *Videgren östery. p.* 26. *Aspegren bleking. p.* 67.

β. epigejos. *Læstadius Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 339.

Hab. in fluviis et lacubus totius Lapponiæ frequenter, Dalecarliæ passim, et dein juxta sinus intimos maris usque ad Ostrogothiam ex. gr. prope Söderköping passim, etiam Blekingiam aliquando.

Maxime stricta et angusta, saepe quadri- vel quinquepedalis, coloris dilutioris. Folia tamen vix duas lineas lata. Spicae quoque ejusdem latitudinis. Capsulae ex minimis vix lineam longae.

1088 CAREX *saxatilis:* spicis subsessilibus oblongis obtusis, stigmatibus binis, bracteis subfoliaceis auriculatis, capsulis squamas obtusas æquantibus ellipticis obtusis subexcurvis. *Linn. svec. n.* 848. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 272. *Fl. Dan. t.* 159. (*Schkuhr car. n.* 45. *t. Tt. fig* 40?) *Wahlenb. lapp. n.* 456. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 135. 155. *Hisinger herjed. p.* 50.

Hab. locis siccioribus petrosis per omnes montes alpinos a Lapponia summa usque ad Herjedalen vulgaris.

Radix ob locum magis ramosa et subrepens, squamis purpurascentibus. Gramen strictum et rigidius, utplurimum vix pedale. Folia fere duas lineas lata. Spicae plerumque sesquitertiam lineam latae vel saepe ob ustilaginem latiores. Squamae totae piceae. Capsulae sesquilineam longae.

1089. CAREX *cæspitosa:* spicis subsessilibus ovalibus approximatis; mascula oblonga, stigmatibus binis, bracteis cuspidato-foliolaceis, capsulis ovalibus utrinque convexis obtusis, culmo acutangulo foliisque flaccidis. *Linn. svec. n.* 855. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 287. *Sv. Bot. t.* 222. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1281. *Wahlenb. lapp. n.* 457.

Hab. locis humidis caespitosis pratorum et sylvarum totius Sveciæ, vix alpibus quidem exceptis, frequenter.

Radix densius caespitosa et vivacior quam affinium, foliis

copiosis longis, demum laxis, vix sesquilineam latis, Svecis *Tufstarr*. Culmi praecocius florent breves: spicis nigris copiose flavo-fumantibus, demum dense imbricatis paullo ultra semiunciam longis.

1090. CAREX *acuta:* spicis pedunculatis flaccidis cylindricis remotis; masculis pluribus, stigmatibus binis, bracteis foliaceis, capsulis ovalibus tumidulis obtusis, culmo acutangulo serrulato, foliis flaccidis. *Linn. svec. n.* 857. *β spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 304. *Sv. Bot. t.* 498. *Wahlenb. lapp. n.* 458.

Hab. ad aquas totius omnino Sveciæ vulgaris, regionibus alpinis tantum exceptis.

Ceteris magis caerulescens (Svecis *Blåstarr*) simulque magis acuta vel marginibus serrulatis tum foliorum tum culmi scindens, alias satis gracilis, circiter tripedalis; foliis duas lineas latis. Spicae demum penna anserina parum crassiores; squamis ex caeruleo nigricantibus; capsulis virentibus. Numerus binarius in hac etiam ad stamina extenditur.

1091. CAREX *stricta:* spicis subsessilibus cylindricis subapproximatis; mascula elongata, stigmatibus binis, bracteis foliaceis, capsulis adpressis utrinque planiusculis acutiusculis, culmo acutangulo foliisque strictis. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 287. *Schkuhr car. n.* 49. *t. V. fig.* 73. *Wahlenb. ups. n.* 611.

Hab. in aquosis a Scania ad Bahusiam et Uplandiam passim.

Praecedentis quasi forma strictior, obtusior et latior. Folia magis canaliculata marginibus subinflexis et inferne membranaceis; latere interiore vaginarum facile in fibrillas disrumpente. Culmus lateribus planis lineam latis. Spicae capsulis valde imbricatis, saepe evidenter octofariis.

1092. CAREX *pulla:* spicis pedicellatis ovalibus subdistantibus, stigmatibus binis, bracteis subfoliaceis, capsulis subglobosis subinflatis: rostello bifido. *Gooden. Linn. Transact.* 3 *p.* 78. *t.* 14. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 274. *Schkuhr car. n.* 52. *t. Cc. fig.* 88. (C. fusca). *Wahlenb. lapp. n.* 459. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814 *p.* 103. — 1818. *p.* 135.

Hab. in lateribus irrigatis summarum alpium Lapponicarum et Jemtlandicarum passim.

Turgidior et mollior affinibus. Gramen quoque magis lutescens, strictum, pedale. Folia linea parum latiora. Spicae totae nigro-fusci vel pulli coloris, marginibus squamarum hyalinis angustis non obstantibus, tres lineas latae. Capsulae etiam saltem superne fuscae, sesquilineam longae.

1093. CAREX *bicolor:* spicis subpedicellatis ovalibus ternatis androgynis, stigmatibus binis, capsulis squamas æquantibus obovatis obtusis, culmo tereti incurvo. *Allioni pedem. n.* 2311. *Schkuhr car. t. Aaaa. fig.* 181. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 222. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 338. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 428.

Hab. loco arenoso irrigato ad lacum Pollaure inter alpes Kirkivare et Touddarats Lapponiæ Lulensis.

Maxime inconspicua loco natali, fere tota incurva, vix digitum minimum longa. Folia vix lineam lata. Spicae omnes aequales, duas lineas latae et parum longiores, eximie bicolores. Squamae enim fere totae fuscae. Capsulae autem albo-glaucescentes, lineam longae. Alias C. atratae quodammodo affinis videtur.

ORD. 4. TETRANDRIA.

573. LITTORELLA.

Bergius Vet. Ac. H. 1768. *p.* 341. *Linn. gen. ed. Schr. n.* 1415. *Juss. gen. p.* 100.

Floris masculi Calyx tetraphyllus. Corolla infundibuliformis: limbo quadripartito. Filamenta longissima, receptaculo inserta. — Floris feminei Calyx obsoletior tripartitus. Corolla apice quadridentata. Stylus longissimus. Nux vel capsula nucularis monosperma. — *Herbula acaulis juncifolia: floribus masculis pedicellatis, femineis sessilibus ad pedicellum masculum in eadem axilla congregatis; Plantagini valde affinis in Ord. nat.* 30. *Holoraceæ?*

1094. LITTORELLA *lacustris:* (*Bergius Vet. Ac. Handl.* 1768. *p.* 341. L. juncea). *Linn. mant. p.* 295. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 330. *Flor. Dan. t.* 170. *Sv. Bot. t.* 552. *Fries hall. p.* 143. *Wahlb.*

gothob. p. 84. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227. *Hisinger verml. p.* 11. *Aspegren bleking. p.* 68. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 27.

Plantago uniflora *Linn. svec. n.* 135. *lapp. n.* 64. *it. scan p.* 408. 417. *vestrog. p.* 115.

Cariophyllus marinus etc. *Act. Ups.* 1724. *p.* 507.

Hab. in ripis lacuum et fluviorum arenosis passim inundatis sylvaticis et montanis per provincias meridionaliores passim, ut Scaniæ sylvestris, Blekingiæ, Smolandiæ occidentalis frequenter usque ad lacum Möckeln, Hallandiæ multis locis, Vestrogothiæ in Hunneberg lacuque Eldmörjan dicto copiose alibique, Ostrogothiæ ad Boxholm et in Kisa, Gotlandiæ ad Gothemså et Mästermyr, Nericiæ ad Tysslingen, Vermlandiæ occidentalis ad Flagan, Sudermanniæ ad lacum Mälaren prope Viksberg et Stockholm, — dein vero non nisi in litoribus maris septentrionalis rarissime visa ad Nordlandiam.

Radix annua, fibrosa. Folia exteriora vermiformia pennam columbinam crassa; interiora semiteretia digitum minorem longa. Flores ex eadem axilla feminei subterni sessiles exteriores et masculus unicus pedunculatus: pedunculo uncialis longitudinis. Corolla lutescit unacum antheris, ad solstitium quaerenda. Capsula seminis carvi magnitudine.

374. URTICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1422. *Juss. gen. p.* 442. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 183. *t.* 119.

Amenta laxa androgyna aut sexu distincta; floribus apetalis. Mas: calyx tetraphyllus æqualis longitudine staminum; nectario urceolato integerrimo germinis loco. Fem. calyx quoque tetraphyllus, sed foliola duo opposita reliquis multiplo majora, lateribus planis seminis applicata. Semen compressum, margine insertum. — *Herbæ stimulis urentibus. Ord. nat.* 46. *Scabridæ.*

1095. URTICA *urens:* foliis oppositis ovalibus subquinquenervibus profunde serratis, amentis petiolo brevioribus, calyce pungente. *Linn. svec. n.* 862. *spec.*

pl. ed. Willden. 4. *p.* 352. *Sv. Bot. t.* 206. *Flor. Dan. t.* 739. *Wahlenb. lapp. n.* 462.

Hab. in cultis totius Sveciæ frequenter.

Radix annua et planta minor sequente circiter pedalis, tenerior, succosior, fere glaberrima, sed stimulis eo majoribus magis urentibus, unde Svecis *Etternässla.* Petioli longitudine foliorum. Amenta brevia, aestate diu florentia, viridia; flosculis masculis paucis; calycis feminei utrinque in dorso valvulae stimulo insigni.

1096. URTICA *dioica:* foliis oppositis cordatis quinquenervibus obtuse serratis, amentis ramosis petiolo longioribus, calyce lævi. *Linn. svec. n.* 863. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 352. *Sv. Bot. t.* 68. *Flor. Dan. t.* 746. *Wahlenb. lapp. n.* 463.

Hab. in cultis et ad domos rupesque per totam Sveciam frequenter.

Radix perennis repens et planta multiplo major, saepius tripedalis, pubescentiâ tenui cinerascens et ceteroquin stimulis minoribus, Svecis *Brännässla.* Amenta multo longiora, sed floribus minoribus laevibus, praecipue masculis minimis.

ORD. 5. PENTANDRIA.

375. XANTHIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1426. *Juss. gen. p.* 213. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 418. *t.* 164.

Masc. calyx polyphyllus multiflorus; flosculis tubulosis quinquefidis. Fem. calyx biflorus, demum receptaculo communi increscente in fructum birostrem oblongum extus muricatum intus bilocularem dispermum. — *Herbæ lappaceæ, foliis alternis subasperis, floribus inconspicuis axillaribus. Ord. nat.* 45. *Compositis* α *Capitatis et speciatim forsan Arctio proximum, sed versus Scabridas divergens.*

1097. XANTHIUM *strumarium:* caule inermi, foliis cordatis trinervatis, fructus aculeolis rectiusculis. *Linn. svec. n.* 864. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 373. *it. scan. p.* 171. *Flor. Dan. t.* 970. *Leche scan. p.* 18. *n.* 74. *Retz. oec. p.* 776. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 504. *Fries phys. sällsk. årsb.* 1823. *p.* 88. 90.

Hab. ad vias in sterquiliniis prope extimos quosdam portus Scaniæ, ut ad Landskrona, ubi tamen jam evanescit ut antea ad Ystad et Lund, et Oelandiæ prope Färjestaden jam valde rarescens.

Radix annua. Herba divergenter ramosa, vix pede altior; foliis subtrilobis. Asperities in tota planta cinerascens, quae in calyce communi mutatur in aculeolos apice hamatos fere Lappae instar. Calyces feminei vel potius receptacula communia demum elongantur in fructus (strumas) fere fabae minoris magnitudine aculeolis tunc separatis obsitos. Hic fructus inter rostra sua omnino clausus, nec stigmata ibi emittens, sed intra apicem uniuscujusque folioli calycini convoluti. Semina potius in alveolos binos receptaculi communis posita quam intra calycem bivalvem, granis tritici majora, atra.

ORD. 6. POLYANDRIA.

376. CERATOPHYLLUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1439. *Juss. gen. p.* 23. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 212. *t.* 44.

Mas obsoletus apud nos vix visus (sed in australioribus aquis calyx dentibus pluribus foliorum factus; antheris sessilibus). Fem. Calyx hexaphyllus. Germen unicum; stylo aciculari. Semen nuculare adpressum; marginibus duobus plus minus evidentibus, versus basin dente utrinque elongato vel plus minus obsoleto præditis; nucleo varie inciso. — *Herba aquatica semper tota submersa articulata; foliis dichotome compositis; ramentis dentato-asperis. Ord. nat. incerta, fructu Najadi, foliatione Charis vel Equisetis tenuioribus similior.*

1098. CERATOPHYLLUM *demersum:* foliis dichotomo-bigeminis, fructibus apice cuspidatis basi bispinosis. *Linn. svec. n.* 866 *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 405. *am. ac.* 8. *p.* 44. *Engl. Bot.* 14. *t.* 947. *Fries halland. p.* 143. *Wahlb. gothob. p.* 85.

β. profundius submersum, tenuius, magis elongatum; fructu angustiore magis tereti deorsumque inermi. C. submersum *Retz. scand.* 2. *p.* 225.

Hab. in aquis lente fluentibus per canales urbium majorum pagorumque nec non prope freta la-

cuum adjacentium Sveciæ temperatioris a Scania ad Bahusiam passim, in Jönköping, Vestrogothiæ ad Lundby, Ostrogothiæ ad Sturefors, Sudermanniæ ad Åkerö, Stockholmiæ in Råsta-sjön fructificans (*Im. Billberg*), Medelpadiæ ad Sillånger.

Radix stolonibus suis perennare videtur. Caules fluctuantes filo parum crassiores, sursum versus aquae superficiem crebrius verticillatim foliosi et inde quasi caudati. Foliorum divisiones vix seta crassiores rigidulae, ad conjunctiones articulorum dentibus exasperatae. Fructificatio mascula polline pulveraceo destituta apud nos desiderata, et feminea quoque rarissima. Fructus foliis cauli adpressus, dentem marginalem acicularem inter lacinias foliorum utrinque exserens, qui in formis laxioribus evanescit. Magnitudo fructus seminis cannabini: spinis ipso non brevioribus, saltem in statu juniore et madido non pungentibus, sed flexilibus.

577. MYRIOPHYLLUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1440. *Juss. gen. p.* 23. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 331. *t.* 68.

Flores verticillorum superiorum magis masculi polyandrique, inferiorum interdum tetrandri, denique toti feminei. Calyx marium tetraphyllus; foliolis inæqualibus, rarius accedentibus nonnullis corollinis; femineorum obsoletior numquam corollinus. Pistilla quatuor basi juncta; stylis nullis; stigmatibus pubescentibus. Semina nucularia quatuor supera. — *Herbæ aquaticæ radicibus perennibus, foliis verticillatis pectinatim in lacinias capillares edentulas sectis. Ord. nat.* 14. *Inundatæ.*

1099. MYRIOPHYLLUM *verticillatum:* floribus omnibus axillaribus; bracteis foliaceis pectinato-pinnatifidis. *Linn. svec. n.* 868. *mant. p.* 495. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 407. *am. ac.* 8. *p.* 104. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1046. *Fries halland. p.* 144. *Wahlb. gothob. p.* 85. *Carls. strengn. p.* 53. *Wahlenb. ups. n.* 619.

Hab. in pratis paludosis limosis campestribus Sveciæ temperatioris, rarius per provincias interiores ut Vestrogothiæ paroecia Vånga in lacu Rödsjö, Ostrogothiæ in flumine Skenan prope Lindevad,

sed copiosius per regiones maritimas a Scania ad Bahusiam et Roslagiam.

Planta maximâ parte erecta stricta, crassior firmiorque sequente, tota praeter antheras laete viridis. Flores plerique inter folia, quamquam apex caulis interdum in formam subspicatam attenuatus. Fructus duplo majores magnitudine fere pisi minoris.

1100. MYRIOPHYLLUM *spicatum:* floribus masculis verticillato-spicatis ebracteatis, foliis omnibus pectinato-capillaceis. *Linn. svec. n.* 867. *spec pl. ed. Willden.* 4. *p.* 406. *it vestrog. p.* 46. *Flor. Dan. t.* 681. *Wahlenb. lapp. n.* 464.

Hab. in aquis omnibus, sed grossius in mari proximisque stagnis a Scania ad Uplandiam, tenuius in aquis purioribus frigidioribusque usque ad lacum Enarensem Lapponiæ frequenter.

Planta laxa, vix folia ulla supra aquam attollens, coloris sordidioris vel in tenuioribus formis magis rufescentis. Spica sola aphylla supra aquam eminens, quasi pedunculo elevata. Flores feminei semper stigmatibus rubris insignes. Fructus minores et minus carnoso cortice praediti.

378. SAGITTARIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1441. *Juss. gen. p.* 52. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 21. *t.* 84.

Flores sexu distincti in diversis verticillis. Calyx utriusque triphyllus, persistens; petalis tribus, calyce triplo majoribus, deciduis. Receptaculum globosum punctatum. Pistilla numerosissima radiata, extrorsum gibbosiora; stylis stigmatibusque brevibus excurvis. Semina utriculata introrsum extrorsumque margine alata. — *Herbæ aquaticæ quasi Alismam in Ord. nat.* 8. *Tripetaloidearum fructificatione numerosiore præditam referentes.*

1101. SAGITTARIA *sagittifolia:* scapo simplici, foliis lanceolatis acuminatis sagittatis: lobis rectis. *Linn. svec. n.* 869. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 408. *Sv. Bot. t.* 164. *Flor. Dan. t.* 172. *Wahlb. gothob. p.* 85. *Samzel. neric. p* 67. *Wahlenb. ups. n.* 621. *Regensb. bot. Zeit.* 1821. *p.* 615.

β tenuior: floribus et præcipue fructibus minoribus, foliis linearibus: lobis posterioribus vel obtusis vel nullis.

Hab. in aquis magis limosis inprimis regionum campestrium a Scania ad Bahusiam, Nericiam et Uplandiam frequenter; dein vix nisi in fluviis maximis ut Klarelfven Vermlandiæ et variis fluminibus Norrlandiæ, ubi in β abit; denique in maritimis Vestrobottniæ ex. gr. ad Skellefteå, et Finmarkiæ maxime orientalis (quasi e Russia adjacenti) rarius.

Radix perennis, autumno tubera exserens. Folia omnia radicalia; extima saepe indivisa lanceolata; cetera sagittata, laciniis posterioribus longitudine reliqui folii; Svecis *Pilört* vel *Skåktegrås*. Scapus angulatus, valde spongiosus; verticillis trifloris; inferioribus femineis pedunculatis; superioribus masculis fere sessilibus. Flores aestivales; petalis albis, ad basin, ut fundus calycis et pistilla, atropurpureis. Fructus totus magnitudine nucis avellanae.

379. ALNUS.

Linn. gen. ed. 2. *p.* 855. *Decand. fl. fr. n.* 276. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 54. *t.* 90.

Amenta sexu distincta in eodem ramulo hyeme exserta. Mascula subimbricata: squamæ peltatæ squamulis ternis majoribus et totidem minoribus conflatæ, subtus divisæ in flosculos ternos quadripartitos tetrandros. — Feminea strobilacea: squamis persistentibus e basi angustata dilatatis in limbum quadrilobum; accedente lobo quinto infimo stigmatizante. Flosculi sub squama quaque bini: utroque stylis binis, semine aptero nucleum geminum continente. — *Arbores amentis etiam femineis pedunculo communi conjunctis, foliis initio conduplicatis.*

1102. ALNUS *glutinosa:* foliis subrotundo-cuneatis retusis repandis glutinosis: axillis venarum subtus barbatis, amentis cymoso-racemosis. *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 334. *n.* 1. *α. am. ac.* 5. *p.* 196. *Sv. Bot. t.* 128. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 27. 30. 33. 34. *Hartman ib.* 1818. *p.* 123. 125. *Hisinger herjed. p.* 7. 49.

Betula Alnus α glutinosa *Linn. svec. n.* 861.

β. laciniata: foliis oblongis pinnatifidis: laciniis acutis. *Willden. l. c. Linn. it. vestrog. p.* 181.
Betula laciniata *Thunb. diss. de Bet. p.* 10. *t.* 1. *f.* 1.

Hab. ad aquas Sveciæ minus frigidæ vulgaris a Scania ad Vermlandiam, Dalekarliam inferiorem et Helsingiam extimam ubique, sed dein tantum ad litora maris per Medelpadiam, nec ultra nisi ad exitum fluminis Angermanniæ; β rarius ad Löfnäs lacus Yngen Vermlandiæ ferrimontanæ.

Arbor mediae magnitudinis, torulosa, undique glabra inprimis foliis saturate viridibus glutinosis, Svecis *Grôn-Al* vel *Klibb-Al*, aut prae sequente simpliciter *Al*. Inflorescentia longius et magis divergenter ramosa, unde subcymosa, eximie rubens ob materiem adstringentem in arbore tota abundantem.

1103. ALNUS *incana:* foliis oblongis acutis duplicato-serratis subtus canescentibus ad axillas venarum nudis, amentis spicatis. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 336. *n.* 3. *α. Sv. Bot. t.* 595. *Wahlenb. lapp. n.* 461. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. — 1811. *p.* 25. 29. *Hartman ib.* 1818. *p.* 124. (*Fries halland. p.* 156). *Forsander veg. scan. p.* 10. *Hisinger verml. p.* 12.
Betula Alnus β incana *Linn. svec. n.* 861. *it. vestrog. p.* 13. (*gotl. p.* 18. *scan. p.* 17). *amoen. ac.* 5. *p.* 196. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 32.

β. pinnatifida: foliis pinnatifidis.
Betula pinnata *Lundmark Vet. Ac. Handl.* 1790. *p.* 130. *t.* 5. *Sv. Bot. l. c. f.* 2.

Hab. ad aquas, in locis declivibus Sveciæ frigidioris scil. Lapponiæ totius, Vestrobottniæ et Norrlandiæ omnis ubique copiosissime, dein sicciora loca magis adscendit in Svecia et præcipue Gothia altiore interioreque per Dalekarliam, Vestmanniam ferrimontanam trans Kolsvabruk, Vermlandiam consimilem usque infra Kroppa, Nericiam tum in sylva Kägla tum in occidentali parte trans Tiveden, unde procedit per Ostro-

gothiam et Vestrogothiam præcipue prope lacum Vettern et ab altera parte ejusdem lacus per sylvam Hålveden inter Ostrogothiam et Smolandiam trans Jönköping copiose; alias Roslagiæ ad Börstel. β Vermlandiæ supremæ ad Lesjöfors.

Arbor minus torulosa plerumque etiam gracilior, per omnes partes praecipue folia canescens, unde Svecis *Hvit-al* vel *Grå-al*, Gothis *Ard* vel *Ård*, indistinctius Smolandis *Arre*, Norrlandis *Alder* vel *Aller*, Vestrobottnis *Aulra*; ceterum siccior vel non glutinosa et hinc plerumque eo utilior. Inflorescentia ut reliquae partes magis elongata et hinc pedicelli lateralium amentorum fere nulli. Folia angustiora circiter sesquiunciam lata; interdum pubescentia sua canescente etiam subtus orbata et ejus loco quodammodo glaucescentia immo rarissime viridia, sed semper sine barba in axillis venarum. Interea praecedenti magis accedit quam quis facile crederet. — β omnibus partibus minor et fere morbosa.

580. BETULA.

Linn. gen. ed. 2 *n.* 856. *Decand. fl. fr. n.* 275. *Gærtn. fr.* 2, *p.* 53. *t.* 90.

Amenta sexu distincta e diversis gemmis solitaria. Mascula imbricata; squamæ intra se foventes squamulas binas accessorias et ternas corollinas staminibus circiter duodecim parum in phalanges separatis. Feminea quoque imbricata; squamis sursum dilatatis trilobis, trifloris, deciduis; seminibus alatis nucleo solitario. — *Arbores amentis femineis hyeme semper inclusis, masculis tunc nudis quamquam in specie altera vix exsertis, foliis initio imbricatis plicatulis.*

1104. BETULA *alba*: amentis masculis terminalibus pendulis, foliis deltoideis acutis inæqualiter serratis glabriusculis: petiolis pedunculo longioribus, amentorum squamis lobis lateralibus rotundatis longitudine seminum; intermedio iisdem longiore. *Linn. svec. n.* 859. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 462. *Sv. Bot. t.* 80. *Fl. Dan. t.* 1467. *Wahlenb. lapp. n.* 466.

β. pubescens: foliis magis subcordatis. *Wahlenb. ups. n.* 615.

γ. laciniata: foliis trifido-laciniatis: petiolis pedunculo triplo longioribus.
B. hybrida *Blom Vet. Ac. H.* 1786. *p.* 186. *t.* 6.
δ. intermedia: foliis subrotundis, amentis utriusque in apicibus diversorum ramulorum: squamarum lobis subæqualibus. *Hisinger norrig. p.* 67. 75. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 132. 148.

Hab. solo rupestri et lapidoso per totam Sveciam usque ad alpes lapponicas frequentissime. — β in paludosis provinciarum temperatiorum et sylvis adjacentibus passim. — γ in sylvis Sveciæ altioris raro, ut Dalecarliæ ad Lilla-Ornäs et Smolandiæ maxime septentrionalis paroecia Linderås prope Söreholm versus Brahälla (*Marklin*). — δ in alpinis ad limitem betulinum inprimis regionum australiorum frequenter.

Arbor junior gracilis, cortice niveo trunci valde insignis (Svecis *Björk*). Amenta mascula hyeme nuda cylindracea; feminea vero e gemmis exeunt foliis suis duobus tribusve semper multo breviora, gracilia; squamarum lobis duobus quasi ob semina late membranacea ad latera recurvis: tertio recto seminibus multo longiore. — Variat tamen eximie. β pubescentia et crassitie foliorum. γ ramis nimium pendulis filiformibus et inde foliis quasi pondere in lacinias extensis. δ maxime mira ad sequentem accedens brevitate trunci semiorgyali, foliis saepe semiuncialibus, pedunculis autem erectis longioribus, amentis subovalibus, seminibus anguste alatis.

1105. BETULA *nana:* amentis masculis lateralibus inferioribus erectis, foliis orbiculatis crenatis subtus reticulatis: petiolis pedunculo brevioribus, amentorum squamis lobis æqualibus acutis semen subæquantibus. *Linn. svec. n.* 860. *lapp. n.* 266. *t.* 6. *f.* 4. *amoen. ac.* 1. *p.* 336. 343. *t.* 1. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 465. *Sv. Bot. t.* 379. (ament. femin. tantum). *Flor. Dan. t.* 91. *Hagström jemtl. p.* 63. 64. (Wivang). *Wahlenb. lapp. n.* 467. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 219. — 1811. *p.* 27. *Hartm. ib.* 1818. *p.* 125. *Wahlb. gothob. p.* 84. *Fries halland. p.* 145. 156. *Forsand. veg. scan. p.* 10. *Linder viksb. p.* 5.

Hab. in paludibus frigidis alpium Lapponicarum et reliquæ Lapponiæ, totiusque Norrlandiæ descendens usque ad Hamrånger vulgatissime; dein per Dalekarliam adjacentemque regionem ferrimontanam Vestmanniæ prope Skinskatteberg, per Vermlandiam etiam ferrimontanam, Daliam altiorem, Vestrogothiam ex. gr. inter Stora Wånga et Algutstorp, ad Götheborg, nec non denique per Smolandiam occidentalem versus Hallandiæ limitem usque ad terminum superiorem Carpini frequenter, sed in eadem provincia orientem versus rarius usque ad Skatelöf et Lenhofda; nec dein nisi Sudermanniæ ad Acidulas Wiksberg raro.

Frutex unius alteriusve pedis altitudine, Dalecarlis *Fjellrapa* (Norv. et Isl. *Rape*), Svecis Lapponiae *Rypris*, Jemtlandiae *Kårringris*, *Kållingris*, Vestrobottniae meridionalis *Klingris* (an ob folia quodammodo sonora), Vermlandiae *Vivang* (quo nomine Norvegi Sol. Dulcamaram indicant, alias *Vievendel*), Smolandiae *Långfredagsbjörk*. Folia plerumque digito minimo angustiora vel 5 lineas lata, paullum nitentia. Amenta feminea semper erecta, foliis aliquantum eminentia; seminifera fere ovata. Semina quoque ovata crassiori et angustiori alà inferne praedita simulque nitentia fere ut in Carice capitata, squamis suis non occultata. Amenta mascula in nudis ramulis infra feminas exeunt e gemmis propriis, quas totas replent fere ut in Carpino v. Myrica, semper erecta manent. Hic diversus exitus et situs Masculorum, flosculo tantum tetrando simplici praeditorum diversitatem genericam tamen efficere non valet, cum semen et tota fructificatio feminea omnino Betulae.

581. QUERCUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1447. *Juss. gen. p.* 450. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 182. *t.* 37.

Amenta sexu distincta, utraque filiformia: flosculis regularibus distinctis. Masculi calyces divisi in tot lacinias quot stamina. Feminei calyces obtusi squamis imbricatis minutis, quarum supremæ coalescentes in marginem sexfidum demum sub stylo trifido in apice nucis relictum. Nux inter apicem hunc coronatum

et basin cupuliformem integram abruptam calycis denudata unilocularis monosperma. — *Arbor amentis omnibus tenuibus vere exserendis, foliis subcoriaceis diutius persistentibus initio conduplicatis.*

1106. QUERCUS *Robur:* foliis annuis oblongis superne latioribus subsessilibus sinuatis; lobis obtusis, fructibus oblongis pedunculatis. *Linn. svec. n.* 870. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1414. *it. vestrog. p.* 14. *am. ac.* 5. *p.* 194. *Sv. Bot. t.* 73. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1180. *Kalm bohusl. p.* 82. *Samzel. neric. p.* 67. *Wahlenb. ups. n.* 616. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 217. *Hartman ib.* 1818. *p.* 123.

β. sessiliflora: fructibus sessilibus ellipticis, foliis petiolatis longioribus crebrius (sex-) sinuatis. *Linn. svec. l. c. it. vestrog. p.* 214. *Retz. oec. p.* 570. *Fries halland. p.* 144. *Wahlb. gothob. p.* 84.

Hab. solo præcipue petroso Sveciæ temperatioris frequenter usque ad Bahusiam summam, Vermlandiam infimam ejusque paroeciam Gillberga et in Kummelön paroeciæ Ölmbärad, Nericiam planiorem circa Viby etc. Vestmanniam ejusque officinam Kolsva, Uplandiam et Gestriciam maritimam ad Avaån; *β* inprimis per provincias occidentales maritimas usque ad Hunneberg, rarissime in orientalibus Stockholmiæ.

Arbor maxima, longaeva, torulosa durissima, Svecis *Ek.* Folia exeunt serius quam in praecedentibus complicata; stipulis petiolo longioribus exaridis caducis. Amenta mascula e gemmis propriis inferioribus non foliiferis vel ex axillis infimis ramuli annotini, cujus in apice amenta feminea plerumque tantum triflora. Nux demum fere unciam longa Svecis *Ek-ållon.*

382. FAGUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1448. *Juss. gen. p.* 419. *Gærtn. fr.* 1. *p* 182. *t.* 37.

Amenta utraque subglobosa. Masculi calyces subsexfidi. Feminei flosculi laterales omnes abortientes; terminales duo maturescentes: Calyce communi a substantia totius amenti facto, demum quadrifariam dehiscente; proprio in summitate germinis minuto; stylis tribus

filiformibus. Nuces binæ triquetræ calyce communi grandefacto inclusæ, cotyledonibus plicatis repletæ. — *Arbor amentis pedunculatis inter folia initio imbricata plicatula.*

1107. FAGUS *sylvatica:* foliis ovalibus (glabris) nitidis superne obsoletius dentatis margine ciliatis. *Linn. svec. n.* 871. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 459. *it. scan. p.* 23.--407 (*gotl. p.* 26. 325). *vestrog. p.* 67. 108. 215. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 208. *Sv. Bot. t.* 361. *Flor. Dan. t.* 1283. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 206. *Fries halland. p.* 3. 5. *Wahlb. gothob. p.* 84. *Kalm bohusl. p.* 221. 238. *Leche scan. p.* 28. *n.* 55. *Bjerkander Vet. Ac. H.* 1776. *p.* 81. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 32. *Tiselii vettern. p.* 25.

Hab. solo præcipue rupestri provinciarum maxime meridionalium, scil. Scaniæ, Blekingiæ, Smolandiæ infra Mönsterås et lacum Helgasjö, Hallandiæ infra flumen Ätra frequenter; sed dein non nisi rarius Smolandiæ ad Ekesjö prope Qvensås, juxta Götheborg, Ulricæhamn, Hunneberg alibique Vestrogothiæ et in latere meridionali montis Omberg Ostrogothiæ copiose (nisi ibi forsan initio sata ut magis septentrionem versus).

Arbor nobis *Bok* dicta, inter frondosas maxime insignis trunco recto, altissimo, aequabili (sine rimis), albescente. Folia uncia latiora, magis coriacea quam in ceteris quare etiam sero admodum putrescunt et in terra vegetationem suffocant. Amenta plura ex eadem gemma inter folia erumpunt, exteriora et longiora mascula, interiora feminea, utraque piso vix majora, lutescentia. Fructus totus magnitudine nucis avellanae, sed nuces singulae plus quam duplo minores, laevissimae, australioribus Svecis *Skafvel.*

383. CARPINUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1449. *Juss. gen. p.* 449. *Gærtn. fr.* 2 *p.* 52. *t.* 89.

Amenta utraque elongata squarrosa; squamis cordatis flore longioribus. Feminei squamæ biflorae; calyce proprio dimidiato. Stigmata duo setacea. Nux apice denticulata, costata, ossea, nuda in fundo calycis aperti

grandefacti. — *Arbuscula amentis masculis sessilibus e propria gemma sine foliis fulcrantibus, foliis initio imbricatis plicatulis.*

1108. CARPINUS *Betulus:* strobilorum calycibus tripartitis; laciniis subintegerrimis lanceolatis: intermedia elongata. *Linn. svec. n.* 872. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 467. *it. scan. p.* 46. - - 346. (*gotl. p.* 316). *am. ac.* 5. *p.* 195. *Flor. Dan. t.* 1345. *Sv. Bot. t.* 433. fem. *Leche scan. p.* 18. *n.* 76. *Fries halland. p.* 145. 4. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 27. *Åhstrand oel. p.* 104. *Aspegren bleking. p.* 69.

Hab. in pratis sylvestribus Scaniæ, Blekingiæ, Smolandiæ maxime meridionalis usque ad Stenbrohult et Vexiö Hallandiæque conterminæ infra flumen Laga, nec non Oelandiæ mediæ ad Weby paroeciæ Högsrum (quamquam minima).

Arbor minoris altitudinis torulosa nostris *Afvenbok* rusticis contracte *Ann-bok* (Danis *Avn-bôg, Haven-bôg*, quod significat Fagum sepimentis vivis idoneam) vel ob lignum album durum operariis *Hvitbok.* Folia ovata grosse duplicato-serrata, biuncialis latitudinis. Amenta masc. ante folia, digiti minoris magnitudine; squamis apice rufescentibus. Nuces piso minores, sed calycis ejusdem lacinia media ultra unciam longa.

384. CORYLUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1450. *Juss. gen. p.* 450. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 52. *t.* 89.

Mascula amenta hyemalia cylindrica imbricata; squamis calycinis hirsutis includentibus squamulas corollinas binas staminaque circiter octo. Feminei flores e diversa gemma erumpentes aggregati; squamis bifloris undulatis; flore utroque stylos binos gerente, demum fructificante intra calycem vel conceptaculum proprium bilabiatum lacerum. Nux unilocularis monosperma; putamine compressiusculo subbivalvi. — *Arbuscula amentis masculis in pedunculo communi connexis (ut in Alno), foliis initio oblique conduplicatis plicatulisque.*

1109. CORYLUS *Avellana:* stipulis oblongis obtusis, calycibus fructus campanulatis superne patulis la-

cero-dentatis, foliis subrotundo-cordatis acuminatis. *Linn. svec. n.* 873. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 470. *α. Sv. Bot. t.* 139. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1468. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 27. 55. *Hülphers medelp. p.* 104. *Hisinger verml p.* 10.

Hab. solo præcipue petroso Sveciæ temperatioris et mediæ usque ad Stafnäs et Kroppa Vermlandiæ, Skinskatteberg Vestmanniæ ferrimontanæ et Gestriciæ limitem septentrionalem, ita tamen ut ante hunc terminum rarescat; aëre autem marino favente aliquando procedit usque ad exitum fluminis Angermanniæ, nec in Nordlandia meridionali Norvegiæ abest. (Wahlenb. lapp. p. 255).

Arbuscula circiter biorgyalis; ramulis hirtellis. Amenta mascula omnium maxime praecocia, ante mensem germinationis pollen spargentia supra stigmata rubra e diversis gemmis fasciculatim erumpentia. Folia stipulis binis inferne subrotundis fulcrata, duplicato-serrata. Inflorescentia feminea aggregata in globulum; squamis stylo vix unquam longioribus; germinibus lateralibus abortientibus, superstitibus circiter quatuor terminalibus adolescentibus in nuces calycibus magnis circumdatas (Svecis *Hasselnötter*).

ORD. 7. MONADELPHIA.

585. PINUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1456. *Juss. gen. p* 454. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 59. *t.* 91.

Coni sexu distincti in diversis ramulis. Masculi antheris numerosis bilocularibus, squamula sursum se invicem initio tegentibus. Feminei quoque imbricati; squamis exterioribus bracteantibus, interioribus fructificantibus supra basin foventibus semina bina alata. — *Arbores Ord. nat.* 48. *Coniferarum, foliis aciformibus.* 1) *Pinus p. s. d. squamis coni fructificantibus apice stigmatizante compresso dein connatis, foliis fasciculatis e vaginulis sparsis.* 2) *Abies squamis coni etiam apice planis semper liberis, foliis solitariis.*

1110. PINUS *sylvestris:* foliis geminis rigidis fructum æquantibus, strobilis oblongatis pedicellatis recur-

valis: squamarum mucrone centrali subdeflexo. *Linn. svec. n.* 874. *spec. pl. ed. Willd.* 4 *p.* 494. *Sv Bot. t.* 91. *Wahlenb. lapp. n.* 468. *ups. n.* 622. *Hisinger jemtl. p.* 73. *herjed. p.* 48. *dal. p* 22.

Hab. solo magis arenoso sicco per totam Sveciam usque ad regiones subalpinas Lapponiæ frequenter.

Arbor apud nos altissima *Fura* dicta vel paullo minor plerumque *Tall.* Conuli masculi partem inferiorem turionum undique tegentes; feminei in apice turionum aliorum primum erecti et semine Cannabis vix majores; squamis bracteantibus inter fructificantes rubras conspicuis. Postea non maturantur Coni et semina spargunt ante initium tertii anni.

1111 PINUS *Abies*: foliis solitariis subtetragonis acutiusculis lævibus, strobilis demum pendulis subcylindricis: squamis explanatis erosisque. *Linn. svec. n.* 875. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 506. *Sv. Bot. t.* 217. *Fl. Dan. t.* 193. *Forsand. veg. scan. p.* 14. *Wahlenb. lapp. n.* 469.

Abies excelsa *Decand. fl. fr. n.* 2062.

β. viminalis: ramis teretibus simpliciusculis pendentibus. *Alström Vet. Ac. Handl.* 1777. *p.* 310-317. *t.* 8 9. *Hartman ib.* 1818. *p.* 126. (P. hybrida). *Linn. svec. p.* 344. *it. gotl. p.* 324. *Carls. strengn. p.* 53. *Fischerström mål. p.* 247.

Hab. solo aliquantum humidiore totius Sveciæ a Scania superiore interioreque usque ad regiones subsylvaticas Lapponiæ frequenter, *β* rarius a Sudermannia et Smolandia prope Matkulla usque ad Östmark Vermlandiæ supremæ, Elfdalen Dalecarliæ et Undersvik Helsingiæ.

Arbor in cacumen excelsum se attollens nobis semper *Gran.* Conuli omnes e propriis gemmis singuli colore purpureo fulgentes; feminei florentes erecti; squamis fructificantibus tunc recurvatis bracteantes occultantibus. Coni seminiferi eodem anno maturantur maximi saepe spithamam longi.

ORD. 8. SYNGENESIA.

386. BRYONIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1480 *Juss. gen. p.* 433. *Gærtn. fr.* 2 *p.* 46. *t.* 88.

Utriusque sexus Calyx campanulatus quinquedentatus;

Corolla campanulato-rotata, quinquepartita. Filamenta tria, sed antheræ quinque: duabus in quoque filamento. Stylus trifidus. Bacca infera: seminibus circiter senis. — *Herba volubilis cirrhis caulinis scandens, foliis lobatis alternis. Ord. nat.* 39. *Cucurbitaceœ.*

1112. BRYONIA *alba:* foliis cordatis quinquelobis dentatis calloso-punctatis scabris, inflorescentia sexu distincta racemosa longitudine foliorum. *Linn. svec. n.* 876. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 621. *it. scan. p* 112. *oel. p.* 60. *Sv. Bot. t.* 105. *Flor. Dan. t.* 815. *Leche scan. p.* 19. *n.* 77. *Fries halland. p.* 143. *Carls. strengn. p.* 54. *Wahlenb. ups. n.* 624.

Hab. ad sepes et ruderata prope urbes pagosque majores Sveciæ magis temperatæ exterioris præcipue orientalis, ut Scaniæ passim, Hallandiæ, Gotlandiæ ad Wisby, Oelandiæ, Ostrogothiæ, ad Mälaren Uplandiæ etc. rarius ex. gr. prope Skokloster.

Radix magna saepe brachii crassitie alba, Svecis *Hundrofva* vel Empiricis *Qvesrot.* Herba ultra orgyam scandit cirrhis oppositifoliis Svecis nonnullis *Hålgerefva.* Folia interdum palmam magna. Flores lutescentes obscurius reticulati; feminei in diversis racemis dimidio minores baccis angustiores. Baccae demum nigrescunt piso non majores. — Flores apud nos saepe in caule toto tantum masculi, tamen bene distingvenda a *B. dioica* vera, cujus inflorescentia saltem feminea subumbellata petiolis brevior, flores fere albi, folia brevius et latius lobata, baccae minores rubrae.

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. DIANDRIA.

Feminæ spatha tubulosa uniflora: limbo bifido - .. 387. VALLISNERIA
Amenta utraque. Filamenta 1-5 stricta. Capsula seminib. crinitis 388. SALIX

2. ORD. TRIANDRIA.

Calyx triphyll. persistens. Corolla tripet. marcesc. Bacca 389. EMPETRUM

3. ORD. TETRANDRIA.

Calyx margine integro. Corolla tetrapetala. Bacca monosperma 390. VISCUM
bipartitus. Corolla nulla. Bacca monosperma supera 391 HIPPOPHAË

4. ORD. PENTANDRIA.

Feminæ strobilus conceptaculis unifol. sem. solitar. foventib. 392. HUMULUS

5. ORD. OCTANDRIA.

Amenta utraque. Drupa monosperma - - - - - - 393. MYRICA
Capsula bivalvis polysp.: seminibus crinitis 394. POPULUS
Calyx quadripartitus. Petala quatuor. Caps. 4 intus dehisc. 395. RHODIOLA

6. ORD. ENNEANDRIA.

Corolla nulla. Capsula dicocca disperma - - - - 396. MERCURIALIS
tripetala. Capsula coriacea rotundata polysp. 397. HYDROCHARIS

7. ORD. DODECANDRIA.

Corolla tripetala. Bacca hexagona sexlocularis - - 398. STRATIOTES

8. ORD. MONADELPHIA.

Conuli masculi. Bacca trisperma - - - - - - - - - 399. JUNIPERUS
Nux circa basin calyce baccato cupulari - - 400. TAXUS

ORD. 1. DIANDRIA.

587. VALLISNERIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1491. *Juss. gen. p.* 75.

(Mas apud nos non observatus: spatha 2-4-partita; spadix in scapo brevi terminalis conicus; flosculis sessilibus tripartitis). Fem. Spatha in scapo (spirali longo) unica, longe tubulosa, uniflora; limbo bifido. Calyx intra spatham etiam longe tubulosus; limbo tripartito: laciniis ovatis. Petala tria linearia laciniis calycinis interjecta. Germen inferum (inter spatham et calycem); stylus nullus; stigmata tria semibifida, cum cuspidibus interjectis. Capsula cylindrica apice tridentata, unilocularis, polysperma, ad parietes seminifera. — *Herba submersa, foliis radicalibus gramineis. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ Stratioti proxime affinis.*

1113. VALLISNERIA *spiralis:* foliis basi attenuatis; pedunculo (masculo recto) femineo spirali multoties longiore. *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 650.

Mich. gen. t. 10. *f.* 1. 2. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 232. *oec. p.* 760. *Afzelius Vet. Ac. Handl.* 1787. *p.* 253. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p* 727.

Hab. in aquis Vestrogothiæ infra Alingsås ad Nordhaga et in lacu Säfvelången, ubi floribus femineis lecta est, sed in Lillsjö supra Hunneberg tantum sterilis.

Radix perennis, fibrosa, sed stolonibus longis radicantibus. Folia omnia radicalia, linearia, superne aliquantum latiora, latitudine circiter trium linearum, versus apicem rotundatum eximie denticulato-spinulosa (fere ut in Stratiote aloide), trinervia, sed inter nervos non nisi tenuiter cellularia (nec tam grosse reticulata ac in petiolis etc. Sagittariae). Scapus femineus saepe bipedalis, filo tenuior. Spatha feminea fere semiunciam longa viridis.

388. SALIX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1493. *Juss. gen. p.* 448. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 55. *t.* 90.

Amenta utraque subcylindrica, imbricata; squamis rachi adnatis lanceolatis, planis, unifloris: nectario glandulari parvo: genitalibus strictis exsertis. Stamina erecta, plerumque duo, rarius usque ad quinque (in magis æstivali n. 1114.), rarissime per connectionem tantum unicum (in n. 1125). Germen conoideum; stylo plerumque inconspicuo; stigmatibus duobus simplicibus divisisve. Capsula bivalvis unilocularis; seminibus numerosis erectis apice crinitis. — *Arbores aut plerumque frutices, foliis sublanceolatis initio simpliciter imbricatis, rarius margine revolutis n.* 1226-1228. *Difficilius dispescuntur secundum* 1) *germina sessilia* a) *glabra n.* 1114-1118. b) *pubescentia n.* 1119-1128. 2) *pedicellata* a) *glabra n.* 1129-1133. b) *pubescentia n.* 1134-1141.

1114. SALIX *pentandra:* germinibus sessilibus glaberrimis rostatis; squamis deciduis, amento foliis stipato pentandro, foliis oblongo-lanceolatis glanduloso-serratis glaberrimis. *Linn. svec. n.* 879. *lapp. n.* 370. *t.* 8. *f. Z. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 658. *it. scan. p.* 4. 293. *gotl. p.* 13. *vestrog. p.* 3. 131. 262. *Sv. Bot. t.* 325. *Fl. Dan.* 6. *t.* 943. *Wah-*

lenb. lapp. n. 470. *Fries halland. p.* 146. *Retz. oec. p.* 639

Hab. in paludosis et aquosis sylvaticis, maxime arborea in septentrionalibus montosis regionibus usque a Enareträsk Lapponiæ, minor fruticosa in meridionalioribus campestribus usque ad Scaniam frequenter.

Arbor vel arbuscula initio ceteris magis flavescens et glutinosa, dein nitida, Svecis *Hjolster, Hjelster, Hilster, Ilster* (rarius *Juster, Halster* etc.). Nec tam praecoce floret, sed amenta prodeunt cum foliis, quorum circiter tria ceteris demum vix minora in ipso pedunculo. Squamae hirsutae.

1115. SALIX *fragilis:* germinibus subsessilibus glaberrimis rostellatis; squamis deciduis longitudine germinum, foliis lanceolatis acuminatis serratis subtus glaucescentibus primumque subsericeis. *Linn. svec. n.* 885. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1443. *it. scan. p.* 200. *gotl. p.* 12. *Sv. Bot.* 573. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 217.

S. pendula *Sering. sal. helv. p.* 79.

S. decipiens *Hoffm. sal.* 2. *p.* 9. *t.* 31.

β. foliis magis glaucis, ramis flexilibus, germinibus minus acutis. S. Russeliana *Smith brit. p.* 1045. *Willden. spec.* 4. *p.* 656. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 305.

Hab. locis aquosis magis campestribus a Scania ad Vermlandiam inferiorem, Dalekarliam prope Fahlun, et Gestriciam passim.

Arbor mediae magnitudinis; ramis praecipue dum detonsa fuerit ad genicula annotina fragilibus, crassiusculis, eximie viridibus, unde Svecis *Grön-pil.* Amenta pedunculata digiti longitudine et pendula. Folia quoque magna, saepe ultra unciam lata.

1116. SALIX *alba:* germinibus subsessilibus glaberrimis obtusis: stigmatibus sessilibus, squamis deciduis longitudine germinum, foliis lanceolatis acuminatis serrulatis utrinque albo-sericeis. *Linn. svec. n.* 905. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 710. *it. scan. p.* 106.

200*. 207. 300. 307. *Hoffm. sal.* 1. *p.* 41. *t.* 7. 8. *et* 24. *f.* 3. *Sering. sal. helv. p.* 82.

β. virescens. *Sv. Bot. t.* 523.

γ. viridis: tota glabra viridis.
S. viridis *Fries nov. p.* 120.

Hab. ad pagos ubesque in provinciis extimis formationum juniorum, ut Scaniæ passim, Oelandiæ ad Södvik, Gotlandiæ ad Klinta etc.; sed *β* altius reperitur per Hallandiam aliasque provincias maritimas usque ad Stockholmiam (ubi tamen certe adventitia); *γ* in Scania.

Arbor magna; ramis erectioribus magis coloratis, nec fragilibus ut in praecedente, cui proxime affinis. Amenta minora foliis fulcrantibus saepe breviora. Folia angustiora vix octo lineas lata, minus conspicue serrata. Capsulae sesquilinea vix longiores, saturatius virides. Pubescentia sericea nitens foliorum tam insignis, ut inde nomen speciei quod Svecice *Hvitpil*, tamen interdum evanescit adeo ut *γ* viridis omnino oriatur.

1117. SALIX *lanata:* germinibus sessilibus compressis glaberrimis rostratis, amentis sessilibus aureo-hirsutissimis, foliis ovalibus subintegris lanatis. *Linn. svec. n.* 892. *lapp. n.* 368. *t.* 7. *f.* 7. *et t.* 8 *f.* X. *Wahlenb. lapp. n.* 471. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. — 1818. *p.* 140.

β. glabrescens: foliis subnudis.
S. chrysanthos *Vahl Flor. Dan.* 6. *t.* 1057.

γ. glandulosa: foliis subnudis glanduloso-dentatis sublanceolatis. *Wahlenb. lapp. t.* 16. *f.* 1.

* depolita: pilis aureis fere destituta, foliis integerrimis.
S. depressa *Linn. svec. n.* 899. *lapp. n.* 361. *t.* 8. *f. n.*

Hab. (maxime chrysocoma simulque glanduloso serrata, sed sæpius angustifolia) in irrigatis alpium maritimarum Finmarkiæ Nordlandiæque frequenter; dein (magis latifolia et lanata) per totum alpium Lapponicarum jugum ad terminum Betulæ copiose; denique vero * depolita infra alpes Jemtlandiæ similiumque regionum rarius (ubi S. hastatæ interdum non dissimilis).

Frutex torulosus magnitudine varians plerumque quinque pedalis, sed infra alpes interdum plus quam orgyalis, in ipsis alpibus nonnullas pedes tantum altus; ramulis plus minus hirtis, fuscis. Florens et frondescens in alpinis locis totus aureo-splendens fulgidissima omnium Salicum; in inferalpinis pili aurei minus copiosi. Amenta fere semper sessilia et bracteis orbata terminalia, digitum crassa longaque. Capsulae inter villos aureos primum occultatae, demum maximae omnium circiter quinque lineas longae. Folia varia plerumque ultra uniam lata.

1118. SALIX *herbacea:* germinibus sessilibus glabris rostratis, amentis paucifloris, foliis orbiculatis utrinque retusis serratis glabris. *Linn. svec. n.* 887. *lapp. n.* 355. *t.* 7. *f.* 3. 4. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 682. *Wahlenb. lapp. n.* 472. *Sv. Bot. t.* 367. *Flor. Dan. t.* 117. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. — 1818. *p.* 132. 149. *Hisinger herjed. p.* 46. 52. 54.

Hab. locis duris apricis alpium altiorum a Lapponia summa usque ad Herjedalen ubique.

Fruticulus minimus, totus terrae semper adpressus, plerumque spithamam non longus, ramulis suis frondosis herbam referens. Folia circiter semiunciam lata, nitida, elevato-venosa. Pedunculi amentorum foliis duobus stipati. Amenta tota rubicunda circiter decemflora. Capsulae rubrae plus quam tres lineas longae.

1119. SALIX *polaris:* germinibus sessilibus tomentosis rostratis, amentis paucifloris, foliis obovatis obtusissimis subintegerrimis glabris, caule subfiliformi. *Wahlenb. lapp. n.* 473. *t.* 13. *f.* 1. *Sv. Bot. t.* 393. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342. *Hartman ib.* 1814. *p.* 107. — 1818. *p.* 135. 136.

S. herbacea var. *Liljebl. Vet. Ac. H.* 1793. *p.* 207.

Hab. locis magis irrigatis Sphagno repletis in alpibus elatis mari propioribus rarius, ut Finmarkiæ maxime orientalis in Rastekaisse, ad lacum Tornensem, ad Kirkivare alpium Lulensium, in Snasahögen Jemtlandiæ.

Praecedente tenuior, fere tota sub terra repens: ramis valde flexuosis et flexilibus, undique radicantibus et solis apicibus paucifoliis et paucifloris emergentibus. Folia vix quatuor lineis latiora. Pedunculi amentorum cum squamis fusci. Capsulae initio albo-tomentosae, demum cinereo-fuscae quatuor lineas longae.

1120 SALIX *reticulata*: germinibus sessilibus villosis: stigmate sessili, foliis elliptico-subrotundis integerrimis glabriusculis subtus glaucis reticulatis. *Linn. svec. n.* 888. *lapp. n.* 359. *t.* 7. *f.* 1. 2. *et t.* 8. *f. l. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 685. *Sv. Bot. t.* 529. *Flor. Dan. t.* 212. *Wahlenb. lapp. n.* 474. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. 105. — 1818. *p.* 135. *Hisinger herjed. p.* 46. 52.

Hab. in rupibus locisque aliis madidis per alpes omnes altiores s. nivales a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequenter.

Fruticulus praecedentibus duobus duplo triplove tantum major, etiam totus depressus et repens, pennam gallinaceam crassus, non parum violacei coloris. Folia plerumque semiunciam sed interdum unciam omnino lata, magis coriacea, supra fere glabra, subtus initio lanuginosa demum glabrata glauca; venis subviolaceis maxime elevatis. Amenta multiflora semiunciam longa. Capsulae minores duabus lineis parum longiores.

1121. SALIX *myrsinites*: germinibus subsessilibus villosulis subrostratis, foliis ovalibus acutis serratis venosis demum glabriusculis nitidis. *Linn. svec. n.* 885. *lapp. n.* 353. *t.* 7. *f.* 6. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 678. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1054. *Wahlenb. lapp. n.* 475. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Hisinger herjed. p.* 52.

S. arbutifolia *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 682. *Sering sal. helv. p.* 44.

Hab. locis subpaludosis per omnes alpes altiores a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequentissime.

Frutex plerumque pedalis vel paullo ultra, cum V a c c i n i o M y r t i l l o bene comparatus, quamvis obscurioris colo-

ris, praecipue ramis fusco-nigrescentibus. Folia semiuncia vix latiora, valde obliqua, rigidiuscula, per hyemem plerumque persistentia quamquam emarcida. Amenta valde fusca. Capsulae fere quatuor lineas longae.

1122. SALIX *arbuscula:* germinibus subsessilibus hirsutis acuminatis rostratis, foliis lanceolatis serratis glabris subtus glaucescentibus. *Linn. svec. n.* 886. *α. lapp. n.* 352. *t.* 8. *fig. e. Wahlenb. lapp. n.* 476. *t.* 16. *f.* 2. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 37. *Hartm. ib.* 1814. *p.* 100. *Hisinger herjed. p.* 50.

Hab. locis sicciusculis apricis per regiones subalpinas et subsylvaticas a Lapponia summa usque ad Herjedalen frequenter; etiam Vestrobottniæ passim et ad Oresjö Dalecarliæ rarius.

Frutex saepius nonnullorum pedum altitudinis, sed interdum orgyalis, ob ramos superne sensim divergentes eximie arbusculae-formis; ramulis glaberrimis. Folia dilutius vel lutescente viridia, semiuncia non latiora. Pedunculi amentorum breves, foliolis duplo minoribus praediti. Squamae germinibus saltem duplo breviores, pilis longioribus obsitae.

1123. SALIX *glauca:* germinibus sessilibus tomentosis obtusis; stigmatibus sessilibus, amento foliis stipato, foliis lanceolato-ellipticis obtusis integerrimis subtus glauco-canescentibus. *Linn. svec. n.* 890. *lapp. n.* 363. *t.* 7. *fig.* 5. *et t.* 8. *fig. p. Wahlenb. lapp. n.* 477. *t.* 16. *f.* 3. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 132. *Hisinger herjed. p.* 54. *dal. p.* 23. *Sering sal. helv. p.* 30.

β. lapponum: foliis cinereo-tomentosis acuminatis. S. lapponum *Linn. svec. n.* 893. *lapp. n.* 366. *t.* 8. *fig. t. Flor. Dan. t.* 1058.

γ. appendiculata: foliis subovalibus stipulatis. *Vahl Flor. Dan. t.* 1056.

Hab. locis subpaludosis tum in alpibus tum in sylvaticis Lapponiarum omnium et provinciarum consimilium usque ad Skellefteå Vestrobottniæ, Bjerträ Angermanniæ et Hede Dalekarliæ superioris frequenter; *β* in alpibus altioribus Lapponicis passim; *γ* in alpinis maritimis Finmarkiæ.

Frutex utplurimum orgyalis, sed valde varians. Rami post annum nigrescentes, nitidi. Folia saepe fere unciam lata, plana, supra cinereo-virentia, subtus non tantum ob pilos adpressos canescentia, sed ipsa pagina albentia. Pedunculi amentorum plus quam unciam longi, foliis ceterorum magnitudine praediti. Antherae et stigmata cito fuscescunt. Capsulae semper dense albo-tomentosae, quatuor lineas longae.

1124. SALIX *limosa:* germinibus sessilibus tomentosis acuminatis rostratis, amentis sessilibus ebracteatis argenteo-hirsutissimis, foliis lanceolatis acuminatis integerrimis rugosis subtus tomentosis. *Wahlenb. lapp. n.* 478. *t.* 16. *f.* 4. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 36 *et tab.* (S. arenaria). *Hartm. ib.* 1818. *p.* 124. 127. *Linn. lapp. n.* 362. *t.* 8. *figg. o. q.* (*Zetterstedt res.* 1. *p.* 11).

S. lapponum *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 28.

S. nivea *Sering sal. helv. p.* 51.

Hab. in paludibus limosis profundis totius Norrlandiæ frequentissime, unde adscendit usque in subalpina loca Lapponiæ etiam ultimæ juxta Russiam, nec non descendit per Dalekarliam ad Vermlandiam superiorem et per Gestriciam usque ad Upsaliam rarius ex. gr. prope Börjesjö; (Ostrogothiæ in Omberg an fructificans?)

Frutex plerumque orgyalis; ramis saepius nigrescentibus. Amenta valde praecocia omnino sessilia; pilis squamarum argenteo-nitentibus stylos et filamenta fere aequantibus. Capsulae cum stylis quinque lineas longae, minus albae. Folia semiuncia parum latiora, subtus constanter niveo-tomentosa.

1125. SALIX *purpurea:* germinibus sessilibus tomentosis obtusis; stigmate sessili, foliis lanceolato-linearibus serrulatis glabris subtus glaucis. *Linn. svec. n.* 884. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 672. *it. scan. p.* 252. 310. 352. 359. *Sv. Bot. t.* 589. *Retz. oec. p.* 641. *Fries halland. p.* 146.

S. monandra *Hoffm. sal. p.* 18. *t.* 1. *f.* 1. 2. 3. *et t.* 5. *f.* 1. *ac t.* 23. *f.* 1. *Sering sal. helv. p.* 5. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 297.

Hab. locis humidis ad pagos Scaniæ, Hallandiæ aliarumque provinciarum maxime meridionalium et exteriorum passim, sed adventitia videtur.

Frutex vix orgyalis totus vimineus; ramis praecipue vere purpurascentibus, Svecis *Rôd-vide.* Amenta ex minoribus uncia parum longiora, germinibus albidis inter squamas purpurascentes variegata. Folia circiter quatuor lineas lata, supra nitentia. Flores monandri.

1126. SALIX *mollissima:* germinibus subsessilibus tomentosis styloque elongato fisso, squamarum pilis stigmata excedentibus, foliis linearibus subtus sericeis demum glabratis concoloribus integerrimis. *Ehrh. beitr.* 6. *p.* 101. *Willden. spec.* 4. *p* 707. *Wahlenb. carp. p.* 317. *Fries nov. p.* 120. *Sering sal. helv. p.* 34.

Hab. ad fossas et sepes Scaniæ exterioris rarius ex. gr. in Kannikmarken inter Önnarp et Höjeå infra Lund, ut videtur indigena.

Frutex ramis et foliis longis S. viminali quodammodo similis, sed ceterum diversissimus etiam colore omnium partium rufescente. Amenta omnium mollissima praecipue pilis longis squamarum. Folia demum plus quam quatuor uncias longa et semiunciam lata, nitida (neutiquam rugosa).

1127. SALIX *lanceolata:* germinibus sessilibus tomentosis: stylo stigmatibusque fissis exsertis, foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis undulato-crenatis. *Sering sal. helv. p.* 37. *t.* 1. *Fries nov. p.* 121. *halland. p.* 147.

S. mollissima *Smith fl. brit.* 3. *p.* 1070.

S. Smithiana *Willd. en. hort. ber. p.* 1008. *Link en. hort. ber.* 2. *p.* 417.

S. mollissima β Smithiana *Koch in Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 276-280.

S. viminalis β grandifolia *Retz. oec. p.* 644.

Hab. in Scania, Hallandia alibique quasi spontanea, sed initio adventitia, quod etiam testatur nomen svecicum *Holländsk Bandpil.*

Arbor quoque, aliquantum minus viminalis et tenera quam insequens. Folia digitum medium lata.

1128. SALIX *viminalis:* germinibus sessilibus tomentosis; stylo stigmateque fisso, foliis linearibus longissimis subtus sericeis. *Linn. svec. n.* 901. *it. scan. p.* 150. 162. *Sv. Bot. t.* 211. *Sering sal. helv. p.* 35. *Wahlb. gothob. p.* 86.

Hab. ad pagos Scaniæ occidentalis adjacentisque Hallandiæ. Gothoburgi ad Säveån alibique, sed ut videtur adventitia.

Arbor interdum satis magna, tota pallida, sed ramis suis eximie vimineis ad opera contexta optimis maxime insignis Svecis *Tysk-korg-pil.* Amenta ejus minus conspicua apud nos quoque rariora, vix ramo adjacenti duplo crassiora. Folia omnium in toto genere longissima, saepe spithamam longa, initio undique marginibus revolutis.

1129. SALIX *amygdalina:* germinibus pedicellatis glaberrimis obtusis: stigmate sessili, squamis pedicello demum brevioribus, foliis lanceolatis acute serratis glabris subtus glaucis (stipulis trapeziformibus). *Linn. svec. n.* 881. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 656. *Gmel. sib.* 1. *p.* 155. *n.* 9. *t.* 54. *f.* 3 *et a. Kalm bohusl. p.* 139.

S. triandra *Sering sal. helv. p.* 75. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 508. *Hoffm. sal. p.* 45. *t.* 9 *et* 10. *ac t.* 23. *f.* 2. (*Fries hall. p.* 150. *Retz. oec. p.* 643).

Hab. in ripis sabulosis glareosisve sæpe mutatis fluminum majorum ex alpibus venientium, ubi convalles latiores minus frigidas attingunt, ut ad flumen Angermanniæ inter Sollefteå et Bola frequenter (cum Tamarice), indeque passim ad Sillånger Medelpadiæ, ad flumen Dalecarlicum medium inter Husby et Domnare paroeciæ Tuna vix minus copiose, juxta flumen Klarelfven Vermlandiæ saltem in paroecia Ôfra-Ullerud frequenter nec non ad Göthaelf in Gammelstads holme supra Götheborg, [an inde etiam in Väröarna (*Kalm*) usque ad Scaniam (*Retzius*), incertum videtur.]

Arbuscula (saltem in Angermannia) plus quam orgyalis, pulcherrima nostrarum salicum, omnimodo digna quae Amygdalo comparetur. Truncus digito crassior; ramis pallidis saporis et odoris rosacei vel forsan potius amygdalini (Svecis

Mandelpil), nec adstringentis ut in salicibus plerisque, unde forsan succedaneum optimum Cinchonae? Folia interdum plus quam pollicem lata, supra nitentia, subtus glaucescentia; sed neutiquam ob pilos ullos, verum propter glandulas albescentes inter venas obscuriores, unde etiam color glaucus facile imminuto halitu glandium in laete viridem mutatur. Amenta tota glaberrima (fere ut in sequente specie), exsiccatione caesia (colore fere consociatae Tamaricis germanicae). Sic maxima et optima praecipue in maxime septentrionali primum dicta regione; in meridionalibus autem aliquantum minor; sed forma illa parva nunquam glaucescens verum potius in rachi et ad exortum ramulorum pubescens Helvetiae apud nos non occurrere videtur nisi in Scania. Nostra forma maxima quoqne pedicellos capsularum multo longiores et praecipue tenuiores habet, ut non potest non ad subdivisionem hanc pertinere. — In genere observandum, quod species jam insequentes eodem modo pedicellis non tantum latitudine germinis semimaturi longioribus, sed etiam tenuitate insigni ab eodem melius distingvendis separantur a praecedentibus, in quibus pedicelli e contrario, cum omnino non desunt, crassitudine magis cum germine confluunt nisi omnino ab eodem maturescendo absorbentur. Ejusmodi pedicelli intra calycem siti fere ut in Polygalis nonnullis omnino majoris momenti esse solent, ut subdivisiones efficere merentur, quamquam difficultate non carentes. Vix meliores sunt quae a pubescentia desumuntur in hoc omnium difficillimo genere.

1130. SALIX *myrtilloides*: germinibus pedicellatis glabris: stigmate sessili, amentis glaberrimis, foliis oblongo-ellipticis integerrimis glabris. *Linn. svec. n.* 889. *lapp. n.* 357. *t.* 8. *figg. i. k. Wahlenb. lapp. n.* 479. *t.* 18. *f.* 1. *Sv. Bot. t.* 646. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 342.

Hab. in paludibus spongiosis per partem sylvaticam inferiorem omnium Lapponiarum Svecicarum frequenter, unde etiam Vestrobottniæ ad Umeå, Luleå et Råneå usque non parce, nec non in Tåsjöberget Angermanniæ copiose.

Fruticulus saepius bipedalis, coloris subcaesii et habitus Vaccinii uliginosi; ramulis tenuibus brunneis. Folia semiunciam non lata, subtus glauco-caesia. Fructificatio ut re-

liquae partes glaberrima omnium. Pedunculi amentorum foliis pluribus completis praediti. Amenta fere tota brunnea, laxiora. Capsulae sesquitertiam lineam longae.

1151. SALIX *hastata:* germinibus pedicellatis glabris elongatis rostratis; squamis pilosis, foliis subovatis acutis subsessilibus venosis serrulatis. *Linn. svec. n.* 882. *lapp. n.* 354. *t.* 8. *fig. g. Flor. Dan.* 7. *t.* 1238. *Wahlenb. lapp. n.* 480. *t.* 16. *f.* 5. *Hartman Vet. Ac. Handl* 1814. *p.* 100. *Fries halland. p.* 150. *Zetterst. res.* 1. *p.* 11. *Sering sal. helv. p.* 58.

β. foliis lanceolatis subintegerrimis.

S. arbuscula *β Linn. svec. n.* 886. *lapp. n.* 360. *t.* 8. *fig. m. Flor. Dan. t.* 1055. (quæ S. finmarkica Willd.? Link?)

S. tenuifolia *Smith brit. p.* 1052.

Hab. locis humidis ad fluvios paludesque per totam Lapponiam (alpibus altioribus tantum exceptis) frequenter, deinde passim per Norrlandiam superiorem et Dalekarliam, nec non rarius in provinciis magis temperatis interioribus præcipue occidentalibus ut Vermlandiæ ferrimontanæ paroecia Kroppa, Vestmanniæ consimilis ad Skinskatteberg, Vestrogothiæ in Kinnekulle, Ostrogothiæ in Omberg, Scaniæ supremæ. *β* præcipue in maritimis Finmarkiæ.

Frutex valde varians, in Lapponia sylvatica plerumque orgyalis, sed ceterum saepe tantum bipedalis; ramis non raro nigricantibus. Folia interdum plus quam unciam lata, eximie cordata et stipulis maximis petiolo duplo longioribus semihastatis fulcrata; sed saepius angustiora usque ut in *β*; semper vero nisi propullulantia glaberrima, lutescentia et insigniter venosa. Fructificatio longe constantior, glabra praeter squamarum pilos longos et lutescente nitidos sed non copiosos. Capsulae quoque lutescentes, tres lineas longae.

1152. SALIX *punctata:* germinibus subpedicellatis glabris rostratis, pedunculorum foliis gemmiferis amento longioribus lanceolato-ellipticis undato-serratis nitidis punctatis. *Wahlenb. lapp. n.* 481. *t.* 17. *fig.* 1.

Hab. in maritimis betuletis Finmarkiæ orientalis rarius.

Frutex circiter tripedalis, siccitate valde nigrescens. Folia semiunciam vix lata, antiquiora saltem nitentia, punctis exhalantibus albentibus. Fructificatio fere sequentis speciei ut folia fere S. myrsinitis, sed ab utraque differre videtur foliis pedunculi gemmiferis. Ceterum dubia species.

1133. SALIX *phylicifolia:* germinibus pedicellatis glabris subulatis rostratis, foliis suboblongis undulato-serratis glabris subtus demum glaucescentibus. *Linn. svec. n.* 880. *lapp. n.* 351. *t.* 8. *fig. d. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 659. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1052. *Wahlenb. lapp. n.* 482. *t.* 17. *f.* 2. *ups. n.* 627. *Fries halland. p.* 146. *Forsander veg. scan. p.* 8.

S. stylaris *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 283. *Sering sal. helv. p.* 62.

β. campestris: foliis præcipue subtus villosis. *Fries l. c.*

γ. majalis: amentis sessilibus ebracteatis. *Wahlenb. lapp. n.* 483.

Hab. in pratis subhumidis sylvaticis totius fere Sveciæ a Lapponia summa ad Smolandiam passim copiose; *β* præcipue in australioribus ab Upsalia ad Hallandiam; *γ* in regionibus septentrionalibus.

Arbuscula vel frutex ramis torulosis fuscescentibus. Amenta paullo ante folia explicantur subsessilia; bractea tantum una alterave foliis multiplo minore. Germina demum longiora quam in omnibus ceteris fere semiunciam emetientia et insuper stylo longo praedita. Folia forma valde variant.

1134. SALIX *nigricans:* germinibus subpedicellatis villosis elongatis rostratis, foliis oblongis undato-serratis subtus canescentibus. *Smith brit.* 3. *p.* 1047. *comp.* 1818. *p.* 145. *Engl. Bot.* 17. *t.* 1213. *Wahlenb. lapp. n.* 485. *t.* 17. *fig.* 3. *Fries halland. p.* 150. (an etiam S. versifolia ib.?) *Forsander veg. scan. p.* 8. *Sering sal. helv. p.* 42.

S. phylicifolia *β Linn. svec. n.* 880. *lapp. n.* 350. *t.* 8. *fig. c. Flor. Dan* 6. *t.* 1053.

S. stylaris var. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 283-288.

Hab. in humidis magis sylvaticis plerarumque provinciarum a Lapponia ad Smolandiam passim parcius.

Praecedentis forsan varietas crassior hirsutior, sed interdum habitu ad S. capraeam accedens, adeo ut non possit non a praecedente separari.

1135. SALIX *versifolia*: germinibus subpedicellatis pilosiusculis rostratis, amenti foliolis lanceolatis, foliis oblongis oblique acuminatis integerrimis subtus incanis. *Wahlenb. lapp. n.* 484. *t.* 18. *fig.* 2. *Sv. Bot. t.* 511. (*Zetterstedt res.* 2. *p.* 5).

Hab. in paludibus sylvaticis Lapponiæ Umensis ad Lycksele nec non Pitensis ad Arjeplog rarius (Tornensis supra Jukkasjärvi).

Fruticulus bipedalis, in genere S. myrtilloidi proxime affinis, sed minus coloratus et praecipue initio canescens; ramis plerumque fuscis. Folia vix majora et aliquantum crassiora, demum glabrescentia. Fructificatio praecipue differt capsulis viridibus et stylis elongatis.

1136. SALIX *caprœa*: germinibus pedicellatis villosis ventricosis; stigmate sessili, foliis subovalibus crenulatis supra demum glabris subtus cinereis. *Linn. svec. n.* 900. *lapp. n.* 365. *t.* 8. *f. s. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 703. *Sv. Bot. t.* 98. *Fl. Dan. t.* 252. *Hoffm. sal. p.* 25. *t.* 3. *et t* 5. *f.* 4. *ac t.* 21. *f. a.* — *d. Wahlenb. lapp. n.* 486. *Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 75. S. tomentosa *Sering sal. helv. p.* 14.

Hab. in pratis sylvaticis siccioribus totius Sveciæ frequenter.

Arbor maxima totius generis, Svecis *Sålj*; ramis canescentibus crassioribus obtusioribus. Amenta praecipue masculina omnium maxime praecocia et conspicua Norrlandis, Nericiis Gothisque plurimis *Palm* (Færöensibus *Palmi*), quamquam non *Palmtråd* de tota arbore dicitur. Partes reliquae etiam magnitudine facilius distingvuntur a sequentium duarum; nec certum est an transitus ad easdem non existat. Folia hujus initio dense et non parum nitide tomentosa, demum fere maxima totius generis, saepe biuncialis latitudinis.

1137. SALIX *cinerea*: germinibus pedicellatis villosis; stigmate sessili, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis superne undulato-dentatis utrinque cinereo-pu-

bescentibus. *Linn. svec. n.* 902. *it. scan. p.* 252. *Fries halland. p.* 147. *Wahlenb. ups. n.* 629.
S. acuminata *Hoffm. sal.* 1. *p.* 39. *t.* 6. *et t.* 22. *f.* 2. *a–c. Willd. spec. pl.* 4. *p.* 704. *Smith brit. p.* 1068. *Sering sal. helv. p.* 12.
β. foliis obtusioribus. *Sv. Bot. t.* 565. *Hooker fl. scot. p.* 284. (S. aurita *Hoffm. sal.* 1. *p.* 30. *t.* 4. *fig.* 1. 2. *et t.* 5. *f.* 3. *ac t.* 22. *f.* 1. *d?* nisi sequentis). S. aquatica *Smith brit. p.* 1065.
Hab. in pratis humidioribus declivibus Sveciæ temperatioris præcipue campestris a Scania ad Gestriciam et Dalecarliam inferiorem frequenter; dein raro observata ad Wilhelmina Åselensium et Arvidsjaur Lapponiæ Pitensis (*Læstadius*).

Arbuscula unam alteramve orgyam alta, inter praecedentem et sequentem quodammodo media, sed foliis magis aequabilibus forsan etiam versus S. lividam *β* aliquando deflectens, ita ut omnes tres connectere videatur. Magis cinerascit proximis usque ad ramulos ultimos, quare Svecis *Gråvide*. Folia aliquantum crassiora quam in sequente, rarius digito medio latiora.

1158. SALIX *aurita:* germinibus pedicellatis villosis; stigmate sessili subcapitato, foliis obovatis apice recurvatis undulatisque rugoso-scruposis utrinque pubescentibus subtus cinereis glandulose denticulatis. *Linn. svec. n.* 891. *lapp. n.* 369. *t.* 8. *f. y. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 700. *Willd. berl. baumz. ed.* 2. *p.* 451. *t.* 4. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 487. *ups. n.* 630. *Fries halland. p.* 147. *Hoffm. sal. p.* 32. var. *t.* 22. *fig.* 1. *a–c.*
S. rugosa *δ* grandifolia *Sering sal. helv. p.* 20.
β. parvifolia et magis angusta. — *Sering l. c.*
S. ambigua *Ehrh. dec.* 11. *n.* 109.
S. plicata *Fries nov. p.* 121. *halland. p.* 148.
Hab. in paludosis sylvarum frigidiorum per Sveciam septentrionalem usque ad Lapponiam summam frequentissime, per provincias australiores præcipue magis campestres rarius usque ad Scaniam.

Frutex vix orgyalis, gracilior, valde flexuosus; ramis magis fuscescentibus. Folia membranis tenuioribus composita,

sed venis crassiusculis sese contrahentibus et in glandulas demum abeuntibus valde corrugata (fere Salviæ), vix ultra unciam longa. Amenta quoque duplo minora quam in praecedente.

1139. SALIX *livida:* germinibus pedicellatis sericeis; stigmate sessili, foliis suboblongis subintegerrimis lævibus tenuibusque subtus glabris lividisque. *Wahlenb. lapp. n.* 488. *t.* 16. *f.* 6. *ups. n.* 631. *Hartman Vet. Ac. H.* 1814. *p.* 100. *Zetterst. res.* 1. *p.* 11.
S. arbuscula γ. *Linn. svec. n.* 886.
S. bicolor (*Ehrh. arb. n.* 118? quia ejusdem femina ignota). *Fries halland. p.* 150. *nov. p.* 58.
β. foliis subsericeis, sed subtus ad apicem semper glabris. *Wahlenb. lapp. l. c. Linn. lapp. n.* 558?
Hab. locis subuliginosis magis campestribus regionum sylvaticarum et subalpinarum Lapponiæ similiumque provinciarum frequenter; nec non in provinciis temperatioribus passim, ut Upsaliæ circa Vitulfsberg, Ostrogothiæ in Omberg, Vestrogothiæ in Kinnekulle et Falbygden copiose, Smolandiæ occidentalis ad Femsjö etc.

Frutex plerumque tantum tripedalis, divergens; ramulis ultimis et gemmis non parum violaceis. Folia saepius duplo minora quam in praecedente, eximie aequabilia, glaucescentià lividà superfusa, interdum foliis sequentis speciei non valde dissimilia. Amenta vero feminea fere ut in praecedentibus, tantum graciliora; capsulis omnium gracillimis et tenuissime sericeis. — β ut supra indicavimus versus S. cineream regredi videtur, permanet tamen semper ut putamus multo tenuior.

1140. SALIX *fusca:* germinibus pedicellatis glabrescentibus rostratis, foliis lanceolato-ellipticis subintegerrimis amento minoribus lævibus subtus glaucis sericeisve. *Linn. svec. n.* 897. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 694. *it. scan. p.* 79. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 218. — 1811. *p.* 54. 57. *Koch in Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 281-283.
β. repens: germinibus villosulis.
S. repens et incubacea *Linn. svec. n.* 896. 895.
S. depressa *Hoffm. sal. p.* 63. *t.* 15. *f.* 1. 2. *et t.* 16. *f.* 3. 4. *Sering sal. helv. p.* 9.

γ. arenaria: foliis utrinque sericeo-tomentosis. *Linn. svec. n.* 894. secundum *it. gotl. p.* 206. *scan. p.* 222. 237.
S. argentea *Smith brit. p.* 1059.
Hab. in pascuis uliginosis a Scania ad Vermlandiam ferrimontanam, Dalecarliam prope Siljan, Oresjö etc. (non vero Angermanniam interiorem montosam, sed dein provenit) ad Vestrobottniam maritimam Umoæ frequenter; β in maxime campestribus; γ in arena maritima regionum australiorum ut Hallandiæ, Scaniæ, Gotlandiæ.

Fruticulus utplurimum pede non altior et tantum virgas paucas ad tripedalem altitudinem attollens, totus glabrescens, exsiccatione incauta fuscescens vel potius nigrescens. Folia tantum longitudine ungvis majoris. Amenta feminea eximie fusca. — Sed β jamdudum canescere incipit et γ omnibus partibus sericeo-tomentosa.

1141. SALIX *rosmarinifolia:* germinibus subpedicellatis sericeis obtusiusculis; stigmatibus sessibus, foliis lineari-lanceolatis utrinque attenuatis subtus sericeis. *Linn. svec. n.* 898. *Link en. hort. ber.* 2. *p.* 417.
β. ramis foliisque longioribus.
S. incubacea *Fries nov. p.* 122.
Hab. secus litus Scaniæ australis locis arenosis depressis aqua marina sæpe inundatis rarius.

A praecedente aliquantum differt ramis foliisque longioribus, sed amentis brevioribus magis paucifloris totaque fructificatione abbreviata.

ORD. 2. TRIANDRIA.

389. EMPETRUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1496. *Juss. gen. p.* 181. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 107. *t.* 106.

Floris solitarii utriusque calyx extus squamulis calyculatus, triphyllus, erectus, persistens; corolla tripetala, reflexa, marcescens. Stamina petalis alternantia; filamentis longis capillaribus; antheris subrotundis ab apice oblique dehiscentibus. Germen initio filamentorum trium stipatum; stigma subsessile peltatum novemplicatum radiatumque. Bacca supera orbiculata

subdepressa: seminibus novem in orbem dispositis, osseis. — *Fruticulus sempervirens, foliis alternis minutis. Ord. nat.* 29. *Bicornibus proximum videtur, fructu fere Arbuti, flore potius Ledi.*

1142. EMPETRUM *nigrum:* procumbens glabrum, foliis margine revolutis teretiusculis. *Linn. svec. n.* 904. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 713. *it. scan. p.* 77. 221. 222. 317. *vestrog. p.* 107. *Rogberg smol. p.* 22. *Sv. Bot. t.* 259. *Flor. Dan.* 6. *t.* 975. *Wahlenb. lapp. n.* 489. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 227.
Hab. per totam Sveciam: locis siccioribus in provinciis septentrionalibus usque ad alpes altiores Lapponiæ frequentissime, locis vero magis uliginosis et paludosis in regionibus meridionalibus etiam Scaniæ, usque dum rarescit admodum in extimis insulis, utpote Gotlandiæ tantum in Helvigträsk lectum.
Fruticulus totus flexilis subdecumbens; ramis fere filiformibus rubicundis; foliis vix tres lineas longis, ob margines revolutos et subtus in lineam albam conjunctos teretiusculis; Scanis *Loppe-ris.* Flores axillares inter folia superiora sessiles, maxime praecoces initio mensis germinationis singulares; petalis purpurascentibus; genitalibus atropurpureis. Baccae aterrimae succosae, Svecis *Kråkbår, Kråklingar, Klôklinger, Skråkjen* (*Ickte* secund. *Fischerström*).

ORD. 3. TETRANDRIA.

390. VISCUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1504. *Juss. gen. p.* 236. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 131. *t.* 27.

Calyx superus margine integro vix prominulo. Petala quatuor parva, basi latiore juncta. Masc. Antheræ sessiles in mediis petalorum. Fem. Stylus minimus stigmate capitato. Bacca pulposa monosperma infera, coronata margine calycis. — *Fruticulus parasiticus unicus in patria totus sempervirens, caule articulato dichotomo Ord. nat.* 18. *Dumosarum proximus.*

1143. VISCUM *album:* foliis lanceolatis obtusis subenerviis, caule dichotomo, floribus subquinis terminalibus glomeratis sessilibus. *Linn. svec. n.* 905. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 737. *it. vestrog. p.* 31.

Flor. Dan. t. 1657. *Leche scan. p.* 19. *n.* 79. *Aspegren bleking. p.* 71. *Fries halland. p.* 150. 5. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 245. *Bjerkand. ib.* 1776. *p.* 81. *Carls. strengn. p.* 55.

Hab. in sylvarum densiorum et humidiorum arboribus frondosis, ut Pyris, Quercu, Fago etc. per Sveciam temperatiorem passim: Scaniæ ad Christianstad, Blekingiæ, Smolandiæ ad Hvitaryd districtus Sunnerboensis et Wirbo paroeciæ Misterhult (forsan inde denominatæ), Hallandiæ inter Drängsered et Slättåkra. Vestrogothiæ in Kinnekulle; nec non in insulis Mäleri interioris ut Oknön, Fulleröu etc. non raro.

Fruticulus plerumque pedalis, raro ulnaris et ultra, Svecis *Mistel, Mistel-tenn.* Caulis ob flores terminales semper dichotomus. Folia ultra hiemem quidem viridia persistunt, sed altera aestate cadunt, itaque etiam subterminalia, saepius plus quam semiunciam lata, subcoriacea; nervis quinis obsoletis. Flores inconspicui. Baccae vero fere magnitudine pisi, albae (unde nomen speciei), subpellucidae et intus viscidae, Svecis *Fogel-lim.*

391. HIPPOPHAË.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1509. *Juss. gen. p.* 84. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 199. *t.* 42.

Calyx maris bipartitus, feminæ bilobus. Corolla nulla. Antheræ sessiles in fundo calycis. Stigma subulatum. Bacca supera pulposa monosperma. — *Frutex ramis spinescentibus, foliis initio imbricatis alternis integerrimis.* Ord. nat. 43. *Vepreculæ.*

1144. HIPPOPHAË *Rhamnoides:* foliis lineari-lanceolatis glabriusculis. *Linn. svec. n.* 906. *lapp. n.* 372. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 743. *Sv. Bot. t.* 385. *Flor. Dan. t.* 265. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Gunner norv. n.* 11.

Hab. in arenosis glareosisque litoribus maris Bottnici a Roslagia septentrionali frequenter usque ad Vestrobottniam pluribus locis copiose; etiam prope mare occidentale Nordlandiæ meridionalis raro.

Frutex vel arbuscula saepe plus quam orgyalis, Svecis *Haftorn* vel *Hafstôrne*, fere totus leproso-albens. Flores

ante frondescentiam ad basin ramulorum exeuntes, valde inconspicui; calyce lineam vix longo. Folia tribus lineis non latiora, subtus eximie leproso-argentea, hinc inde punctis ferrugineis adspersa. Baccae magnitudine pisi, vitellinae, acidissimae, Alandis *Finnbår*.

ORD. 4. PENTANDRIA.

392. HUMULUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1523. *Juss. gen. p.* 443. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 358. *t.* 75.

Flores masculi paniculati; calyce quinquepartito; antheris subsessilibus superne dehiscentibus. — Femineus strobilus basi involucro quadrifido fulcratus, ovatus, imbricatus; squamis quadrifariis bifloris: flosculis intra conceptaculum cucullatum demum grandefactum strobilum insignem efficiens; stylis duobus; semine unico lenticulari. — *Herba volubilis, demum lignosa, aspera; foliis oppositis. Ord. nat.* 46. *Scabridæ.*

1145. HUMULUS *Lupulus: Linn. svec. n.* 908. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 769. *it. scan. p.* 280. *vestrog. p.* 75. 84. 204. 215. *Sv. Bot. t.* 352. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1239. *Leche scan. p.* 51. *n.* 166. *Ahlqu. runst. p.* 32. *Fries halland. p.* 150. *Wahlb. goth. p.* 87. *Samz. neric. p.* 69. *Carls. strengn. p.* 55. *Wahlenb. ups. n.* 634. *Hülphers medelp. p.* 50. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 97. 112.

Hab. locis lapidosis præcipue ad lacus majores, ut Scaniæ ad Heckeberga etc., Oelandiæ, Smolandiæ, Hallandiæ, Bahusiæ in Väröarne etc., Vestrogothiæ ad Hunneberg, Billingen, Brunnumsberget etc. Nericiæ ad Hjelmaren et Lekeberg; deinque in insulis lacus Mäleri fere ubique ad Upsala usque, Roslagiæ; denique Medelpadiæ in paroecia Stöde ad Hemgrafselfven, in Tuna et versus Njurunda; Jemtlandiæ ad Humlarne.

Radix perennis. Caulis ad longitudinem orgyarum nonnullarum scandens, crassitie circiter pennae anserinae. Folia palmata; lobis quinque oblongis inter sinus dilatatos. Flores virentes. Strobili maturi magnitudine nucis, notissimi Svecis *Humle*.

ORD. 5. OCTANDRIA.

395. MYRICA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1510. *Juss. gen. p.* 449. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 190. *t.* 39.

Amenta utriusque sexus ovata, imbricata; squamis unifloris, concavis. Antheræ sessiles submonadelphæ numeroque incertæ. Styli duo squama longiores. Semen drupaceum punctatum. — *Fruticulus punctis resinosis graveolens. Ord. nat.* 47. *Amentaceæ.*

1146. MYRICA *Gale:* foliis lanceolato-cuneiformibus subserratis, caule fruticuloso, drupa tricipiti. *Linn. svec. n.* 907. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 745. *Sv. Bot. t.* 76. *Flor. Dan. t.* 327. *Wahlenb. lapp. n.* 491. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 40.

Hab. in paludosis fruticetis totius Sveciæ usque ad Bjerträ Angermanniæ et ulterius 5-6 mil. undique a sinu bottnico procedens, sed limitem inferiorem Lapponiæ ibi non attingens, frequenter.

Fruticulus plerumque pedalis, sub florescentia totus rufescens, semper undique graveolens Svecis *Pors,* Vestrogothis *Körning* (sec. Ihre). Amenta maxime praecocia, omnes gemmas superiores ramulorum sola constituentia: masculina majora semiunciam vix longa; feminea demum maturescentia in strobilos magnitudine pisi, drupis viridibus quodammodo tricornibus. Folia circiter sesquiunciam longa, subsessilia.

394. POPULUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1531. *Juss. gen. p.* 448. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 56. *t.* 90.

Amenta utriusque sexus cylindrica laxa: squamis pedicello adnatis superne scariosis fimbriatisque deciduis; nectario urceolato, marginibus obliquis demum fissis, persistente. Stamina brevissima. Germen stigmatibus duobus partitis. Capsula unilocularis bivalvis; seminibus inversis apice crinitis. — *Arbores foliis subrotundis, primum convolutis, amentis maxime præcocibus pendulis nudis, ante florescentiam pomonæ semina dispergentibus.*

1147. POPULUS *tremula:* foliis orbiculatis dentatis utrinque glabris; petiolis superne compressis. *Linn. svec. n.* 909. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 803. *Sv. Bot. t.* 103. *Wahlenb. lapp. n.* 492.

Hab. in humidiusculis sylvaticis totius Sveciæ ubique. Arbor procera, Svecis *Asp.* Folia tum ob formam tum propter petiolos compressos maxime tremula.

1148. POPULUS *nigra:* foliis utrinque glabris serratis acuminatis deltoideis: diametro longitudinali majore. *Linn. svec. n.* 910. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 804. *it. scan. p.* 163. 319. *Engl. Bot.* 27. *t.* 1910. *Fries halland. p.* 150.

Hab. ad pagos Scaniæ alibique demum inquilina facta. Arbor anguste pyramidata, ramis parallelis strictis quodammodo salicina, Svecis *Poppel-pil.* Folia minora quam in ceteris nostris raro biuncialis latitudinis, eximie nitentia et obscurioris coloris.

1149. POPULUS *alba:* foliis subrotundis angulato-repandis dentatisque subtus tomentosis. *Linn. svec. n.* 911. *Aiton kew.* 3. *p.* 405. *Retz. oec. p.* 542. *diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 11. *Wahlb. gothob. p.* 87. *Bromel. goth. p.* 89.

P. canescens *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 802. *berl. baumz. ed* 2. *p.* 287.

(β. nivea: foliis magis cordatis fere lobatis. *Aiton kew.* 3. *p.* 405. P. alba *Willden. ll. cc.*)

Hab. ad urbes extimas ut Malmö, Götheborg etc. denique inquilina facta (β nuperius adventitia). Arbor magis patens et minus excelsa quam praecedentes praecipue apud nos. Folia quoque saepius latiora interdum palmam aequantia, plus minus nivea, Svecis *Hvitpoppel*, vel β *Snöpoppel.*

395. RHODIOLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1532. *Juss. gen. p.* 341.

Utriusque sexus Calyx quadripartitus. Petala quatuor. Nectaria intra calycis lacinias emarginata. Masc. Germina 4 abortiva. Fem. Capsulæ 4 basi conjunctæ, margine interiore dehiscentes seminiferæque. — *Herba Sedo valde affinis in Ord. nat.* 31. *Succulentarum, sed ob radicem crassam fructificatione pauperiore diclinâ discrepans.*

1150. RHODIOLA *rosea: Linn. svec. n.* 912. *spec. pl. ed. Willd* 4. *p.* 807. *Sv. Bot. t.* 466. *Flor. Dan. t.* 183. *Wahlenb. lapp. n.* 493. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 104. — 1818. *p.* 145. *Hisinger herjed. p.* 46.

Sedum Rhodiola *Decand. fl. franc. n.* 3605.

Hab. locis irrigatis declivibus et rupestribus per omnes alpes altiores a Lapponia summa usque ad limitem Herjedaliæ frequenter.

Radix valde perennis, caudice digitum crasso carnoso lutescente odore ligni Rhodii unde svecice *Rosenrot*, ceterum valde coriario. Caules vix pedales, simplices. Folia praecipue superne omnino imbricata, obovata, digitum minorem lata, dentata, succulenta. Florum cyma herbâ angustior, lutescens, media aestate explicata. — Haec planta est quasi oppositum Sempervivi regionum australiorum, itaque sive utraeque genere a Sedo distingvendae sive omnes conjungendae. Rhodiola ad Sedum se habet ut Tormentilla recta ad Potentillam, nec usu practico caret genera talia distingvere etiam cum limites difficilius ponerentur. Sic genius Linnæanus interdum separare svadet genera, quae regulae systematis naturalis recentiorum conjungere jubent. Ita in generibus sic etiam respectu specierum.

ORD. 6. ENNEANDRIA.

396. MERCURIALIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1534. *Juss. gen. p.* 423. *Gærtn. fr.* 2. *p* 114. *t.* 107.

Utriusque sexus Calyx tripartitus: laciniis ovatis. Fem: Filamentum unum in quovis sulco capsulæ. Styli duo reflexi. Capsula dicocca, bilocularis, elastice dehiscens valvulis duabus bipartitis; seminibus duobus. — *Herbæ foliis oppositis stipulatis, spicis axillaribus. Ord. nat.* 19. *Tricoccæ.*

1151. MERCURIALIS *perennis:* caule simplicissimo, foliis petiolatis scabris. *Linn. svec. n.* 913. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 809. *it. scan. p.* 100. 101. 134. 279. *oel. p.* 46. 56. 65. 106. 146. *vestrog. p.* 25. 39. 60. 62. 64. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 87. *Rogberg smol. p.* 22. *Sv. Bot. t.* 455. *Flor. Dan. t.* 465.

Leche scan. p. 51. n. 168. *Aspegren blek.* p. 71. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. p. 75. *Fries halland.* p. 150. 6. *Wahlb. gothob.* p. 87. *Bjerkand. Vet. Ac. Handl.* 1776. p. 81, 84. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn* p. 32. *Linder viksb.* p. 24.

Hab. in nemoribus petrosis provinciarum exteriorum vel etiam inter lacus maximos sitarum Sveciæ temperatioris, ut Scaniæ, Blekingiæ et Gotlandiæ Oelandiæque frequenter, Hallandiæ usque ad Götheborg passim, Smolandiæ australis infra lacum Möckeln ad Pjetteryd districtus Sunnerboensis, Vestrogothiæ formationis transitionis in Kinnekulle, Billingen, Bornaberget, Brunnumsberget etc., et ad Ulricæhamn copiose, Ostrogothiæ ejusdem indolis ad Motala, Lindnäs, Omberg etc. haud parce, et Sudermanniæ in insulis adjacentis lacus Mäleri rarius ex. gr. prope Wiksberg.

Radix perennis, repens. Herba gracilis et praecipue superne foliosa svecice *Bengelört* vel *Purgerkrydda* (an convenientia denominationis cum Mercurio?), exsiccatione semper caeruleo-nigrescens, plerumque pedalis altitudinis, tenuius pilosa. Stipulae inter petiolos minutae. Folia ovata, sesquiunciam lata, serrata. Spicae masculae multiflorae, (femineae pauciflorae), vernales ante solstitium staminibus lutescentibus florentes. Capsula binis seminibus cannabinis paullo major. Semina albescentia.

397. HYDROCHARIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1535. *Juss. gen. p.* 76.

Mascula Spatha triflora, bipartita; sed feminea nulla. Utriusque sexus Calyx tripartitus; Corolla tripetala major. Stamina novem in tres phalanges disposita, rudimentum germinis tegentia. — Germen inferum; stylis sex bifidis. Capsula coriacea, subglobosa, sexlocularis, polysperma — *Herbæ foliis natentibus subrotundis in aqua suspensæ. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideæ.*

1152. HYDROCHARIS *Morsus ranæ: Linn. svec. n.* 914. *spec. pl. ed. Willd.* 4. p. 812. *Sv. Bot. t.* 598.

Flor. Dan. t 878. *Fries hall. p.* 150. 6. *Samz. neric. p.* 69. *Wahlenb. ups. n.* 657. *Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 217.

Hab. in aquis pigrioribus campestribus a Scania ad Daliam prope Åmål, Nericiam, Vestmanniam superiorem prope diversorium Flyten et flumen Dalekarlicum infimum juxta Brunnbäck ad Elfkarleby usque passim.

Radix perennis subtus aquae superficiem saltem aestate suspensa; radiculis filiformibus fundum petentibus. Petioli quoque longi subfiliformes. Folia subrotundo-reniformia pollice parum latiora, semper natantia (Nymphaeae instar), coloris obscurioris fere limi Svecis *Dyblad* vel *Grodblad.* Flores sub foenisecio fugaces nivei, foliis paullo minores.

ORD. 7. DODECANDRIA.

398. STRATIOTES.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1541. *Juss. gen. p.* 76. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 48. *t.* 14.

(Mascula planta apud nos non observata Spathâ 3-5 florâ, pedunculis propriis ipsa duplo longioribus, calyce tenuitate petalorum, præsentiâ staminum et absentiâ pistilli tantum differens). Feminea Spatha uniflora; calyce tripartito; petalis tribus obovatis; nectariis viginti quatuor, stylis sex bipartitis. Germen infra florem remotum et in spatha subsessile, primum compressum, demum increscens in baccam hexagonam sexlocularem: seminibus plurimis parietalibus. — *Herba aquatica præcedenti proxima aloëformis, foliis elongatis serrato-aculeatis.*

1153. STRATIOTES *Aloides:* foliis ensiformibus carinatis dentato-aculeatis *Linn. svec. n.* 479. *lapp. n.* 222. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 820. *it. vestrog. p.* 46. 49. *Flor Dan. t.* 337. *Fries halland. p.* 94. *Samz. neric. p.* 46. *n.* 195. *Carls. strengn. p.* 52. *Wahlenb. ups. n.* 658. *Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 217. *Hartman ib.* 1818. *p.* 123.

Hab. sub aquis pigrioribus per provincias magis campestres vel etiam formatione quadam juniore substratas, ex. gr. Scaniæ frequenter, Vestrogo-

thiæ ad Billingen etc. passim, Nericiæ ad Vretstorp paroeciæ Viby alibique, Uplandiæ pluribus locis.

Herba subter aqua perennans et tantum sub florescentia apicibus foliorum et scaporum supra aquam se elevans, non obstantibus radiculis filiformibus fundum oblique petentibus et non nisi laxam adnexionem efficientibus. Folia in orbem saepe ulnaris latitudinis patentia, crassiuscula, fragilia. Scapi inter folia interiora plures, compressi margineque passim spinulosi, foliis duplo breviores. Spatha feminea diphylla: foliolo breviore pedunculum aequante. Calyx superne virescens. Petala calyce duplo longiora tota nivea. Nectaria staminiformia lutescentia, stylis calyceque dimidio breviora. Bacca apud nos vix maturescit ita ut e spatha deflectetur.

Vide addenda p. 1072

ORD. 8. MONADELPHIA.

399. JUNIPERUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1552. *Juss. gen. p.* 453. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 62. *t.* 91.

Masculi conuli ovati; staminibus ternatim verticillatis deorsum dehiscentibus 3-5 locularibus, squama acuta imbricatim tegente terminatis. — Feminei conuli minimi; squamis ternatim verticillatis plerisque sterilescentibus: tribus supremis tantum stigmata globosa foventibus, demum increscentibus et coalescentibus in baccam trispermam. — *Frutex acifolius conulis axillaribus. Ord. nat.* 48. *Coniferæ.*

1154. JUNIPERUS *communis:* foliis ternis patentibus mucronatis bacca longioribus. *Linn. svec. n.* 915. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 853. *Sv Bot. t.* 289. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1119. *Wahlenb. lapp. n.* 494. J. svecica *Miller.*

Hab. locis sterilioribus per totam Sveciam etiam alpinam vulgatissime.

Frutex plerumque humilis et divergens, raro in arbusculam se attollens. Folia coniferarum nostrarum maxime pungentia. Conuli plerumque in axillis foliorum praeteriti anni, solitarii, mense florescentiae fumantes. Baccae primo anno seminibus Brassicae non majores, secundo in magnitudinem pisi minoris increscentes sed adhuc virides, tertio demum

maturescentes colore caeruleo-nigricante, Svecis *Enbår.* — In alpibus hac baccae demum majores foliis simul abbreviatis.

400. TAXUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1553 *Juss. gen. p.* 452. *Gærtn. fr.* 2 *p.* 65. *t.* 91.

Conuli utriusque sexus basi fulcrati squamis opposite imbricatis cupulam constituentibus. Antheræ octonæ deorsum dehiscentes sub squama peltata octoradiata. Nux solitaria ovata glabra superne compressiuscula intra cupulam baccatam. — *Arbuscula acifolia, sed foliis mollioribus, conulis axillaribus. Ord. nat.* 48. *Coniferæ.*

1155. TAXUS *baccata:* foliis linearibus distichis planis, amentis masculis subglobosis. *Linn. svec. n.* 916. *spec. pl. ed. Willden* 4. *p.* 856. *it. oel. p.* 32. 67. *gotl. p.* 174. 223. *vestrog. p.* 19. 256. *am. ac.* 5. *p.* 185. *Sv. Bot. t.* 265. *Fl. Dan. t.* 1240. *Retz. oec. p.* 712. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 246. *Kalm bohusl. p.* 155. *Samz. neric. p.* 70. *Videgren österg. p.* 50. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 79.

Hab. in sylvis subhumidis vel declivibus provinciarum exteriorum maritimarum vel etiam inter lacus maximos sitarum, ut Gotlandiæ et Oelandiæ passim, Scaniæ, Blekingiæ, Hallandiæ in Särö, Bahusiæ borealis, Vestrogothiæ ad Kinnekulle etc., Daliæ, Vermlandiæ in paroecia Långserud districtus Gillbergæ, Smolandiæ ad Lindforsbruk paroeciæ Ryd, Ostrogothiæ in Omberg versus Vettern, Nericiæ in paroecia Tysslinge, Uplandiæ ad Elfkarleby, in paroecia Hållnäs etc. sed semper parce.

Arbuscula plerumque minor et diffusa, Svecis *Idegran*, ligno rubicundo durissimo putredini quam maxime resistens, aliquando *Ebenholz* (Germ. *Eibenholz*); cortice tenaci fere ut in Tilia unde Svecis *Barrlind.* Rami distiche et plerumque dichotome divisi. Folia quoque disticha, omnino plana et flexilia, latiora quam in ceteris nostris acifoliis fere sesquilineam efficientia. Fructus cupula integerrima primum membranacea dimidiata, demum succosa vel baccata eleganter coccinea nucem totam pisiformem includens.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

CONSPECTUS.

1. ORD. MONOECIA.

Stamina quinque. Semen lenticulare in calyce bipartito - 401. ATRIPLEX
utriculo calycis tectum 402. HALYMUS
Stamina sex. Capsulæ tres polyspermæ - - - - 403. VERATRUM

2. ORD. DIOECIA.

Stamina 8 intra calycem et corollam. Capsulæ 2 monosperm. alatæ 404. ACER
2 plerumq. nuda. Caps. initio bilocul. demum monosp. 405. FRAXINUS

ORD. 1. MONOECIA.

401. ATRIPLEX.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1577. *Juss. gen. p.* 95. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 361. *t.* 75.

Floris hermaphroditi vel potius masculi calyx quinquepartitus, stamina quinque, pistillum fere semper abortiens. Flores feminei plerumque infra masculos: Calyx compressus bipartitus, post florescentiam increscens demumque decidens cum semine incluso plano orâ infimâ adfixo supremâ stylis binis prædita; radicula descendente. — *Herbæ, radice annua, foliis mollibus (Svecis Molla) plus minus triangulis, ramis inferioribus utplurimum oppositis simplicioribus, sed in n.* 1160. *potius alternis ramosis ac si revergeret versus Chenopodium. Ord. nat.* 50. *Holoracearum.*

1156. ATRIPLEX *hastata:* foliis rhomboideo-hastatis: laciniis antrorsum versis, valvulis fructus foliaceis hastatis laciniato-dentatis fimbriatisque; infimis pedicellatis. *Linn. svec. n.* 921. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p* 963. *Sv. Bot. t.* 627. *Flor. Dan. t.* 1286 *et* 1658. *Leche scan. p.* 28. *n.* 56. *Fries hall. p.* 49.

Hab. locis pingvioribus fuco substratis maritimis Scaniæ occidentalis præcipue ad Malmö, Lomma etc. copiose, Hallandiæ meridionalis rarius.

Caulis ob ramos fere omnes oppositos passim eximie compressus et angulatus. Herba tota magis laxa et extensa quam in ceteris, cito pallescens, sapore eximie salso-amara. Folia postice non truncata, sed margines posteriores oblique angulo fere dimidio cum costa folii extenduntur et eadem directione laciniae posticae quoque antrorsum vergunt. Hae laciniae etiam angustiores et longiores quam in sequentibus; dentibus anterioribus acutis. Pedicelli fructus ipsius longitudinem saepe aequant. Valvulae fructus saepius quam apud ceteras in longitudinem folii luxuriant; plerumque autem semiunciam longae sunt.

1157. ATRIPLEX *latifolia:* foliis oblongis basi truncatis hastatisque denticulatis, valvulis seminiferis subovatis indivisis denticulatis. *Sv. Bot. t.* 628.

A. hastata var. *Linn. it. oel. p.* 88. *Schkuhr handb.* 3. *t.* 348.

A. laciniata (foliis leprosis) *Schkuhr l. c. t.* 349.

β. elatior: valvulis variis, foliis virentibus. *Sv. Bot. l. c. fig. c.*

A. patula *Smith brit. p.* 1091. *Flor. Dan. t.* 1285.

Hab. in litoribus magis limosis maris utriusque a Scania ad Bahusiam et Uplandiam frequenter, ad Helsingiam rarius; *β* loca ruderata provinciarum meridionalium adscendit.

Herba in maritimis exterioribus plerumque rubet vel nitet epidermide pulveracea. Sapor semper dulcescens. Ceterum sequenti conferenda, cujus potius varietas est.

1158. ATRIPLEX *patula:* foliis lanceolatis integerrimis nudis; inferioribus subhastatis, valvulis seminiferis rhomboideis carinatis integerrimis lævibus, ramis divergentibus. *Linn. svec. n.* 922. *it. scan. p.* 199. *am. ac.* 8. *p.* 45. *Schkuhr handb.* 3. *t.* 347. *Wahlenb. ups. n.* 640. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 150.

A. patula *β* angustifolia *Hornem. plant. ed.* 3. *p.* 290.

A. angustifolia *Smith brit. p.* 1092. *Engl. Bot.* 25. *t.* 1774.

Hab. in cultis et ruderatis Sveciæ totius usque ad Angermanniam juxta Nora ubique frequenter; dein vix nisi ad Alten Finmarkiæ raro.

Rami oppositi inferiores valde patuli (unde nomen convenientissimum) earumque folia fulcrantia subhastata rarius dentata, reliqua plerumque sublinearia integerrima. Ceterum tota planta sordidius virens et angusta fere ut insequens, sed calyces seminales vix ultra duas lineas lati.

1159. ATRIPLEX *littoralis:* foliis linearibus subintegerrimis, valvulis seminiferis conglobatis basi gibbis papulosisque. *Linn. svec. n.* 923. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 965. *it. scan. p.* 199. *oel. p.* 96. 88. *Engl. Bot.* 10. *t.* 708. *Flor. Dan. t.* 1287. *Kalm bohusl. p.* 123. 138. *Ahlquist runst. p.* 12.
A. (patula) β *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 828.
β. marina: foliis magis serratis. *Fries hall. p.* 50.
A. marina *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 241.
Hab. in littoribus limosis maris utriusque a Scania ad Bahusiam, Gotlandiam et Roslagiam passim.

Caulis ramis numerosis, sed simplicibus virgatis. Folia caule vix latiora. Valvulae seminiferae basi incrassatae et indumento papuloso inter se compaginatae differentiam optimam hujus speciei praebent, sed de cetero valde variant et saepe luxuriant in foliaceam formam plusquam uncialem dentatam, foliis veris multo latiorem.

1160. ATRIPLEX *laciniata:* caule alternatim ramosissimo, foliis triangulo-ovatis sinuatis subtus farinaceis, valvulis seminiferis late triangularibus denticulatis: verrucarum corona laterali. *Linn. svec. n.* 920. (excl. annot. ad A. hastatam pertinente) *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 963. *Bieberst. cauc.* 3. *p.* 641. *Sv. Bot. t.* 626. *Flor. Dan. t.* 1284. *Leche scan. p.* 20. *n.* 85. *Kalm. bohusl. p.* 138? (*Hisinger norrig. p.* 41). *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 29.
A. rosea (*Willden. spec. pl.* 4. *p.* 960?) *Fries nov. p.* 68 *et* 104.
Hab. in ruderatis litoralibus ad sinum Scaniæ occidentalis circa Lomma, Borreby etc. copiose; (an etiam Bahusiæ in Väröarna? ut in Norvegia).

Caulis inferne sublignescens, teres (nec ob ramos oppositos tam frequenter compressus ac in praecedentibus), valde ramosus: ramis non nisi ad radicem oppositis, iterum alter-

natim multoties ramosis. Folia et reliquae partes herbaceae supra ut in Chenopodiis plerisque virentia (nec tam versicolora aç in praecedentibus), farina semper in pagina inferiore, sed apud exemplaria magis contracta etiam per superiorem paginam totamque plantam diffusa, denique adeo ut tota planta argentea, Svecis *Silfvermolla*. Calyx a foliis distinctissimus semperque suae magnitudinis et figurae, maturescente semine ultra tres lineas latus et sesquitertiam longus; verrucis lateralibus rigidis viridibus (quae in A. rosea Willd. et A. incisa Bieberst. fere desiderantur et valvulae ceterum minores, forsan ab defectum soli marini).

402. HALYMUS.

Wallroth sched. crit. p. 117. — *Wahlenb. Nov. Act. Ups. VIII. p.* 228. 254. *t.* 5. *fig.* 2.

Flores masculi ut in præcedente genere, sed eo certius semine carentes. Floris feminei calyx inæqualiter quadridentatus: urceolo utriculiformi supra stylos binos gerente. Semen in utriculo tectum (nec styliferum), filo umbilicali longo inverse adnexum; radicula adscendente. — *Herbæ præcedenti generi proximæ, sed ramis foliisque eo magis oppositis, foliis oblongatis sine angulis, calycibus basi in pedunculos elongatis.*

1161. HALYMUS *pedunculatus:* calycibus fructus in pedunculos folio longiores elongatis compressis biauritis. *Wallroth l. c.*

Atriplex pedunculata *Linn. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 966. *Flor. Dan. t.* 304. *Retz. diss. obs. bot. p.* 27. *Ahlquist Vet. Ac. Handl.* 1821. *p.* 303. *Forsander veg. scan. p.* 16.

Atr. n. 81. *Leche scan. p.* 19. *Linn. svec. n.* 919. (A. portulacoides perperam, nec spec. pl.).

Hab. in litoribus magis salsis per insulas et oras exteriores maris Balthici, ut Gotlandiæ in Kändarfvestrand paroeciæ Sproge et in Gröttlingboudde, Ölandiæ in Schæfferiängen ad Ottenby et ad Färjestaden, Scaniæ occidentalis ad Landskrona et Helsingborg nec non in insula Hven passim.

Radix annua. Herba praecipue ramis suis divergentibus terrae valde adpressa, difficulter legenda, serotina, epider-

mide leprosa albescens, circiter spithamam longa. Folia vix unciam longa, inferiora oblonga, superiora magis lanceolata. Pedunculi calycis profecto fructiferi foliis longiores, eximie reflexi. Calycis hujusce lobi vel auriculae circa tres lineas a se invicem distantes.

405. VERATRUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1564. *Juss. gen. p.* 53. *Gærtn. fr.* 1. *p.* 71. *t.* 18.

Calyx nullus (nisi corollam ita dicas). Petala sex persistentia, staminibus totidem opposita. Germina tria adolescentia in Capsulas basi tantum connexas, margine interiore dehiscentes seminiferasque. univalves. Semina arillo plano imbricata. Masc. inferiores Pistilla plus minus excludunt. — *Herbæ floribus paniculatis, foliis maximis plicatis. Ord. nat.* 11. *Coronariæ γ. Colchicaceæ.*

1162. VERATRUM *album:* racemis paniculatis glabriusculis, corollis subsessilibus erectis acutis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1479. *ed. Willd.* 4. *p.* 895. (adjecto V. viridi p. 896). *Fl. Dan. t.* 1120. *Gunner. norv. n.* 315. *t.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 495.

Hab. locis humidis, ad rivulos alpium extimarum ad mare septentrionale sitarum præcipue in Hopseidet et adjacentibus sinubus Finmarkiæ orientalis frequenter.

Radix valde perennis constituens caudicem saepe pollice crassiorem intus albissimum, unde nomen speciei, Norvegis *Hvit Nyserot.* Caules duos tresve pedes alti, digitum crassi, rigidi. Folia fere omnia radicalia, sed vaginis teretibus integris caulem longe vestientia, ceterum sessilia, ovalia, magna, saepius spithamam lata. Quae in caule re vera inseruntur folia vix nisi bracteae sunt, e quarum axillis rami paniculae prodeunt. Panicula amplissima, racemis lateralibus compositis subpubescentibus. Corolla fere tota viridis (unde nomen specificum alterum obtinuit), semiunciam vix longa. Capsulae fere ejusdem magnitudinis; valvulis diversarum capsularum ultra medium conjunctis costa communi.

ORD. 2. DIOECIA.

404. ACER.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1590. *Juss. gen p.* 278. *Gærtn. fr.* 2. *p.* 166. *t.* 116.

Florum omnium Calyx quinquepartitus, basi callum nectarinum gerens; Petala quinque extrorsum latiora patentia; stamina octo; stigmata duo. Masc. Stamina longitudine demum petalorum, sed Pistillum obsoletum e callo nectarino non emergens. Hermaphr. vel potius Neutrorum Stamina petalis triplo breviora vix dehiscentia et pistillum ejusdem longitudinis abortiens. Fem. antheræ subsessiles non dehiscentes, sed pistillum staminibus longius adolescens in capsulas duas divaricatas monospermas margine superiore alatas. — *Arbores nitide virentes, foliis oppositis lobatis, floribus lutescentibus. Ord. nat.* 35. *Trihilatæ?*

1163. ACER *platanoides:* foliis quinquelobis utrinque glabris: lobis dentibusque acuminatis, cymis erectis fastigiatis glaberrimis. *Linn. svec. n.* 924. *spec pl. ed. Willd.* 4. *p.* 986. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 595. *Sv. Bot. t.* 86. *Wahlenb Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Hülphers medelp. p.* 104.

Hab. in lucis fertilioribus Sveciæ temperatioris usque ad Vermlandiam ferrimontanam et Helsingiam frequenter; rarius postea ad radices montium quorundam ut Hyckjeberget Dalecarliæ, Liden Medelpadiæ et denique extra flumen Angermanniæ ad promontoria marina prope Nora et juxta Skulberget.

Arbor mediae magnitudinis, lata, umbrosissima, Svecis *Lönn*, Gothis *Lund,* initio frondescentiae florens. Folia plerumque manum expansam magna. Fructus alae apicibus circiter tres uncias a se invicem distantibus.

1164. ACER *campestre:* foliis trifidis: lobis obtusis bicrenatis, cymis erectis angustatis pubescentibus. *Linn. svec. n.* 925. *spec. pl. ed. Willd* 4. *p.* 989. *Decand. prodr. nat.* 1. *p.* 594. *Sv. Bot. t.* 409. *Flor. Dan. t.* 1288. *Forsander veg. scan. p.* 9.

Hab. in Scania australi sylvestri arenoso-clivosa jurisdictionis Wemmenhög paroeciæ Svedala prope

Brännemölla loco Nauerbacken dicto regionis Segeân sat copiose (*Fries*).

Arbuscula praecedente duplo triplove minor et contractior; ligno tenaciori, Svecis *Nafver* (Danis *Nauer*). Folia tribus unciis non longiora, subtus ad nervos eximie pubescentia, ceterum obscurioris coloris. Inflorescentia multiplo angustior, saepe subsimplex fere corymbosa. Flores quoque minores magis serotini. Fructus magis divaricati, minores.

405. FRAXINUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1597. *Juss. gen. p.* 118 *Gærtn. fr.* 1. *p.* 222. *t.* 49.

Flores omnes in nostra specie nudi (sine calyce et corolla) quodammodo diandri. Masc. magis conglomerati, inferne antheris solis sessilibus, superne pistillo sterilescente. Hermaphr. vel potius feminei in pedicellis magis elongatis subpaniculatis: antheris subpedicellatis ad latera plana germinis vix nisi in apice paniculæ dehiscentibus; germine ovato compresso elongato in stylum cylindraceum superne bifidum, adolescente in capsulam compressam superne foliaceam bilocularem sed demum plerumque monospermam. — *Arbores foliis oppositis pinnatis. Ord. nat.* 17. *Sepiariæ.*

1165. FRAXINUS *excelsior:* foliis pinnatis: foliolis lanceolatis acuminatis serratis subsessilibus glabris. *Linn. svec. n* 926. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 1099. *Sv. Bot. t.* 175. fem. *Flor. Dan.* 6. *t.* 969. fem. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 218. *Hartm. ibid.* 1818. *p.* 126.

Hab. in sylvis humidioribus Sveciæ temperatioris usque ad Vermlandiam fer. imontanam et Helsingiam passim.

Arbor procera, gemmis magnis atris, Svecice *Ask.* Flores antheris quoque atris pollen flavescens spargentes, e gemmis lateralibus propriis longe ante frondescentiam orti. Folia foliolis primum conduplicatis, demum a petiolo communi decidentibus. Capsulae circiter unciam longae, totae lanceolatae, per hyemem persistentes.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

CONSPECTUS.

Defectu florescentiæ secundum fructum hæ plantæ abeunt in sequentes Sectiones et Ordines.

I. Sectio. Capsulares: capsulis membranaceis a stirpe bene distinctis.

1. *Ord.* FILICES: *capsulis rotundatis, neque in stylum neque pedunculum elongatis, plerumque gyratis et in frondis aversa parte sitis (F. dorsiferæ) rarius in spicis (F. spicatæ), rarissime in axillis foliolorum vel aliter (Filicoideæ).*

2. *Ord.* MUSCI: *capsulis attenuatis in stylum plerumque etiam in pedunculum, sæpius operculatis (M. frondosi) rarius longitudinaliter dehiscentibus (M. hepatici).*

II. Sectio. Fructu crassioribus parietibus facto iisque stirpi magis similibus.

3. *Ord.* ALGÆ: *fructu a stirpe crustacea, foliacea vel coriacea facto, sæpius aperto plus minus scutelliformi in a) Terrestribus, plerumque magis clauso et tuberuliformi in b) Aquaticis.*

4. *Ord.* FUNGI: *fructu constituente majorem partem stirpis magis carnosæ vel fungosæ, eoque sæpius pileiformi, rarius sacciformi.*

In his omnibus Ordinibus primariæ et perfectissimæ formæ semper vulgatissimæ sunt, itaque eo magis characteri subjungi possunt. Incipit igitur quisque ordo non tantum Subdivisione principali verum etiam genere omnium optimo et maximo; ita etiam sæpius subdivisiones

sequentes. Sic *Filices* 1 *dorsiferæ* POLYPODIUM, 3 *muscosæ* LYCOPODIUM; *Musci* 1 *frondosi* HYPNUM, 2 *hepatici* JUNGERMANNIA; *Algæ* 1 *terrestres* LICHEN, 2 *Aquaticæ* FUCUS; *Fungi* 1 *Pileati* AGARICUS.

Quo contra magis a forma primaria discedunt eo pauciora genera eaque eo minora. Itaque appendicis loco subjungi possunt sine inconvenientia, quamquam primo intuitu aliena videntur.

Quoniam maximi sunt hi Ordines conspectum unicuique separatim suo loco anteponere convenit.

1. ORD. FILICES.

CONSPECTUS.

1) Dorsiferæ s. Gyratæ: capsulis gyratis in dorso frondis.

Caps. aggregatæ in puncta - - - - - - - - 406. POLYPODIUM
collect. in lineas involucro ext. tectas e venis ortas 407. ASPLENIUM
venis contrarias superfic. 408. BLECHNUM
marginales 409. PTERIS
dispersæ in venis apice laciniar. replicato sæpius tectæ 410. ONOCLEA

2) Spicatæ s. Agyratæ: capsulis crassioribus agyratis in marginibus frondis spicaeve.

Caps. in apice frondis in binas partes disrumpentes - - 411. OSMUNDA
in caule separate bivalves rachi compositæ adnatæ 412. BOTRYCHIUM
inter se connatæ in spicam simplic. 413. OPHIOGLOSSUM

App. a) Filicoideæ (fronde communi destitutæ) muscosæ: foliis fere muscorum fulcrantibus capsulam seminibus sæpe in tetraëdron connatis.

Capsulæ bivalves nudæ - - - - - - - - 414. LYCOPODIUM
evalves intra substantiam folii diclinæ - - - 415. ISOËTES
quadriloculares nudæ - - - - - - 416. PILULARIA

App. b) Filicoideæ verticillatæ: ramis verticillatis.

Capsulæ bivalves sub pelta spicæ. Semina elaterib. spiralib. 417. EQUISETUM
Capsulæ spirales et Globuli peltis compositi - - - - 418. CHARA

406. POLYPODIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1632.

Capsulæ aggregatæ in puncta subrotunda superficialia: involucro vel 1) nullo (Polypodio Sw.) n. 1166-1169. 1170? vel 2) in modum fimbriarum capsulas cingente (Woodsia Brown) n. 1171. 1172. vel 3) integro (Aspidio Sw.) eoque aut a) lineolæ laterali adfixo (Cyathea Smith) n. 1173-1175. aut b) subpeltato n. 1176-1179. — *Filices majores, radice repente in n.* 1166-1170. 1173. *cæspitosa in reliquis, sed maxima in ultimis præcipue Svecice Ormbunkar dictis.*

1166. POLYPODIUM *vulgare:* fronde pinnatifida; laciniis linearibus obtusis subserratis. *Linn. svec. n.* 944. *spec. pl. ed Willd.* 5. *p.* 172. *Sv. Bot. t.* 37. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1060. *Wahlenb. lapp. n.* 497. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 130.

Hab. in rimis et præruptis saxorum sylvaticorum totius Sveciæ ad Lapponiam sylvaticam usque frequenter; sed rarescit in insulis formationis transitionis Gotlandiæ Oelandiæque.

Radix crassitie pennae anserinae, flava, saporis dulcioris Svecis *Stensöta*, *Bergsöta* (totaque planta *Söthräken*). Frons ipsa nuda et laevis vix pedalis, punctis fructificantibus insignioribus flavis ornata, ultra hyemem magis persistens quam sequentium.

1167. POLYPODIUM *Phegopteris:* fronde subbipinnata subtus hirta; pinnis infimis deflexis; pinnulis baseos rachi adnatis rhombeis. *Linn. svec. n.* 945. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 199. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1241. *Wahlenb. lapp. n.* 500. *Zetterstedt. res.* 2. *p.* 20. *Hisinger herjed. p.* 50.

Hab. locis occultioribus sylvarum per plerasque provincias usque ad Lapponiam passim.

Radix filo vix crassior nigrescens. Frons quoque flaccida obscurius virens; pinnis infimis basi liberis et deflexis; punctis fructificantibus minutis albentibus submarginalibus.

1168. POLYPODIUM *Dryopteris:* fronde ternata; foliolis bipinnatis patulis; laciniis obtusis subcrenatis,

radice filiformi. *Linn. svec. n.* 949. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 209. *Engl. Bot.* 9. *t.* 616. *Wahlenb. lapp. n.* 501. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 20.

β. calcareum: fronde magis elongata, rachi glanduloso-pubescente, radice magis dentata. *Regensb. bot. Zeit.* 1825. *p.* 76.

P. calcareum *Smith Engl. Bot.* 22. *t.* 1525. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 48. 505. — 1821. *p.* 219.

Hab. in sylvis omnibus muscosis totius Sveciæ frequenter; *β* in calcareis montosis ex. gr. ad Osmundsberg Dalecarliæ optimum.

Radix adultior omnino tenuitate fili et nigerrima. Frondes etiam graciliores quam in proximis, fere spithamam et latae et longae; punctis fructus minoribus sub margines reflexos. — Hoc praecipue sub Quercu (Dryopteris) crescere crediderunt, cum praecedens sub Fago (Phegopteris). — *β* differt tantum habitu vegetior, fronde magis elongata, unde et pinnae angustiores, radice crassiore et ob stipites numerosiores magis dentata; quae omnes differentiae a solo fecundiore pendent. In calcareis campestribus macris ex. gr. ad Balsberg Scaniae forma intermedia observatur.

1169. POLYPODIUM *Thelypteris:* fronde pinnata: pinnis pinnatifidis integerrimis; fructiferis margine revolutis: punctis diffluentibus. *Linn. mant. p.* 505. *svec. n.* 939. (Acrostichum). *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 249. (Aspidium). *Flor. Dan. t.* 760. *Wahlenb. ups. n.* 646.

Hab. in sylvis paludosis cæspitosis Sveciæ temperatioris saltim usque ad Gestriciam passim.

Radix crassitie pennae columbinae, fere tota nuda, nigerrima. Frondes pedales et aliquantum ultra. Puncta fructificationis quidem submarginalia, sed magis vaga et lacinias frondis contrahentia quam in ceteris. Ex tenuioribus est, itaque etiam feminea Filix (Thelypteris) dicta.

1170. POLYPODIUM *Oreopteris:* fronde pinnata: pinnis pinnatifidis: laciniis margine undulatis obtusis, punctis fructiferis marginalibus demum confluentibus. *Ehrh. crypt. n.* 22. *Willden. spec. pl.* 5.

p. 247. *Flor. Dan. t.* 1121. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 340.

Hab. in monte quodam sylvatico infra alpes juxta vicum Täråker ad Bindalsfjord Helgelandiæ maxime meridionalis Norvegicæ.

Praecedente major (saepius bipedalis longitudinis) et robustior, pinnarum laciniis latioribus ideoque obtusioribus et punctis fructiferis magis marginalibus (unde forsan nomen speciei). Frondis superficies inferior quoque punctulis glandulosis resinosis evidentioribus et copiosioribus adspersa. In hoc etiam initia involucrorum aliquando deteguntur, quae omnino desiderari videntur in praecedente intra sectionem psevdopteridum a n. 1167. incipientem et punctis fructus minutis sub margines recurvatos integros insignitam primaria specie. Itaque si Aspidium in genus naturale reformaretur neutra illarum illic pertinerent.

1171. POLYPODIUM *ilvense:* fronde bipinnatifida: laciniis oblongis obtusis subcrenatis subtus stipiteque paleaceis, involucris fimbriatis. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 850. *it. vestrog. p.* 71. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 198. *Wahlenb. lapp. n.* 498.

Acrostichum ilvense *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 938. *Fl. Dan. t.* 391.

Woodsia ilvensis *Brown.*

Hab. in rimis saxorum etiam apricorum totius Sveciæ usque ad subalpina loca Lapponiæ frequenter; in calcareis autem formationibus junioribus rarescit.

Radix valde caespitosa et basibus stipitum delapsorum superstitibus dense obsita. Frondes plerumque spithamaeae, supra glabrae, sed subtus paleis ad venas et fimbriis ad fructificationes valde hirtae. Puncta fructificationis ad margines orta demum introrsum diffluunt; capsulis eximie fusco-aeneis.

1172. POLYPODIUM *hyperboreum:* fronde subbipinnatifida; pinnis inferioribus sterilibus semiorbiculatis trifidis crenatis subtus stipiteque epaleaceis, involucris fimbriatis. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 197. *Wahlenb. lapp. n.* 499. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 24.

Acrostichum hyperboreum *Liljeblad Vet. Ac. H.* 1793. *p.* 201. *t.* 8.

β. gracile: pinnis omnibus fructiferis elongatis stipiteque passim ciliatis. *Wahlenb. lapp.* — *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 134. — 1814. *p.* 100. (P. ilvense *β*?).

P. hyperboreum *Engl. Bot.* 29. *t.* 2023.

Hab. in fissuris rupium alpinarum Lapponiæ mediæ passim, ut in Kärpile ad Torneåträsk, ad Virihjaur pluribus locis, in Kalkisbout Lapponiæ Pitensis; nec non Jemtlandiæ ad Humlarne.

Praecedenti valde affine, sed minus (minimum hujus generis), vix digitum longum, et praecipue tenerius, glabrius. Stipes vix seta crassior, virens, tantum ad radicem paleaceus. Pinnae nullae plus quam tres lineas longae.

1173. POLYPODIUM *montanum:* fronde ternato-tripinnata deltoidea; pinnulis distantibus pinnatifidis; laciniis incisis dentatisve sublinearibus, involucris solitariis lateralibus. *Allion. pedem. n.* 2410. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 286. (Aspidium) *Schkuhr crypt. p.* 61. *t.* 63. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 128. *Wahlenb. lapp. n.* 507.

Hab. ad rupes occultiores tum in sylvis abiegnis prope alpes, ut Jemtlandiæ ad Hofverberget et in Frösön, Angermanniæ supremæ ad Tåsjöberget, Lapponiæ Åselensis inter Skansholm et Långsele, Nordlandiæ ad Sörfolden præfecturæ Saltensis pluribus locis, et in Nammats Lapponiæ Lulensis, tum in ipsis alpibus Lulensibus ad Jegna-apo et Jolli satis copiose.

Radix repens, subfiliformis, nigra. Stipes virescens, inferne paleis raris et obtusis adspersus, totus cum fronde circiter pedem longus. Frons tota saepe spithamam lata et longa, maxime et composita et divisa in hoc genere: laciniis nullis plus quam lineam latis.

1174. POLYPODIUM *fragile:* fronde bipinnata; pinnis oppositis; pinnulis distantibus obovatis inciso-dentatis, involucris lateralibus. *Linn. svec. n.* 948. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 280. (Aspidium). *Fl. Dan. t.* 401. *Wahlenb. lapp. n.* 506.

Hab. in fissuris rupium occultioribus per totam Sveciam ubique.

Radix subcaespitosa: caudice primario pennam gallinaceam crasso nigro. Stirps tota primum fragilissima omnium, vix pedem longa et uncias duas lata.

1175. POLYPODIUM *Filix femina:* fronde bipinnata; pinnulis lanceolatis acutis dentatis, involucris lateralibus. *Linn. svec. n.* 947. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 276. (Aspidium). *Engl. Bot.* 21. *t.* 1459. *Wahlenb. lapp. n.* 505.

Hab. in subhumidis sylvarum, ad radices rupium, per totam Sveciam frequenter.

Radicis caudex centralis circiter pennam anserinam crassus, ut bases stipitum extus nigricans, intus parum lutescens. Stirps reliqua etiam sequente longe tenerior, sed vix brevior, saepe ultra bipedalis. Involucra lanceolata, recta, hyalina; capsulis fuscescentibus.

1176. POLYPODIUM *Filix mas:* fronde bipinnata; pinnulis oblongis obtusis crenulatis, involucris subpeltatis, stipite paleaceo. *Linn. svec. n.* 946. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 259. (Aspidium). *Sv. Bot. t.* 51. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1346. *Wahlenb. lapp. n.* 504.

Hab. ad radices rupium alibique locis sylvaticis totius Sveciæ frequenter.

Maxima nostrarum vulgatiorum Filicum, prae ceteris Svecorum *Ormbunke* vel *Ormkagge.* Radicis caudex centralis digitum minorem crassus stipitumque bases extus rufae intus sulphureae. Frondes saepius plus quam bipedales. Involucra orbicularia, dimidia linea latiora, pallida, prope costas collecta; capsulis rufescentibus.

1177. POLYPODIUM *cristatum:* fronde subbipinnata; pinnulis ovatis obtusis superne argute dentatis, involucris subpeltatis, stipite paleaceo. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 848. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 252. (Aspidium). *Afzelius Vet. Ac. Handl.* 1787. *p.* 255. *t.* 9. *Sv. Bot. t.* 390. *Wahlenb. ups. n.* 652.

P. Callipteris *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69. *Rutström dissert. p.* 6.

Hab. in paludosis cæspitosis sterilibus sylvarum majorum frigidiorum saltim Sveciæ mediæ, ut Upsaliæ, Stockholmiæ, Gevaliæ passim parcius; etiam australis ut Hallandiæ et Scaniæ ad Skabersjö.

Quodammodo medium inter praecedentem et sequentem, sed utroque paullo simplicius vel minus divisum praecipue in statu sterilescente et versus basin. Fructificationes rariores et vix nisi apicem versus frondis, minores fere ut in sequente.

1178. POLYPODIUM *spinulosum:* fronde bipinnata ovata; pinnulis oblongis acutiusculis mucronato-serratis, involucris subpeltatis, stipite paleaceo. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 252. *Flor. Dan. t.* 707. *Willd. spec. pl.* 5. *p.* 262. *Wahlenb. lapp. n.* 503.

β. dilatatum: fronde inferne dilatata subtriangulari sterilescente.

P. Dryopteris *Flor. Dan. t.* 759.

Hab. in sylvis magis humosis totius Sveciæ fere ubique.

Affine Filici mari, at omnibus partibus tenuius, frondibus basi in latitudinem spithamae et ultra distentis, involucris saltem dimidio minoribus tenuioribus fere hyalinis. — *β* est forma macra abbreviata ad *α* se habens fere ut P. Dryopteris ad calcareum.

1179. POLYPODIUM *Lonchitis:* fronde pinnata; pinnis dentato-spinulosis semilunaribus: angulo baseos sursum verso, stipite paleaceo. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1548. *ed. Willd.* 5. *p.* 224 (Aspidium). *Fl. Dan. t.* 497. *Wahlenb. lapp. n.* 502. *Liljeblad Vet. Ac. Handl.* 1793. *p.* 203. *Hartm. ibid.* 1818. *p.* 134. *Zetterstedt res.* 2. *p.* 109.

Hab. in rupium sicciorum fissuris ad alpes Lapponicas rarius ut propre Torneåträsk et in Säkkok Lulensium, infra alpes per Finmarkiam occidentalem et Nordlandiam frequentius, denique prope alpes Jemtlandiæ in Totthummeln (nec non juxta limitem Norvegiæ usque ad Vermlandiam et Daliam raro, nisi ibi P. aculeati var. norvegica Hisinger norrig. p. 41).

Radix valde caespitosa, nigra, sed paleis longis rufescentibus stipitum tecta. Frons tota magis longa et angusta quam in ceteris, saepe pede longior sed bis uncia vix unquam latior, undique valde attenuata. Pinnae prope radicem tres

lineas tantum longae vel paleis stipitis breviores omnino deltoideae, sed versus medium frondis angulo inferiore disparente, superiore eo majore et acutiore producto fere in formam hastae seu lanceae (unde nomen speciei). Ceterum rigidior spinulis suis quam ulla alia species. Puncta fructifera lineas duas in quaque pinna occupantia, vix minora quam in Filice mare.

407. ASPLENIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1631.

Capsulæ aggregatæ in lineolas rectas, e venis frondium ortas, ipsis parallelas earumque involucro introrsum dehiscente tectas, sed margini contrarias. — *Filices minores, radice densius cæspitosa, frondibus* 1) *parallele dissectis n.* 1180-1182. 2) *pinnatis n.* 1183. 1184. 3) *simplicibus n.* 1185.

1180. ASPLENIUM *septentrionale*: fronde nuda subfiliformi partita laciniataque. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 307. *Sv. Bot. t.* 534. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 508. Acrostichum septentrionale *Linn. svec. n.* 937. *Fl. Dan. t.* 60.

Hab. in rimis petrarum et lapidum majorum per maximam partem Seciæ (usque ad Döraberget Angermanniæ: *Læstadius*) frequenter: rarescit autem in formationibus transitionis calcareis ut Gotlandiæ Oelandiæque.

Radix et bases stipitum ut in sequentibus nigro-fuscae, sed stipites ceterum toti virides, plerumque digito parum longiores; laciniis stipite vix duplo latioribus, fructificatione mox omnino tectis.

1181. ASPLENIUM *alternifolium*: fronde pinnata; pinnis alternis lanceolato-cuneatis apice dentatis: inferioribus bipartitis subsessilibus. *Wulfen in Jacqu. misc.* 2. *p.* 51. *t.* 5. *f.* 2. *Wahlenb. ups. n.* 654. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 350. (A. germanicum). *Sv. Bot. t.* 534. *f.* 2. (A. Breynii). *Retz. diss. obs. bot. p.* 27. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Aspegren bleking. p.* 72.

Hab. in rimis petrarum præcipue Seciæ mediæ et orientalis ad aquas majores passim, ut Stockholmiæ

ad Danviken, Ulriksdal etc. Upsaliæ in montibus Godtsundensibus, Gevaliæ etc.; rarius Smolandiæ in Solberget ad Vexiö et Blekingiæ.

Praecedenti valde affine, quamquam sequenti interdum similius videtur, colore fusco altius in stipitem adscendente, laciniis stipite multiplo latioribus ultra lineam latis: inferioribus aliquando breviter pedicellatis.

1182. ASPLENIUM *Ruta muraria:* fronde ternato-decomposita; pinnulis subrotundo-cuneiformibus crenulatis lobatisque. *Linn. svec. n.* 943. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 341. *it. gotl. p.* 178 228. *Vet. Ac. Handl.* 1741. *p.* 88. *Sv. Bot. t.* 306. *Flor. Dan. t.* 190. *Ahlquist runst. p.* 32. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 246. *Leche scan. p.* 28. *n.* 57. *Wahlenb. lapp. n.* 511.

Hab. in rimis petrarum calcarearum maritimarum Gotlandiæ et Oelandiæ quam frequentissime, Scaniæ passim, deinde prope oras maritimas præcipue ad Marmorbruket juxta Bråviken Ostrogothiæ usque ad Stockholmiam ex gr. ad Roslagstullen passim, nec non per Hallandiam et Bahusiam usque ad Nordlandiam et Finmarkiam rarius, denique etiam in petris calcareis ad lacus majores ut in Kinnekulle et in Persberget Vermlandiæ.

Brevius, sed crassius, latius et magis divergens nec non saturatius viride, Rutam magis referens quam praecedens species. Stipes totus cum fronde digitum tantum longus, viridis usque ad basin. Frons ipsa fere triangularis, unciam lata et eadem paullo longior; laciniis superne duas lineas latis, fere truncatis.

1183. ASPLENIUM *Trichomanes:* fronde pinnata; pinnis suboppositis sessilibus ovatis obtusis crenatis, rachi demum discolore persistente. *Linn. svec. n.* 942. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 331. *Sv. Bot. t.* 131. *Flor. Dan. t.* 119.

Hab. in rimis rupium sylvaticarum totius Sveciæ, usque ad Döraberget Angermanniæ (*Læstadius*) frequenter.

Radix valde congregata, nigro-fusca, emittens stipites saepe spithamaeos usque inter pinnas supremas ejusdem coloris et demum persistentes post casum pinnarum, unde Polytrichum offic. Svecis *Berg Lånke*, *Bergspring*, *Stenbryt* etc. Pinnae inferiores semper oppositae, parum ultra duas lineas longae.

1184. ASPLENIUM *viride:* fronde pinnata; pinnis suboppositis pedicellatis rhombeo-subrotundis inciso-crenatis, rachi concolore decidua. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 332. *Sv. Bot. t.* 462. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1289. *Wahlenb. lapp. n.* 509. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 101. — 1818 *p.* 134 139.

Hab. in rupium fissuris umbrosis subirrigatis infra alpes Lapponicas per Finmarkiam occidentalem et Nordlandiam passim, prope alpes Jemtlandiæ etiam pluribus locis; denique Vermlandiæ occidentalis Jössehärad paroeciæ Elgå prope Grässjötorp (*Rejman*).

Praecedenti valde affine, sed tenuius et viridius remanente colore fusco tantum in caudicibus stipitum. Pinnae quoque paullo magis irregulares, tres lineas longae, pauciores. Stirps tota enim rarius digito longior.

1185. ASPLENIUM *Scolopendrium:* fronde simplici basi cordata lingvæformi integerrima, lineis fructificantibus geminis demum confluentibus: involucro duplici. *Linn. svec. n.* 941. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 348. (Scol. offic.) *Sv. Bot. t.* 143. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 228. 256. (*Leche scan. p.* 21. *n.* 88.)

Hab. in crypta humida petræ calcareæ transitionis ad latus orientali-septentrionale insulæ Lilla-Carlsöen prope Gotlandiam copiose, (et loco subsimili ad Öfvedskloster Scaniæ olim).

Stirps longe maxima in hoc genere apud nos, saepe plus quam pedalis longitudinis, in infantili statu et ad radicem eximie paleacea (quod in nulla praecedentium). Stipes pennae columbinae crassitudinis. Frons indivisa saepe bis unciam lata. Radix penna anserina fere crassior, eximie flavescens, prae ceteris ad splenem usitata unde nomen, quod etiam Svecice *Mjält-ört*.

408. B L E C H N U M.

Schr. ed. gen. pl. Linn. n. 1627. Hedwig. theor. ed. 2. p. 93. t. 5.

Capsulæ collectæ in lineas venis contrarias sed costæ et marginibus parallelas; involucro introrsum dehiscente superficiali. — *Frons simpliciter et pectinatim pinnatifida; fertilis lineis fructiferis validis angustata.*

1186. BLECHNUM *Spicant:* fronde pinnatifida; laciniis sublinearibus obtusiusculis parallelis integerrimis fructu contractis. *Roth tent. fl. germ.* 3. *p.* 44. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 408. (B. boreale). *Wahlenb. lapp. n.* 515. *Hising. jemtl. p.* 74. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 101. *Wahlb. gothob. p.* 95. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 228. *Aspegren bleking. p.* 72.

Osmunda Spicant *Linn. svec. n.* 936. *it. scan. p.* 365. *Fl. Dan. t.* 99. *Montin Vet. Ac. Handl.* 1766. *p.* 246. *Leche scan. p.* 20. *n.* 87.

Hab. ad radices rupium infra alpes Nordlandiæ ex. gr. ad Rörstad, prope alpes Jemtlandiæ ex. gr. ad Skurdalsport, et dein per Sveciam occidentalem montosam, ut Vermlandiæ ad diversorium Gustafskrog, Vestrogothiæ ad Götheborg, Smolandiæ occidentalis frequenter usque ad diversorium Ingaryd, Hallandiæ ad Stjernarp etc. Scaniæ inter fodinam Lithanthracis Bosarpensem et Kalmaremölla, ad Helsingborg versus V. Ramlösa nec non ad Simontorp in Folahagen, Blekingiæ; denique etiam Gotlandiæ ad pagum Tjelders paroeciæ Boge.

Radix caespitosa, nigra. Stipites ad basin paleacei; frondium fructificantium crassiores fere usque ad apicem suum atropurpurei; sterilium tenuiores fere toti virides. Frondes uncia vix latiores, sed fructiferae saepe pedem longae, steriles breviores; laciniae steriles circiter duas lineas latae, sed fructiferae contractae in dimidiam latitudinem capsulis fuscis demum occupatam, apte Svecis *Björnkamm.*

409. P T E R I S.

Linn. gen. ed. Schr n. 1626.

Capsulæ collectæ in lineam tenuem ad marginem totum

frondis continuam; involucro a marginibus folii orto introrsum dehiscente. — *Frons magna subternata fructificationibus non angustata.*

1187. PTERIS *aquilina:* fronde supradecomposita; pinnulis lanceolatis acutiusculis: infimis pinnatifidis: superioribus minoribus. *Linn. svec. n.* 940. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 402. *Sv. Bot. t.* 90. *Wahlenb. lapp. n.* 512. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 36. *Hartman ib.* 1818. *p.* 139. *Hisinger jemtl. p.* 71. 72. *herjed. p.* 50.

Hab. ubique in sylvis sterilioribus præcipue arenosis per maximam partem Sveciæ scil. usque ad Silfberg paroeciæ Boda Dalecarliæ, Järfsö et Stöde Helsingiæ, Själevad, Arnäs etc. Angermanniæ, Vålgsjö Åselensium; sed infra alpes Norvegiæ usque ad Salten Nordlandiæ Norvegicæ passim.

Radix profunde repens, digitum minimum crassa; stipitibus solitariis Svecis *En-stabb*, superne trifidis (Svec. *Trejon?*). Frons tota circiter tripedalis altitudinis et pedalis latitudinis Svecis *Ormris* vel *Bråken*, quia rigidioris substantiae, attamen frigoris impatiens.

410. ONOCLEA.

Schreb. ed. gen. pl. n. 1624.

Capsulæ in venis pinnarum nudæ præter apices laciniarum replicatos et supra easdem plus minus contractos. — *Frondes fructiferæ itaque duplo magis angustatæ quam steriles, subternatæ in n.* 1188. *bipinnatifidæ in n.* 1189.

1188. ONOCLEA *crispa:* fronde supradecomposita alterne ramosa; foliolis sterilis extimæ ovalibus crenatis obtusis; fertilis contractis sublinearibus margine incurvo fructum tegente. *Brown prodr. p.* 6. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 395. (Pteris). *Fl. Dan. t.* 496. (Osmunda). *Wahlenb. lapp n.* 513. *Zetterst. res.* 2. *p.* 132. *Swartz Vet. Ac. H.* 1789. *p.* 128. (*Retz. obs. bot. p.* 32?).

Hab. in lapidosis lateribus alpium Lapponicarum exteriorum et magis orientalium passim,

ut ad Strandgård Porsangriæ et Alten Finmarkiæ, in Yllostunturi Lapponiæ Tornensis, in Säkkok et Kaskajvo prope Qvickjock Lapponiæ Lulensis, in Kåbdespakti et Örfjället Lapponiæ Pitensis copiose (an etiam in alpibus Dalecarlicis? *Retz.*).

Radix subrepens vel laxius caespitosa, rufo-fusca; caudicibus paleaceis, filiformibus. Stirps tota flavescens. Frondes fertiles longiores cum stipite plerumque spithamam emetientes; steriles latiores saepe bis unciam latae, subdeltoideae, foliolis sesquilineam latis praeditae. Capsulae flaventes primum sub margines frondis fere sibi contiguos occultatae, sed dein magis explicato foliolo nunquam linea latiore in paginam magis disperguntur. Involucrum valde inconspicuum, sed indivisum ut Cheilanthis generis esse nequeat.

1189. ONOCLEA *Struthiopteris:* fronde sterili bipinnatifida: laciniis sublinearibus obtusiusculis. *Swartz syn. fil. p.* 111. *Wahlenb. lapp. n.* 514. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 101. *Flor. Dan. t.* 169. *Gunn. norv. n.* 1. *t.* 1. *f.* 1-3. *Wahlb. goth. p.* 95. Osmunda Struthiopteris *Linn. svec. n.* 935. *it. vestrog. p.* 15. 33. 204. *scan. p.* 100. 101. *am. ac.* 8. *p.* 103. 105. *Leche scan. p.* 20. *n.* 86. *Vet. Ac. Handl.* 1744. *p.* 284. *Bjerkander ib.* 1776. *p.* 80. *Hisinger verml. p.* 11. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 29. *Web. et Mohr reis. p.* 100. *Fries nov. p.* 120.

Hab. in convallibus angustioribus ad rivos per regiones montosas Sveciæ passim, ut infra alpes Lapponicas Nordlandiæ Finmarkiæque occidentalis copiose, per Norrlandiam pluribus locis, Dalekarliæ ad Söderbärke etc., Vermlandiæ occidentalis ad lacum Flagan, Roslagiæ et Sudermanniæ rarius, Vestmanniæ prope Mälaren ad Gäddeholm, Nericiæ ad Hjelmarn inter Glashyttan et Sundby, in tota sylva Tiveden et ad montes transitionis Vestrogothiæ copiose, Ostrogothiæ, Hallandiæ passim, Scaniæ ad Maltesholm, Simontorp, insula Lybeck Krageholmensi alibique.

Radix condensata in formam rapae, unde Nericiis *Get-*

rofva. Stirps quoque capris in cibum vertitur, quare Nericiis *Get-mat*, aliis etiam pecoribus magis accepta quam ceterae filices, unde rusticis variis *Foder-bråken*, ceterum saepius bipedalis altitudinis, in orbem crescens, saturate viridis. Frondes steriles exteriores majores, dictae altitudinis, spithamam latae; laciniis interdum trium linearum latitudinis. Frondes fructiferae interiores duplo minores, plerumque tantum bis unciam latae, sed interdum pinnae prope apicem explicantur duplo majores situm capsularum in venis paginae optime ostendentes.

411. OSMUNDA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1622.

Capsulæ reticulatæ in binas partes disrumpentes aggregatæ in serraturas marginales rachium a parte superiore frondis quasi formatarum. — *Frons maxima decomposita.*

1190. OSMUNDA *regalis*: fronde bipinnata; pinnulis lanceolatis subintegerrimis basi inferne subauriculatis, panicula bipinnata in apice frondis. *Linn. svec. n.* 933. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 97. *it. scan. p.* 40. *Sv. Bot. t.* 336. *Flor. Dan. t.* 317. *Leche scan. p.* 20. *n.* 85. *Aspegren bleking. p.* 72. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 29. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 123.

Hab. locis humidis ad aquas Sveciæ temperatioris præcipue orientalis raro, ut Scaniæ ad Lillö prope Christianstad, Blekingiæ ad Nätrabyå, Hallandiæ maxime meridionalis in paroecia Våxtorp ad Tobodabäck et prope Laholm ad Evæbygget, Smolandiæ meridionalis paroecia Viresta in insula amni ad Fanhult, ad Läsebo, in Fylleå et ad Mortorp Calmariensis regionis; deinde tantum Gestriciæ in paroecia Hille ad Storbro inter Åbyggeby et Oslättforsbruk.

Radix crassa. Stirps facile maxima et pulcherrima nostrarum filicum, a praecedentibus eximie habitu recedens, rusticis Smolandicis *Safsabuske*, saepe quadripedalis altitudinis. Frons singula interdum pedem lata; foliolis digitum minorem et longis et latis. Panicula fructificans in apice

frondis palmam lata et saltem spithamam longa; spicis singulis pennam gallinaceam crassis. Capsulae magnitudine fere seminum Papaveris vel circiter sextuplo majores quam in praecedentibus Filicibus dorsiferis.

412. BOTRYCHIUM.

Swartz syn. fil. p. 171. Osmundæ spec. *Linn. gen. ed. Schr. n.* 1622.

Capsulæ bivalves coriaceæ rachi spicarum compositarum adnatæ. — *Radix fibrosa, caudice intus sobolifero. Folium compositum et fructificatio in eodem stipite, quo magis composita eo teneriora, unde species valde affines fere confluentes.*

1191. BOTRYCHIUM *Lunaria:* folio supra medium caulis subsessili pinnato; pinnis lunatis crenatis. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 61. *Sv. Bot. t.* 372. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 516.

Osmunda Lunaria *Linn. svec. n.* 934. *α. Fl. Dan. t.* 18. *fig.* 1.

β. pinnis divisis. B. rutaceum *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 62. *Regensb. bot. Zeit.* 1823. *p.* 127. 731.

Hab. in collibus et campis apricis totius Sveciæ usque ad Lapponiam inferiorem fere ubique sed parcius; *β* in maxime australibus passim ex. gr. Smolandiæ occidentalis ad Femsjö (*Fries*).

Planta circiter spithamaea. Folium totum uncia vix latius, pinnae omnes fere aequales saepe semiunciam latae Svecis *Låsgrås* vel *Fjätterört.*

1192. BOTRYCHIUM *rutaceum:* foliis ad basin caulis petiolatis ternato-bipinnatis; foliolis oblongis obtusis repandis. *Swartz syn. fil. p.* 171. *Flor. Dan. t.* 18. *f.* 2. *Sv. Bot. t.* 372. *f.* 2. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124.

B. matricarioides *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 62. *Fries nov. p.* 15. 38.

Osmunda Lunaria var. Bäckeana. *Linn. amoen. ac.* 8. *p.* 105.

Hab. locis glareosis valde apricis, subalpestribus Sveciæ septentrionalis et mediæ altioris rarius, ut Vestrobottniæ ad Luleå, Angermanniæ ad Anundsjö (*Læstadius*), Dalekarliæ paroecia Transtrand ver-

sus Hemfjället, Vermlandiæ ferrimontanæ ad Traneberg et fodinas Tabergenses, Helsingiæ atque Gestriciæ prope Gevaliam, Uplandiæ ad Noor in Torparkärret (*L. B. Hermelin*), Sudermanniæ ad Ryby in Hästhagen, Smolandiæ occidentalis ad Femsjö raro.

Folia triangularia vel potius latiora quam longa; pinnis lateralibus infimis eximie petiolatis saepe unciam longis; laciniis ultimis circiter bilinearibus. Caulis vel scapus foliis longior.

1193. BOTRYCHIUM *virginicum:* folio ad medium caulis subpetiolato deltoideo bipinnato: pinnis pinnatifidis; laciniis sublinearibus extrorsum dentatis obtusiusculis. *Swartz syn. fil.* p. 171. *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 64. *Sv. Bot. t.* 665. *Læstadius Vet. Ac. Handl.* ined.

Osmunda virginica *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1579.

Hab. in pratis meridiei obversis ad radices montium Angermanniæ interioris raro, sc. ad Tâsjöberget versus orientem a templo ad rivulum trans Dubbelhagen prope pagum Östra Tåsjö et var. B. rutaceo accedens ad Anundsjö septentrionem versus, parce lectum 1824 a *L. L. Læstadio.*

Planta tota quam praecedentes laetius viridis, tenuior et gentilior quasi ex alia orbis parte. Organisatio ejus quoque subtilior, unde etiam divisiones magis determinatae, folii exortus e caule altius confixus, pinnae brevius petiolatae magis opposite et regulariter divisae usque in lacinias omnes aequales concinne dentatas. Folii divisiones fere ut in Polypodio montano; laciniis ultimis linea non latioribus. Exemplaria nostra circiter spithamaea. Capsulae minores et magis flavae quam in praecedente.

413. OPHIOGLOSSUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1621. *Hedw. theor. p.* 91. *t.* 4. *f.* 5.

Capsulæ bivalves subcartilagineæ inter se connatæ in spicam simplicissimam dehiscentia capsularum articulatam. — *Radix fibrosa tantum gemmifera. Folium in caule simplicissimum indivisum.*

1194. OPHIOGLOSSUM *vulgatum:* folio caulino in-

fra spicam inserto ovato-oblongo. *Linn. svec. n.* 932. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 58. *it. gotl. p.* 62. 175. 225. *Sv. Bot. t.* 378 *Flor. Dan. t.* 147. *Bjerkander Vet. Ac. Handl.* 1776. *p.* 82. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 32. *Wahlb. goth. p.* 95. *Samz. neric. p.* 71. *Wahlenb. ups. n.* 658.

Hab. in pratis declivibus ad sylvas regionum magis campestrium Sveciæ temperatioris usque ad Vestrogothiam in Kinnekulle et Billingen, Nericiam prope Norrtorp et Ekeby, Uplandiam ex. gr. Upsaliæ et Roslagiam passim.

Planta longe simplicissima omnium Filicum, magnitudine valde varians, pollicaris — pedalis. Saporis dulcioris esse dicitur unde Nericiis *Herrekål,* Gotlandis *Låketunga.* Folium vix costa media instructum, sed vasa in reticulum dispersa. Spica praecipue post dehiscentiam capsularum mire in articulos subimbricatos fuscescentes duros divisa, unde Svecis *Ormskallrebråken*; apice attenuato lingvae serpentum comparato.

414. LYCOPODIUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1615. *Wahlenb. Nov. Act. Ups. VII. p.* 178. *t.* 6.

Capsulæ bivalves pulvere seminali in tetraëdron connato repletæ, rarius (in n. 1199.) simul aliæ ad sinus disrumpentes eoque modo subquadrivalves semina quatuor majora in tetraëdron quoque connexa includentes (quibus analogæ gemmæ in ultima specie). — *Planta surculis saltem basi plus minus repentibus* (*Svecis* Lummer), *foliis imbricatis minutis indivisis*; 1) *spicis intra squamas capsuliferis n.* 1195-1198. 2) *spicis intra folia ceteris majora capsuliferis n.* 1199. 1200. 3) *capsulis intra folia plantæ sparsis. n.* 1201.

1195. LYCOPODIUM *alpinum:* foliis quadrifariis imbricatis, ramis erectis dichotomis: spicis sessilibus solitariis. *Linn. svec. n.* 957. *lapp. n.* 417. *t.* 11. *fig.* 6. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 20. *Flor. Dan. t.* 79. *Wahlenb. lapp. n.* 518. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 105.

Hab. in campis collibusque omnium alpium Lappo-

nicarum præcipue humiliorum et Svecicarum subsimilium ubique.

Caulis per plures pedes immo orgyam repens; rami vero vix digitales per dichotomiam crebro divisi, penna gallinacea tenuiores; foliis glaucescentibus vel potius caerulescentibus. Spicae in apicibus ramulorum non tantum sessiles sed etiam ipsae ob brevitatem harum partium semiuncia non longiores; squamis crassioribus lividi coloris neutiquam scariose marginatis. Sequenti valde affine.

1196. LYCOPODIUM *complanatum:* foliis subquadrifariis: superficialibus oppositis obsoletioribus, ramis complanatis: spicis pedunculatis (geminis). *Linn. svec. n.* 958. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 19. *Sv. Bot. t.* 95. *Fl. Dan. t.* 78. *Wahlenb. lapp. n.* 517.

β. spicis bigeminis, ramis angustioribus. *Dillen. musc. p.* 448. *t.* 59. *fig.* 3.

γ. spicis solitariis, ramis minus complanatis.

Hab. in sylvis sterilibus totius Sveciæ minus frequenter; *β* in scopulis marinis ad Telegrafsberget prope Götheborg (*L. B. Wrangel*); *γ* in subalpinis satis frequenter.

Radix valde repens, sed planta ceterum satis erecta tota complanata Svecis *Jemna* vel *Fårg-Lummer*; ramis circiter sesquilineam latis. Spicarum pedunculi saepius longitudine digiti, foliolis ternatim substellatis distantibus praediti. — *β* rami et pedunculi crebrius divisi; *γ* rami superiores simpliciores et pedunculi foliolis tantum oppositis.

1197. LYCOPODIUM *clavatum:* foliis sparsis enervibus filamentosis, spicis pedunculatis subgeminis. *Linn. svec. n.* 952. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 16. *Sv. Bot. t.* 59. *Flor. Dan. t.* 126. *Wahlenb. lapp. n.* 519.

Hab. in sylvis sterilibus subhumidis omnis Sveciæ ubique.

Surculi longe prorepentes et rami quoque depressi, apices annotinos tantum erigentes, Svecis *Mattegrås.* Folia inferne patula, dein apicem aliquantum incurvantia: pilo albido serrulato. Spicae pedunculo fere digitali semper elevatae; squamis pilo breviore terminatis obsoletius octofariis. Farina cum spica *Lumrik,* an *Lumrök?*

1198. LYCOPODIUM *annotinum*: foliis quinquefariis patulis subserratis, ramis annotino-articulatis: spicis sessilibus solitariis. *Linn. svec. n.* 956. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 25. *Sv. Bot. t.* 570. *Fl. Dan. t.* 127. *Wahlenb. lapp. n.* 520.

Hab. in sylvis majoribus valde muscosis Sveciae totius passim.

Surculi longe repentes magis flexiles Svecis *Refgrås* vel *Kalfrefvor*; ramis erectis saepe spithamaeis, ob folia patula crassioribus et in articulos annotinos perevidentes divisis. Spica fere ultimi articuli instar sessilis.

1199. LYCOPODIUM *Selaginoides*: foliis sparsis lanceolatis patulis dentato-spinulosis; superioribus majoribus spicam foliosam constituentibus, capsulis inferioribus tetraspermis. *Linn. svec. n.* 955. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 28. *Sv. Bot. t.* 612. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 70. *Dill. musc. p.* 460. *t.* 68. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 522. *t.* 26. *f.* 2. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 101. *Swartz ib.* 1789. *p.* 49.

Hab. locis subhumidis ad aquas per regiones alpinas proximasque sylvaticas a summa Lapponia usque ad Vermlandiam ferrimontanam et Dalecarliam inferiorem subsimilem ex. gr. prope Billsjö, passim; nec non in maritimis septentrionalibus usque ad Roslagiam copiose.

Stirps tenuissima sui generis, praecipue partibus inferioribus. Radix omnino setacea, ita quoque surculi vagi ad terram serpentes; foliis linea non longioribus. Caules vel potius spicae fructiferae solae eriguntur, uncias duas plerumque elevatae. Folia fructifera patentia, duas lineas longa, rigidula.

1200. LYCOPODIUM *inundatum*: foliis sparsis attenuatis integerrimis; ramorum erectorum majoribus spicam foliosam constituentibus, caule repente. *Linn. svec. n.* 954. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 25. *it. scan. p.* 417. *gotl. p.* 316. *Sv. Bot. t.* 612. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 556. *Dillen. musc. p.* 452. *t.* 62. *f.* 7. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 124. *Osbeck*

götheb. handl. 4. *p.* 30. *Wahlb. gothob. p.* 95. *Retz. oec. p.* 456.

Hab. in paludibus limosis atris Sveciæ præcipue mediæ et interioris non raro, ut Vermlandiæ ferrimontanæ ad Kroppa, Taberg alibique, Vestmanniæ ad Loka et Skinskatteberg omnino frequenter, Upsaliæ ad Börjesjö, Gestriciæ in paroecia Hille, Vestrogothiæ septentrionalis in insula Harfvadsholmen lacus Velen, Ostrogothiæ prope Godgård ad Axhultasjön, Smolandiæ ad lacum Möckeln, Lenhofda, Femsjö etc., Hallandiæ in Hasslöf et denique Scaniæ ad Ystad.

Stirps humillima, repens tum caule cum ramis ceterum filo fere crassioribus, rigidis. Folia caulina duas lineas longa, mollia. Spicae vel, si mavis, rami fructiferi soli erecti uncia parum altiores; foliis capsularum tres lineas longis, sed erectiusculis, mollibus.

1201. LYCOPODIUM *Selago:* foliis octofariis subimbricatis lanceolato-subulatis, caule dichotomo fastigiato, capsulis axillaribus sparsis. *Linn. svec. n.* 955. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 49 *Sv. Bot. t.* 119. *Flor. Dan. t.* 104. *Wahlenb. lapp. n.* 521.

Hab. ad saxa magis aprica totius Sveciæ saltem primitivæ formationis etiam alpinæ fere ubique.

Praecedentibus omnibus crassius et densius, ramis plerumque digito minimo non angustioribus compositum, Svecis *Lus-Lummer.* Capsulae intra folia plurima et supra eas ad apices ramorum involucrum pentaphyllum gemmam etiam pentaphyllam eodem tempore decidentem gerens.

415. ISOËTES.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1620. *Wahlenb. Nov. Act. Ups. VII. p.* 178. *t.* 6.

Capsulæ in basi foliorum subinclusæ nervoque ipsorum adfixæ, membranaceæ, evalves, uniloculares: receptaculis filiformibus e nervo provenientibus. Seminula in aliis capsulis pulveracea, primum quaternatim connata. Semina majora in aliis capsulis etiam numerosa, primum in tetraëdron conjuncta, demum soluta ad basin areolis ternis triangularibus notata. — *Planta acaulis quodammodo bulbiformis, foliis subulatis.*

1202. ISOËTES *lacustris:* *Linn. svec. n.* 951. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 554. *it. scan. p.* 417. 419. *c. f. amoen. acad.* 8. *p.* 45. *Rogberg smol. p.* 22. *Sv. Bot. t.* 600. *Fl. Dan. t.* 191. *Wahlenb. lapp. n.* 523. *Osbeck götheb.* 4. *p.* 50. *Wahlb. gothob. p.* 96. *Næzén in Fant diss. de Ulricæhamn p.* 52. *Aspegren bleking. p.* 75.

Hab. sub aqua in lacubus et fluviis majoribus pacificis per provincias plerasque montosas et sylvaticas, ut Lapponiæ interioris ex. gr. paroeciæ Jockmock, Vermlandiæ ferrimontanæ frequenter, Nericiæ in Tysslingesjön, Roslagiæ, Sudermanniæ in Yngen, Ostrogothiæ septentrionalis ad Godgård, Vestrogothiæ in Hunneberg alibique, Smolandiæ in Möckeln etc., Hallandiæ in Sjöaltssjö paroeciæ Våxtorp, Blekingiæ in Nätrabyå.

Radix fibrosa, supra quam capsulae numerosae in talcolo caudicis intra folia intumescentiam fere bulbiformem efficiunt. Seminula omnia nivea; majora seminibus Papaveris paullo grandiora. Folia uncialis — pedalis longitudinis, subtetragona, intus loculis quatuor. Svecis *Braxengrås* vel *Andgrås.*

416. PILULARIA.

Linn. gen. ed. Schr n. 1619. *Hedwig theor. ed.* 2. *p.* 109. *t.* 8.

Capsula radicalis libera, globosa, coriacea, evalvis, quadrilocularis. Receptaculum in quovis loculamento unum, parieti externo versus basin adnatum, inferne semina lagenæformia superne seminula pulveracea gerens. — *Planta radice repente filiformi, foliis setaceis.*

1203. PILULARIA *globulifera:* *Linn. svec. n.* 950. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 555. *it. scan. p.* 596. *Rogberg smol. p* 21. *Sv. Bot. t.* 599. *Flor. Dan. t.* 223. *Dillen. musc. p.* 538. *t.* 79. *f.* 1. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 50. *Retz. diss. obs. bot. p.* 28. *Aspegren bleking. p.* 75. *Rosén Nov. Act. Ups. VIII. p.* 228. *Wahlb. gothob. p.* 96.

Hab. in pascuis limosis a fluvio quodam in mare mox exeunte inundatis per provincias extimas non raro, ut Scaniæ ad Christianstad in Isternäset, Beckhofvet

etc. copiose, item inter diversorium Ingelstorp (paroeciæ Ströfvelstorp) et Engelholm, Blekingiæ ad Nätrabyå prope Greby, Thorhamn, Hallandiæ meridionalis ad Hasslöfså infra Hasslöf multis locis. Gotlandiæ in paroecia Fröjel; nec non Smolandiæ occidentalis frequenter, etiam ad Diö, Sommen etc., Gothoburgi ad Delsjön et ad Torfmossen prope Kâltorp.

Perennis videtur radice vel si mavis caudice repente tenuitate plus quam fili, ad spatium non nullarum linearum radiculas et folia fere setae tenuitatis et parum plus quam unciam longa emittens. Ramuli simul egrediuntur brevissimi inferne folia gerentes, superne fructu terminati. Capsula granorum piperis magnitudine, extus hirtula, colore murino, per totum fere annum obvia. — Sola planta Filicina, quae a numero binario filicum in numerum quaternarium Muscorum respectu divisionis pericarpii abit.

417. EQUISETUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1614. *Hedw. theor. ed.* 2. *p.* 82. *t.* 1. 2.

Spica composita squamis peltatis orbiculato-polygonis. Capsulæ sub quaque squama 4-7 undique adfixæ, introrsum longitudinaliter dehiscentes. Seminula numerosissima globulosa, spiraliter obvoluta filis quatuor apice incrassatis siccitate se exporrigentibus. — *Planta radice perenni repente, caulibus articulatis: vaginis* 1) *scariosis inæqualiter dentatis n.* 1204. 1205. 2) *herbaceis vel durioribus æqualiter dentatis* a) *caule lævi n.* 1206-1208. b) *scabro n.* 1209. 1210.

1204. EQUISETUM *arvense:* scapo fructificante cellulari vaginis scariosis inæqualiter sexpartitis caduco, caule sterili ramis simplicibus tetragonis. *Linn. svec. n.* 928. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 1. *Sv. Bot. t.* 474. *Wahlenb. lapp. n.* 524.

Hab. in pratis, arvis et campis aliquantum declivibus etiam alpinis totius Sveciæ ubique.

Caules vel potius scapi fructificantes propullulant primo vere mense germinationis, toti pallidi praeter vaginas rufescentes, circiter spithamaei, spicis etiam pallidis (Angerman-

nis *Göks-bell*) copiosius fumantibus quam sequentium; qui caules ante aestatem cadunt sine ramis ullis. Caules steriles dein prodeunt stolonum instar oblique patentes vel saltem apice nutantes, Svecis *Råfrumpor*.

1205. EQUISETUM *sylvaticum:* caule sexangulo cellulari: vaginis superne scariosis inæqaliter trifidis, ramis ramulosis subtetragonis. *Linn. svec. n.* 927. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 3. *Flor. Dan. t.* 1182. *Wahlenb. lapp. n.* 525.

β. minus: ramis simplicioribus subtriquetris. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 504.

E. umbrosum *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 3. *Aspegren bleking. p.* 73.

E. amphibolium *Retz. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 12.

Hab. in sylvis subhumidis totius Sveciæ frequenter; *β* præcipue in regionibus australioribus non raro observata.

Caules aliquantum serius prodeunt, primum spicis fere similibus ac praecedentis tantum minoribus praediti, sed vaginis inferne totis viridibus et tantum superne scariosis fuscescentibus obtusis, demumque ramis arcuatim recurvatis (Svecis australioribus *Pogräcker*, *Tåpperäcker*, Medelpadis *Grangrås*, Jemtlandis *Håstgröning*), plus minus compositis, laete virentibus, multo tenuioribus quam sequentium. — *β* quasi regressus versus praecedentem.

1206. EQUISETUM *palustre:* caule sexangulo cellulari; vaginarum dentibus æqualibus scariosis subhyalinis, ramis patentibus spica brevioribus tetragonis. *Linn. svec. n.* 929. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 5. *Sv. Bot. t.* 402. *Fl. Dan.* 7. *t.* 1183. *Wahlenb. lapp. n.* 526.

Hab. in paludosis sylvaticis Sveciæ omnis minus copiose.

Ob locum Svecis *Roxne-* vel *Ronegrås*, item *Kårrskåfte*. Totum aestivale, ultra pedale, saturatius viride. Spicae fuscae e vaginis elevatae et ramorum supremorum apicibus duplo altiores. Caulis penna gallinacea vix crassior, vaginis totis viridibus praeter dentes breviores fuscescentes. Rami patenter surgentes, saepius spiciferi quam in sequentibus.

1207. EQUISETUM *limosum:* caule multisulcato fistu-

loso; vaginarum dentibus æqualibus coloratis, ramis obsoletis inæqualibusve. *Linn. svec. n.* 931. *Engl. Bot. t.* 929. *Wahlenb. ups. n.* 666.
E. Heleocharis *Ehrh. beitr.* 2 *p.* 159.
Hab. in rivulis limosis prope sylvas per regiones ceterum campestres a Scania ad Helsingiam passim.

Sequentis forsan varietas praecocior. Caulis saepe penna anserina crassior, bipedalis, minus durus et fragilis. Vaginarum dentes in caule nigro-fuscescentes, sed in ramis omnino virides. Spicae omnium crassissimae fere semunciam latae, etiam nigro-fuscescentes, in vaginis sessiles.

1208. EQUISETUM *fluviatile:* caule multisulcato fistuloso, vaginis margine dentibusque coloratis, ramis erectis spicam superantibus. *Linn. svec. n.* 930. *it. vestrog. p.* 46. 48. *Rogberg smol. p.* 21. *Flor. Dan. t.* 1184. *Kalm bohusl. p.* 297. *Vet. Ac. H.* 1742. *p.* 124. (de usu). *Wahlenb. lapp. n.* 527. *ups. n.* 667.
Hab. in fluviis pacificis adjacentibusque lacubus præcipue per regiones sylvaticas et montanas interiores a Lapponia saltem usque ad Vestrogothiam et Smolandiam frequenter; in Vermlandia ferrimontana omnium copiosissime.

In aqua profunditate nonnullorum pedum quasi prata constituit incolis dictae regionis *Fråkenbottnar* nuncupata, post foenisecium interdum ex scapha metienda. Planta ipsa (*Fråken*) magis ex caeruleo viridis et fragilis, australioribus *Knarfvel, Stroppel* etc. Caulis penna anserina aliquantum crassior; vaginis superne omnino aterrimis. Ramorum quoque vaginae dentibus atris (ut in nulla praecedentium). Spica caule parum crassior aterrima. — Itaque nostra planta longe distat ab E. Telmateja Ehrh. in Svecia non observato.

1209. EQUISETUM *hyemale:* caulibus multisulcatis scabris fistulosis nudis, vaginis basi margineque coloratis; dentibus deciduis subulatis, spicis subinclusis. *Linn. svec. n.* 931. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 8. *Sv. Bot. t.* 330. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1469. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 29. *Samzel. neric. p.* 71. *Wahlenb. ups. n.* 668. *lapp. n.* 529.

Hab. in ericetis sylvaticis subhumidis arenosis totius Sveciæ passim; Lapponiæ præcipue ad ripas fluviorum.

Hyeme perdurat et vix discussa nive floret spicis aterrimis minoribus quam omnium praecedentium. Ceterum caules multi simplicissimi, circiter pennam anserinam crassi, duri et scabri, Svecis *Skafrör*, *Skäfte*, *Skurgräs*. Vaginae primum totae aterrimae, dein medio albescentes variegatae.

1210. EQUISETUM *reptans:* caulibus vagis subrepentibus subquinquangulis scabris intus cellularibus, vaginis colorate marginatis; dentibus subsetaceis persistentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 528.

E. variegatum *Willden. spec. pl.* 5. *p.* – *Engl. Bot.* 28. *t.* 1987. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 101.

Hab. in rupibus alpinis et subalpinis nec non ad ripas fluviorum a Lapponia usque ad Osmundsberg Dalekarliæ passim; nec non in litoribus maris Roslagiæ.

Praecedentis forsan varietas reptans multo magis divisa: cauliculis filo non multum crassioribus, plerumque digito non longioribus. Vaginae superne aterrimae, sed sinubus vel marginibus, dentes distingventibus, albidis.

418. CHARA.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1203. *Wallroth ann. bot. p.* 157. *t.* 1-5.

Fructificatio duplex: 1) Globuli colorati sub axillis ramulorum siti et compositi peltis circiter quatuor triangularibus radiatim striatis et fila quoque radiantia tegentibus (spicis Equiseti forsan analogi); 2) Nuculæ virides in axillis ramulorum inclusæ, indumento spirali tectæ: testa atra duriuscula: nucleo albissimo granulato (fructibus Algarum forsan similiores). — *Plantæ aquaticæ submersæ articulatæ (sine vaginis); internodiis* 1) *evidenter striatis* a) *granulatis fragilibusque n.* 1211. b) *setaceo-aculeatis n* 1212. c) *vesiculari-aculeatis n.* 1213. 2) *sine striis evidentibus: internodiis* a) *inanibus n.* 1214. b) *intus subgelatinosis n.* 1215.

1211. CHARA *vulgaris:* caule vasculoso striato fragili scabriusculo; ramis suboctonis apice nudis, bracteis

fructu sublongioribus. *Linn. svec. n.* 1131. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 183. *Engl. Bot. t* 536. *Wahlenb. ups. n.* 669. *Hartman Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 129.

* papillata: granulis nonnullis papillæformibus. *Wallroth ann. p.* 183. *Bruzel. char. p.* 21.

β. viridior, gracilior, bracteis brevioribus. *Hedwig theor. t.* 34. 35. *Flor. Dan. t.* 150.
Ch. Hedwigii *Bruzel. char. p.* 21. 7.

γ. pulchella: gracillima, magis elongata et simplex: bracteis fructu brevioribus. *Wallroth ann. p.* 184. *t.* 2. *Bruz. char. p.* 8.

Hab. in aqua minus pura campestri Sveciæ temperatioris a Scania ad Uplandiam, dein tantum β ad Vermlandiam ferrimontanam et Gestriciam passim, nec non denique Jemtlandiæ; γ in aquis subsalsis Stockholmiæ et Ostrogothiæ; * in calcareis Oelandiæ ex. gr. ad Åleback.

Planta primaria filo saepe crassior et ejus modo contorta, cinerascens, valde fragilis (*Spröd Lavring* Fischerstr. *Stråffse* Retz.) idque ob parietes granulatos duriores siccitate non tam collabentes ut in sequentibus. β et γ duplo triploque teneriores, sed tamen internodia vix collabescentia, itaque saltem siccitate adhuc fragilia. Nuculae autem et praecipue globuli multo minores quam in proximis duabus, vix majores quam in ultimis speciebus.

1212. CHARA *hispida:* caule vasculoso striato flexili aculeis setaceis ipsius diametro sublongioribus, ramis subsenis apice ramulosis. *Linn. svec. n.* 1133. *it. gotl. p.* 221.
Ch. aspera *Wallroth ann. p.* 185. *t.* 6. *f.* 3. *Willden. Act. Nat. Scrut. Berol.* 3. *p.* 298. *Bruzelii char. p.* 12. 22.

β. major: aculeis crebrioribus. Ch. hispida *Wallroth p.* 187. *t.* 4. *Bruzel. char. p.* 9. 20.

γ. crinita: flexilissima, aculeis subcapillaribus diametro caulino aliquoties longioribus. — Ch. crinita *Wallroth ann. p.* 190. *t.* 5. *Videgr. österg. p.* 26. *Aspegren bleking. p.* 65. *Bruzelii char. p.* 10 19. *Fries nov. p.* 57.

δ. baltica: aculeis latioribus, ramis ultimis inflatis.
Ch. baltica *Fries* — *Aspegren blek. p.* 65. *Bruzelii char. p.* 11. 19.
Ch. tomentosa *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 26.
Hab. α in mari ad litora Roslagiæ et dein passim usque ad Angermanniam (ibique sola) nec non ab altera parte versus Scaniam passim; β et γ tantum ab Ostrogothia ex. gr. in Mörjevik prope Stegeborg ad Blekingiam (et rarius Scaniam usque) copiose; δ infra Oelandiam per Blekingiam, Scaniam et Hallandiam frequenter.

Hae omnes formae, si ullae, nimium differre primo intuitu videntur ut sub una specie cogantur, et tamen serie continua praecedentem speciem cum sequente conjungunt, adeo ut valde dubitem an ulla earum eximenda. Omnes in apices ramulosos ab aculeis vix distingvendos abeunt. α Linnaei primaria forma parum crassior praecedente specie, etiam flexilis. β caulis crassitiem pennae columbinae interdum attingit, semper eximie viridis. γ ceteris magis singularis eo quod, antequam ad formam magis membranaceam sequentis abit, flexilitatem et angustiem summam assumit, et tam contorquata evadit ut aculei fasciculati appareant. δ versus sequentem manifeste accedit apicibus ultimis inflatis utriculos simplicissimos referentibus. Ejusdem etiam magnitudinis et habitus est.

1213. CHARA *tomentosa:* caule vasculoso sulcato chordæformi flexili; aculeis demum inflatis ovatis obtusiusculis ramulos æquantibus. *Linn. svec. n.* 1132. *Bruzelii char. p.* 13. 20.
Ch. latifolia *Willd. Act. Nat. Scr. Ber.* 3. *p.* 299.
β. magis conglomerata, ramulis brevioribus. *Fries nov. p.* 57.
Ch. ceratophylla *Wallroth ann. p.* 192. *t.* 5. *Fl. Dan. t.* 1656.
Hab. in mari orientali ad litora Roslagiæ copiose, Ostrogothiæ parcius, ad Vestervik rarissime, nec aquam magis salsam et australem petere videtur.

Haec forma, ad transitum versus Charas simplicissimas (non striatas) posita, distentionem summam eamque constantem accepit. Ceterum fere ut in sequentibus ramuli etiam ultimi

fere tam lati ac caulis, circiter lineam crassi. Globuli omnium maximi, Brassicae Napi semina aequantes, pulcherrime aurantiaci, quem colorem in statu vivo etiam ad plantam fere totam quasi diffundunt vel per superficiem dispergunt, sed ita ut exsiccatione pereat color et superficiem viridem subjacentem permittat. Haec mutatio coloris ansam nominis Linnaeo dedisse videtur, quasi a tomento tenuissimo per exsiccationem evanescente dependeret.

1214. CHARA *flexilis:* caule fistuloso lævissimo filiformi, ramis subdichotomis, fructibus ebracteatis lateralibus. *Linn. svec. n.* 1154. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 187. *it. gotl. p.* 215. *Wallroth ann. p.* 176. *Bruzel. char. p.* 15. 23. *Wahlenb. ups. n.* 670. *lapp. n.* 415.

β. marina: nitida, ramentis fructibusque congregatis. Ch. nidifica *Flor. Dan. t.* 761. *Engl. Bot. t.* 1703. *Bruzelii char. p.* 17. 23.

Hab. in aquis dulcibus purioribus usque ad Lapponiam subalpinam satis frequenter; in mari usque ad Roslagiam parcius.

Tota e tubis simplicissimis ubique fere ejusdem crassitudinis setâ parum crassioribus constituta, semper viridis et non parum nitida praecipue in mari (β), ubi etiam undis agitata ramosior.

1215. CHARA *gracilis:* caule capillari lævissimo elongato, ramentis acuminatis furcatis, fructibus subsolitariis. *Engl. Bot. t.* 2140. *Bruz. char. p.* 17. 24. Ch. capitata *Fries nov. p.* 96.

Hab. in foveis et rimis petræ arenariæ molendinaris aqua repletis ad Höör Scaniæ.

Praecedente tenuior sed intus solidior fere ut Rhizomorpha quaedam, cujus habitum in rimis angustissimis petrae omnino assumit. Ramuli simul ac fructus plus minus aggregati variare videntur ut in praecedente. Quantum conformatio hujus et praecedentium omnium specierum generis ab aquae et fundi indole dependeat parum scimus, itaque in speciebus distingvendis cauti esse debemus.

2. ORD. MUSCI.

CONSPECTUS.

1. MUSCI FRONDOSI: capsula operculata (s. pyxis).

A. Hypnoidei: fructus e gemma axillari,

a). Peristomio duplici: exteriore dentibus 16;

Interiore inferne indiviso superne laciniis oppositis 16 cum interjectis ciliis 419 HYPNUM

sine interjectis ciliis 420. LESKEA

ciliis altern. 16 distinctis (sine laciniis conjungent.) 421. NECKERA

indiviso conico transverse cancellato – – 422. FONTINALIS

b). Peristomio simplici:

Dentibus 16 bifidis – – – – – – – – – – – 423. FISSIDENS

indivisis – – – – – – – – – – 424. PTEROGONIUM

B. Bryoidei: fructu ex apice caulis ramorumve:

a). Peristomio duplici:

* exteriore dentibus 16 distinctis liberis rectis longitudine interioris;

Interiore inferne indiviso superne laciniis 16 cum interjectis ciliis.

[*Masc. disciform.* 426. MNIUM

capitulif. 425. BRYUM

sine interject. ciliis 427. POHLIA

ciliis 48-64 cancellatim confluentibus

[*in cupulam inversam* 431. TIMMIA

ad medium indiviso apicibus 16 bifidis – – 433. BARTRAMIA

** exteriore vario (sed nunquam deficiente):

Dentib. 16 superne extenuatis membranæ interioris adglutinatis 428. PTYCHOSTOMUM

abbrev. obtusis; inter. inf. perfor. sup. fornicif. 429. CINCLIDIUM

columnis connex. v. liberis – 430. MEESIA

obliqu. in centr. planum connex.; interioris liberis 432. FUNARIA

vel 8; interiore ciliis alternis totidem vel nullis.

[*Calyptra mitræform.* 435. ORTHOTRICHUM

32-48 brevibus interioris membranæ transversæ adglutinatis 436. POLYTRICHUM

b). Peristomio simplici,

* interno: intra conum rectum incluso, magis membranaceo vel in cilia tenuissime diviso.

Membrana conica apice aperta 16:plicata; extrorsum nuda

[*vel ciliis tecta* 434. BUXBAUMIA

acumine clauso; inf. rimis 16 dehiscens 444. CONOSTOMUM

cylindrac. composit. ciliis spiralib. plus minus. lib. 445. TORTULA

Ciliis rectis 32 geminatim sitis vel per trabeculas copulatis.
[*Calypt. cucull.* 440. Didymodon

** medio: conum rectum constituente.

Dentibus 16 indivisis. Calyptra campanulata - - - 443. Encalypta
cucullata - - - - 441. Weissia
mitræformis - - - - 442. Grimmia

*** externo: extra conum rectum prominente:

crassiore infra medium; dentibus 16 bifidis. Calypt. cucull. 437. Dicranum
fissis. Calypt. mitræf. 438. Campylopus
ad basin; dentib. 16 bipartitis. Calypt. mitræf. 439. Trichostomum
elastico; dentibus 8 bipartibilibus - - - - - - 446. Splachnum
inflexili; dentibus 4 - - - - - - - - - - - - 447. Tetraphis

c). Peristomio nudo vel nullo;

nudo. Seta vaginulata (ut in plerisque) - - - - 448. Gymnostomum
Rami extenuati in pedunculos vaginula terminatos - 449. Sphagnum
nullo ob operculum adnatum parvum indivisum - - - - 450. Phascum
majus deorsum rimis 4 dehiscens 451. Andraea

2. Musci hepatici: capsula sine operculo longitudinaliter dehiscens.

Capsula quadrivalvis solitaria pedunculata - - - 452. Jungermannia
superne laciniis dehiscens sub receptaculo comm. 453. Marchantia
bivalvis acicularis intus columna centrali - - 454. Anthoceros
utricularis in fronde inclusa - - - - - - - - 455. Riccia

419. HYPNUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1656. *Hedwig fund.* 2. *p.* 94.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim; interius inferne membrana indivisa, superne laciniis sedecim cum interjectis ciliis duplo triplove pluribus (rarius totidem). Capsulæ laterales pedunculatæ plerumque cernuæ demumque incurvatæ (rarius plus minus erectæ in n. 1225. 1232. 1258. ad insequens genus accedentibus). Calyptra cucullata. Flores masculi gemmiformes axillares. — *Muscus plus minus decumbens ramosissimus* (*Svecis Grenmossa*); — 1) *foliis rectis undique subimbricatis* a) *ramis crebrius pinnatis n.* 1216-1224, b) *fasciculatis* (*vel confertis in formam arbusculæ*) *n.* 1225-1227., c) *vagis vel inordinate sparsis* *) *magis julaceis n.* 1228-1232. **) *magis squarrosis n.* 1233-1241. — 2) *foliis omni-*

bus undique divergentibus demumque recurvatis n. 1242-1245. — 3) *foliis secundis deorsum incurvis n.* 1246-1256. — 4) *foliis bifariam complanatis n.* 1257-1261.

1216. HYPNUM *purum*: ramis subpinnatis cylindraceis obtusiusculis, foliis dense imbricatis subrotundis apiculatis subenervibus. *Linn. svec. n.* 1031. *Hedwig sp. musc. p.* 253. *t.* 66. *Fl. Dan. t.* 706. *f.* 2. *Dill. musc. t.* 40. *fig.* 45. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 98. *t.* 24. *Wahlenb. lapp. n.* 665.

Hab. in sylvaticis umbrosis Sveciæ temperatioris et Nordlandiæ norvegicæ passim.

Sequenti valde affine, magis incrassatum, virens et nitens.

1217. HYPNUM *parietinum*: ramis (pinnatis) attenuatis, foliis laxe imbricatis ovatis apiculatis enervibus, capsulis oblongis, operculo conico. *Linn. svec. n.* 1020. *Dillen. musc. t.* 40. *f.* 47. *Wahlb. goth. p.* 96.
H. Schreberi *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 96. *t.* 24.
H. muticum *Swartz musc. svec. p.* 60.

Hab. in sylvaticis sterilibus totius Sveciæ frequenter.

Svecis inprimis *Väggmossa*, quamquam et insequens eo nomine insignitur. Rami filo vix crassiores, intus ad insertionem foliorum flavescentes.

1218. HYPNUM *proliferum*: surculis geniculatis proliferis tripinnatis, foliis subpatulis cordatis acuminatis subbinervibus plicatisque, setis aggregatis. *Linn. svec. n.* 1018. *mant. p.* 507. *Dill. musc. t.* 36. *f.* 13.
H. splendens *Hedw. sp. musc. p.* 262. *t.* 67. *f.* 6-9. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 105. *t.* 25.
H. parietinum *Swartz musc. svec. p.* 53.

β. umbratum: ramis magis inordinatis, foliis patentibus evidentius serrulatis. *Ehrh.*
H. umbratum *Hoffman germ.* — *Hedwig spec. p.* 263. *t.* 67.

Hab. in sylvis umbrosissimis usque ad Nordlandiam norvegicam frequenter; β in magis meridionalibus ex. gr. Skurugatan Smolandiæ (*Swartz*) et Omberg.

Svecis *Skogsmossa*. Ob locum vicissitudinibus tantum ma-

ximis anni expositum prolifice vel tum ramis tum setis aggregatis crescit. Magis extensum quam cetera saepe pedem longum, sed ramulis tenuissimis vix seta crassioribus.

1219. HYPNUM *delicatulum:* surculis subproliferis bipinnatis, foliis laxis cordato-acuminatis uninervibus dorso scabriusculis. *Linn. svec. n.* 1019. *Ehrh. dec. n.* 301. *Dillen. musc. t.* 35. *f.* 14. *et. t.* 38. *f.* 6. *Swartz Vet. Ac. H.* 1795. *p.* 256. *Wahlb. gothob. p.* 96.

H. tamariscinum *Hedwig spec. musc. p.* 261. *t.* 67.
H. proliferum *Swartz musc. svec. p.* 53. *Hook. et Tayl. musc. p.* 103. *t.* 25.

Hab. in terra magis aprica regionum campestrium usque ad Upsaliam passim; sed non fructificans nisi in paludosis fagetorum Hallandiæ, Smolandiæ occidentalis et Scaniæ ad Ringsjön (*Fries*), Gothoburgi ad Lagklarebäck.

Praecedente proximum, sed minus, mollius, omni nitore expers, demum colore aurantiaco discernendum.

1220. HYPNUM *abietinum:* surculis adscendentibus pinnatis, ramis attenuatis, foliis laxis ovatis acutis uninervibus dorso scabriusculis margine reflexis serrulatis. *Linn. svec. n.* 1023. *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 32. *Dillen. musc. t.* 35. *f.* 17. *Wahlenb. lapp. n.* 683.

β. paludosum: foliis latioribus patentioribus (ob lanuginem radiculosam distingventem) lævioribus.
H. Blandowii *Web. et Mohr crypt. p.* 332?

Hab. in terra sylvatica totius Sveciæ, Lapponiâ altiore tantum excepta, ubique; *β* in paludibus ex. gr. Vitulfsbergensi Upsaliæ.

Muscus quoque mollis, omni nitore destitutus, obscurus; ramis numerosis attenuatis. *β* vero totus crassior praecipue rami, cujus folia lanugine radiculosa separantur et distenduntur. Saepius quoque fructificat.

1221. HYPNUM *prælongum:* surculis vagis subpinnatis, foliis sparsis patentibus cordato-ovatis acuminatis serratis uninervibus, operculo rostrato. *Linn. svec. n.* 1021. *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 29. *spec. p.*

258. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 103. *Dillen. musc. t.* 35. *f.* 15. *Wahlb. gothob. p.* 96.
H. atrovirens *Swartz musc. svec. p.* 65.
Hab. in truncis putridis occultis passim parcius.
Situ valde variabile, tenue, sed substantiae rigidulae, ideoque saepe coloris atrovirentis.

1222. HYPNUM *cuspidatum:* surculis pinnatis, foliis ovalibus obtusiusculis enervibus patulis: summis convolutis in apices cuspidatos. *Linn. svec. n.* 1035. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 107. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 39. *f.* 34.
Hab. in paludibus sylvaticis totius Sveciæ frequenter.
Undique satis nitens, ut plerique musci paludosi quod ad maximam partem fuscum: apicibus flavescentibus.

1223. HYPNUM *cordifolium:* surculis sparsim pinnatis, foliis laxis cordato-oblongis obtusis concavis uninervibus. *Hedwig. stirp. crypt.* 4. *t.* 37. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 107.
Hab. in aquis uliginosis usque ad Upsaliam passim.
Muscus pallidius virens, elongatus et gracilis, sed foliis majoribus, sesquilineam longis. Praecedenti proxime affinis.

1224. HYPNUM *nitens:* surculis (pinnatis) erectiusculis, foliis erectis oblongo-attenuatis cuspidatis trinervibus striatisque subintegerrimis, seta lævissima. *Schreb. spic. lips. p.* 92. *Swartz musc. svec. p.* 62. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 100. *t.* 25. *Dillen. musc. t.* 39. *f.* 37.
Hab. in paludibus majoribus regionum sylvaticarum per totam Sveciam copiose.
Muscus flavido-nitens, foliis acuminatissimis quasi strigosus. Capsulae non nigricantes ut saepius in H. lutescente vero, nec seta asperula.

1225. HYPNUM *myosuroides:* ramis fasciculatis curvavatis cylindraceis, foliis ovato-oblongis acutis imbricatis breviter uninervibus, capsulis erectis ovatis. *Ehrh. ups. in Beitr.* 5. *p.* 35. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 8. *Dillen. musc. t.* 41. *f.* 50. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 262. *Wahlb. gothob. p.* 97.
H. curvatum *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 102. *t.* 25.

Leskea myosuroides *Wallroth.* — *Hartm. scand. fl. p.* 419. *Aspegren bleking. p.* 76.

Hab. infra rupes umbrosas Sveciæ mediæ et in truncis fagorum australioris passim.

Rami julacei in Svecia media fere lineam crassi, sed in Scania tenuiores (quamquam non ita ut in sequens H. myosurum transire videatur). Muscus ceterum nitidulus, habitu Leskeae et capsulis suis omnino rectis in hoc genere inconsvetus, sed ob affinitatem summam cum proxime insequentibus certis Hypnis non transponendus ad Leskeam.

1226. HYPNUM *myosurum:* ramis fasciculatis curvatis attenuatis, foliis ovato-acuminatis serrulatis subsecundis breviter uninervibus, capsulis cernuis oblongo-cylindricis. *Schrader coll.* — *Wahlb. gothob. p.* 97. — *Dillen. musc. p.* 317. *t.* 41. *f.* 51.

H. myosuroides *Smith Engl. Bot.* 22. *t.* 1567. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 102. *Web. et Mohr cr. p.* 308.

Hab. in rupibus umbrosis regionum maritimarum occidentalium saltim Gothoburgi haud infrequens.

Praecedente duplo tenuius et laxius, minus curvatum sed magis vagum. Capsulae quoque supra ramos minus eminentes, graciliores.

1227. HYPNUM *alopecurum:* ramis superne fasciculatis, surculo inferne ramis foliisque distituto, foliis ovato-oblongis laxis concavis serratis uninervibus, capsulis oblongis cernuis. *Linn. svec. n.* 1029. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1594. *Dill. musc. t.* 41. *f.* 49. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 101. *t.* 25. *Retz. scand.* 2. *p.* 264. *Wahlb. gothob. p.* 97.

Hab. in petris præsertim calcareis sylvarum faginearum Sveciæ meridionalis rarius ex. gr. Gothoburgi in Bokedalen.

Praecedentibus major et praecipue crassior ob folia inprimis basi patentia. Rami in planta sterili plerumque obvia quoque apice crassiores, quod ansam nominis specifici dedisse videtur, cum contra in praecedentibus constantius attenuati.

1228. HYPNUM *stramineum:* surculis vage ramosis subfiliformibus, foliis subimbricatis oblongis obtusiusculis subuninervibus. *Dicks. crypt.* 1. *t.* 1. *f.* 9. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 97. *t.* 24. *Wahlb. gothob. p.* 98.

Hab. in paludibus profundis sylvaticis totius Sveciæ præcipue septentrionalioris passim.

Tum ob colorem flavescentem tum formam simplicem etc. nomen specificum aptissimum esse videtur. Surculi plerumque spithamaei.

1229. HYPNUM *trifarium:* surculis vage ramosis elongatis, foliis trifariam imbricatis ovatis obtusis uninervibus concavis. *Web. et Mohr it. svec. p.* 177. *t.* 2. *f.* 2. *Wahlenb. lapp. n.* 687. *ups. n.* 690.

Hab. in aqua paludum profundissimarum ab Uplandia usque ad Nordlandiam norvegicam passim.

Praecedente major, saepe pedalis et ultra, filo saltem duplo crassior; foliis latioribus nervo longiori praeditis, viridioribus; sed rami breviores.

1230. HYPNUM *alpestre:* surculis repentibus, ramis assurgentibus teretibus subdivisis, foliis imbricatis ovalibus obtusis subuninervibus. *Swartz musc. svec. p.* 102. *t.* 6. *f.* 15. *Hedw. spec. musc. p.* 245. *t.* 64. *f.* 1-4. *Wahlenb. lapp. n.* 684.

H. molle *Hook. et Tayl. musc. p.* 95.

β. Leskea Smidtii *Swartz summ. p.* 41.

Hab. in saxis rivulorum interdum exsiccatorum per Lapponiam subalpinam passim.

Rami saepius bis unciam longi, julacei, fere lineam crassi, apicibus luteo-viridibus nitentibus. Setae omnino laterales, apicem rami rarius superantes. Capsulae erectiusculae.

1231. HYPNUM *sarmentosum:* surculis prostratis elongatis ramosis, foliis oblongis obtusiusculis laxe imbricatis uninervibus. *Wahlenb. lapp. n.* 685.

Hab. in rupibus inferalpinis ex. gr. Nordlandiæ aqua nivali perfusis passim.

Sarmenta ultra spithamam immo interdum pedem longa, praecipue apicibus purpurascentia; ramis vix angustioribus

quam in praecedente. Folia nervo purpureo pernotabili apicem attingente.

1232. HYPNUM *moniliforme:* surculis setaceis vagis, foliis rotundato-ovatis obtusis concavis imbricatis enervibus, capsulis erectiusculis. *Wahlenb. lapp. n.* 674. *t.* 24. *ups. n.* 695. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 96. *t.* 24.
H. julaceum *Schwægr. suppl.* 2. *p.* 16. *t.* 89.
Hab. locis humosis madidis ad rupes umbrosissimas inferalpinas Nordlandiæ Norvegicæ et Angermanniæ in Tåsjöberget passim; etiam in Svecia media ex. gr. Vermlandiæ ad Persberg, Upsaliæ, Gotlandiæ, sed his regionibus sterile.

Tenuissimus omnium Hypnorum julaceorum, seta equi vix crassior, itaque H. julaceum minus apte nominandus praecipue propter Linnaeanum muscum ejus nominis longe alienum. Rami potius antennas moniliformes insectorum referunt, colore glaucescentes demum albentes.

1233. HYPNUM *serpens:* surculis capillaceis serpentibus; ramis adscendentibus simpliciusculis, foliis oblongis attenuatis patentibus subenervibus, capsulis cylindraceis incurvis. *Ehrh. upsal. in Beitr.* 5. *p.* 33. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 18. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 94. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 42. *f.* 64.
Hab. ad arborum radices, ligna, lapides ubique.
Tenuissimus hujus generis, sed eximie virens.

1234. HYPNUM *tenellum:* surculis serpentibus fasciculato-pinnatis; ramis curvatis, foliis oblongis subimbricatis attenuatis uninervibus, capsulis ovatis. *Dicks. crypt. fasc.* 4 *t.* 11. *f.* 12. *Turn. musc. hib. p.* 170. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 93. *t.* 24.
Hab. in saxis saltem Sveciæ septentrionalis ex. gr. ad Töre Vestrobottniæ.

Surculi multo firmiores et longiores habitu fere Pterogonii, ob folia basi imbricata fere filiformes.

1235. HYPNUM *plumosum:* surculis repentibus, ramis brevibus simplicibus divergentibus, foliis ovali-attenuatis serratis subpatentibus uninervibus. *Linn. spec. pl. p.* 1592. *Hedwig st. cr.* 4. *t.* 15.

H. salebrosum *Hoffman germ. p. 74. n. 55*. Web. et Mohr cr. p.* 512.

Hab. in sylvis asperis sabulosis passim.

Rami et setae vix semiuncialis longitudinis.

1236. HYPNUM *silesianum:* surculis congestis, ramis subdivisis erectiusculis, foliis ovato-lanceolatis longe acuminatis serrulatis subsecundis enervibus, capsulis arcuatis basi elongatis. *Palis. de Beauv. prodr. p.* 70. *Web. et Mohr crypt. p.* 543. *Engl. Bot. t.* 2016 *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 113. *Wahlb. gothob. p.* 99.

Hab. in lateribus rupium Gothoburgi, Smolandiæ occidentalis ad Femsjö (*Fries*) alibique rarius.

Muscus minor, mollior, flavo-nitens. Setae quoque tenuissimae, omnino capillares, et sicut capsulae pallidioris coloris, minus persistentes fere ut H. nitiduli, cui forsan proxime affinis.

1237. HYPNUM *velutinum:* surculis repentibus; ramis brevibus simplicibus suberectis, foliis ovali-attenuatis cuspidatis subpatentibus subuninervibus, seta scabra. *Linn. svec. n.* 1037. *Hedwig stirp cr.* 4. *t.* 27. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 105. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 42. *f.* 61.

Hab. in sylvis siccioribus præcipue ad ligna putrida totius Sveciæ frequenter.

Ramis contiguis quasi tegmen continuum velutinum constituens, idque ob apices cuspidatos non parum albicans. Rami et setae vix quatuor lineis longiores.

1238. HYPNUM *strigosum:* surculis procumbentibus; ramis aggregatis simplicibus, foliis ovato-acuminatis concavis patulis uninervibus. *Hoffm. germ. p* 76. *Web. et Mohr crypt. p.* 321.

H. pulchellum *Hedwig spec. musc. p.* 265. *t.* 68. *fig.* 1-4.

β. præcox: ramis subcylindricis ob folia erectiora. *Hedwig spec. musc. p.* 249. *t.* 64. *fig.* 11-14.

Hab. in rupibus siccis et *β* ad fossas collium sabulosarum saltem inter Lapponiam et Upsaliam passim.

Praecedenti proximum, sed folia breviora interdum tantum acuta, strigis magis similia.

1239. HYPNUM *striatum:* surculis varie ramosis adscendentibus, foliis cordato-acuminatis serratis striatis nervosisque, operculo rostrato. *Schreb. spic. lips. p.* 91. *Hedwig st. crypt.* 4. *t.* 13. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 106. *t.* 26. *Dillen. musc. p.* 297. *t.* 38. *fig.* 30 B.
H. longirostre *Ehrh. dec. n.* 75. *Web. et Mohr crypt. p.* 323.
Hab. locis occultis sylvarum rarius ex. gr. ad Ombergssjösida Ostrogothiæ et in Femsjö Smolandiæ (*Fries*).
Muscus ex majoribus habitu fere N. curtipendulae.

1240. HYPNUM *piliferum:* surculis varie ramosis vagis, foliis inferioribus ovatis subimbricatis serratis subuninervibus acuminato-piliferis, operculo rostrato. *Schreb. spic. lips. p.* 91. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 14. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 105. *t.* 25. *Wahlb. gothob. p.* 98.
Hab. in graminosis argillaceis campestribus Sveciæ passim.
Muscus ipse facie albicante pilifera a praecedente recedit, sed operculum fere idem ne dicam longius.

1241. HYPNUM *rutabulum:* surculis subrepentibus, ramis adscendentibus, foliis ovato-acuminatis superne serratis striatis subuninervibus patentibus, seta scabra, operculo conico. *Linn. spec. pl. p.* 1590. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 12. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 105. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 38. *fig.* 29. *Wahlb. gothob. p.* 98.
Hab. ad truncos arborum pratensium Sveciæ meridionalis et littoralis passim.
Quamquam forma fructus rutabulum vix magis refert quam apud plures alios, tamen asperities ejus setaeque quid simile in memoriam vocare potest.

1242. HYPNUM *triquetrum:* surculis erectiusculis pinnatis, foliis divergentibus cordatis acuminatis serra-

tis basi binervibus, capsulis ovalibus. *Linn. svec. n.* 1016. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 108. *t.* 26. *Dill. musc. t.* 58. *f.* 28. *Hedw. fund. musc.* 1. *t.* 7.

Hab. in sylvis siccioribus totius Sveciæ frequenter.

Muscus latior quam ceteri sui generis, foliis saepe fere bis lineam longis, saturate viridibus. Caulis ipse saltem inferne nigricans, strictus; apice incrassato, non parum curvato.

1243. HYPNUM *squarrosum:* surculis erectiusculis vage pinnatis, foliis ovato-acuminatis recurvis enervibus serrulatis, capsulis ovalibus. *Linn. svec. n.* 1027. *Flor. Dan. t.* 535. *fig.* 1. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 108. *t.* 26. *Dill. musc. t.* 39. *f.* 38.

Hab. in graminosis sterilibus passim usque in Nordlandiam norvegicam inferalpinam.

Muscus pallidior, flexuosus, inter apices foliorum sesquilineam latus.

1244. HYPNUM *stellatum:* surculis vagis sparsim ramosis, foliis ovatis attenuatis divaricatis enervibus integerrimis, capsulis oblongis. *Schreb. lips. p.* 92. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 108. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 39. *fig.* 35.

β. minus. H. squarrosulum *Brid. musc.* 2. *p.* 2. *t.* 4. *f.* 2.

Hab. in paludibus majoribus præcipue Sveciæ mediæ copiose; *β* in saxis præsertim inferalpinis Nordlandiæ Norvegicæ.

Muscus plerumque fulvo-fuscus et nitens, inter apices foliorum sesquilineam latus; sed *β* ad sequentem aliquantum accedere videtur.

1245. HYPNUM *Halleri:* surculis repentibus, ramis erectis confertis teretibus, foliis ovato-acuminatis recurvis enervibus, capsulis subcylindricis. *Hedwig st. cr.* 4. *t.* 21. *Wahlenb. lapp. n.* 671.

Hab. in rupibus irrigatis occultis præcipue inferalpinis Nordlandiæ Norvegicæ passim; etiam Vermlandiæ ad fodinas Persbergenses copiose et in Osmundsberg Dalecarliæ non parce.

Praecedentibus longe minor; ramis unam alteramve lineam tantum longis et vix semilinea latioribus, stellulas contiguas saepius virentes referentibus. Setae ramis duplo triplove longiores.

1246. HYPNUM *filicinum:* surculis decumbentibus; (apice) ramis assurgentibus pinnatis, foliis ovatis acuminatis subserratis excurrente-nervosis. *Linn. svec. n.* 1017. *Hedw. spec. musc. p.* 286. *t.* 76. *f.* 5–10. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 109. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 36 *fig.* 19.

β. diastrophyllum: foliis cordatis evanescente-nervosis curvatis. *Swartz musc. sv. p.* 58.

H. commutatum *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 26. *Hook. et Tayl. l. c. p.* 112.

Hab. in rivulis fontanis sed α vix nisi regionum calcarearum præcipue Gotlandiæ copiose; β in regionibus potius septentrionalibus usque ad Nordlandiam Norvegicam passim.

Eximie gracilis, pinnis et foliis tenuissimis sed rectioribus filiculae quodammodo similis. Dilutioris coloris quoque est et radiculis fere orbatus ob calcem causticam. β vero crassior, obscurior, habitu magis vulgaris, radiculis aliisque inquinatus, magis corrugatus.

1247. HYPNUM *crista castrensis:* surculis adscendentibus confertim pectinatis, foliis ovato-lanceolatis attenuatis secundo-recurvis subenervibus striatis serrulatis. *Linn. svec. n.* 1022. *Hedw. spec. musc. p.* 287. *t.* 76. *fig.* 1–4. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 114. *t.* 27.

Hab. in saxis muscosis sylvarum majorum Sveciæ totius passim.

Rami saepius contigui pennam vel pecten latitudine pollicis valde regularem efficiunt.

1248. HYPNUM *molluscum:* surculis decumbentibus implicato-pinnatis, foliis ovatis elongato-acuminatis secundo-recurvis subenervibus lævibus serrulatis. *Hedwig stirp. cr* 4. *t.* 22. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 114. *t.* 27. *Dill. musc. t.* 36 *f.* 20. *Wahlb. gothob. p.* 99.

Hab. in sylvis lapidosis siccioribus Sveciæ mediæ et meridionalis passim.

Praecedente duplo angustior et tenerior, valde mollis, flexuosus, implicatus, saepe apice continuatus.

1249. HYPNUM *cupressiforme:* surculis decumbentibus pinnatis depressisque, foliis basi ovatis imbricatis subenervibus: acuminibus secundis uncinatisque, capsulis cylindraceis. *Linn. svec. n.* 1024. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 23. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 113. *t.* 27. *Dillen. musc. t.* 37. *f.* 23.

β. compressum: surculis angustioribus. H. compressum *Linn. mant. p.* 310. *Dillen. t.* 36. *f.* 22.

γ. tenue: surculis filiformibus *Hook. et Tayl. l. c.* H. cupress. *γ* pallescens *Swartz summ. p.* 42. Leskea pallescens *Hedw. spec. musc. p.* 219. *t.* 55. *fig.* 1-6.

Hab. ad lapides et saxa sicciora sylvatica ubique, usque in Lapponiam subalpinam frequenter.

Vulgo surculi lineam lati et supra quasi explanati, apicibus foliorum subtus flexis; sed ad latera saxorum comprimuntur et denique angustissimi occurrunt, magis mutabiles quam in affinibus.

1250. HYPNUM *uncinatum:* surculis prostratis subpinnatis, foliis lanceolato-subulatis secundo-recurvis uninervibus striatis apice serratis, operculo acuto. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 5. *spec. musc. p.* 289. *Swartz musc. svec. p.* 56. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 111. *t.* 26.

Hab. in sylvis minus siccis passim.

Praecedente tenuior sed rigidior ob nervum foliorum.

1251. HYPNUM *luridum:* surculis repentibus vage ramosis, foliis ovato-oblongis acutis concavis imbricatis secundis subenervibus. *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 38. *spec. musc. p.* 291. *Swartz musc. svec. p.* 58. *Dillen. musc. p.* 293. *t.* 37. *f.* 27.
H. palustre *Huds. angl.* 429. *Linn. spec. p.* 1593. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 110. *t.* 26.

β. foliis vix secundis. H. fluviatile *Hedw. spec. musc. p.* 227. *t.* 71. *f.* 4.

Hab. in palude graminoso juxta rivum prope diversorium Hall Roslagiæ copiose, alibique in littoralibus.

Minimus hujus divisionis ramis et setis vix plus quam

semiuncialibus. Folia quoque non magis secunda quam ut H. serpenti quodammodo similis. Valde atro-luridus est muscus forsan ob solum fere marinum; capsulis et setis tantum rubentibus.

1252. HYPNUM *rugosum:* surculis adscendentibus subpinnatis sursum incrassatis incurvisque, foliis ovalibus acuminatis apice secundis serrulatisque subuninervibus transversim rugosis. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 23. *f.* A. *spec. musc. p* 293. *Wahlenb. lapp. n.* 679. *Dillen. musc. t.* 37. *f.* 24. A. B.
H. rugulosum *Web. et Mohr crypt. p.* 363. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 112. *t.* 26.
Hab. in saxis siccis subalpinis (inter Boeomycides fruticulosas) Lapponiæ et Jemtlandiæ passim.

Muscus crassus valde densifolius, apicibus sesquilineam latis, mollis nec nitens, valde rugosus (fere ut Dicranum polysetum), semper lutescens nec unquam fuscescens, nonnisi sterilis hucusque lectus.

1253. HYPNUM *loreum:* surculis decumbentibus vagis subpinnatis, foliis ovato-attenuatis squarrosis superne secundis enervibus, capsulis ovalibus. *Linn. spec. pl. p.* 1593. *Hedw. spec. musc. p.* 294 *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 108. *t.* 26. *Wahlenb. lapp. n.* 669. *Dill. musc. t.* 39. *f.* 40. *Wahlb. goth. p.* 98.
Hab. in saxis sylvaticis regionum montosarum occidentalium præcipue maritimarum ut Scaniæ in Söderåsen, Kullen etc. Smolandiæ, Hallandiæ, Gothoburgi, Bahusiæ, Nordlandiæ norvegicæ multis locis copiose.

Inter hanc et praecedentem subdivisionem generis fere ambiguus foliis trunci undique divaricatis, sed ramorum supremorum et apicis semper secundis. Etiam H. triquetro affinis, sed laxior, longior interdum pedalis, pallidior; setis brevibus.

1254. HYPNUM *scorpioides:* surculis prostratis sparsim pinnatis apice incrassatis incurvisque, foliis subsecundis ovatis convexis obtusiusculis enervibus. *Linn. svec. n.* 1026. *Schwægr. suppl. p.* 295. *t.* 95. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 112. *t.* 27.

Hab. in paludibus aquosis majoribus apricis totius Sveciæ frequenter.

Magis julaceus quam proximi, forsan H. cuspidato proxime affinis. Folia enim tantum in apicibus incurvis evidenter secunda, ceterum vix nisi imbricata. Color musci eximie fuscus.

1255. HYPNUM *aduncum:* surculis erectiusculis sparsim pinnatis, foliis oblongo-attenuatis secundo-recurvis uninervibus striatis integerrimis *Linn. svec. n.* 1025. *Hedwig st. cr.* 4. *t.* 24. *Hook et Tayl. musc. brit. p.* 111. *t.* 26. *Dill. musc. t.* 37. *f.* 26.

β. revolvens: foliis maxime recurvatis. *Swartz musc. svec. p.* 58. *t.* 7.

γ. rugosum: foliis latioribus subrugosis. H. rugosum *Linn. mant. p.* 131? *Dillen. p.* 290. *t.* 37. *f.* 24. C. D.

Hab. in sylvis humidis Sveciæ universæ ubique; *β* in paludibus; *γ* ad margines paludum passim.

Folia omnia maxime adunca. Ceterum satis variat secundum plus minus paludosum locum luxuriei muscorum tam faventem.

1256. HYPNUM *fluitans:* surculis laxis vage pinnatis, foliis lanceolato-subulatis nervoque excurrente setaceis secundis. *Linn. svec. n.* 1034. *Hedwig st. cr.* 4. *t.* 36. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 98. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 38. *f.* 33.

β. foliis rectioribus: nervo exserto. *Wahlenb. lapp. n.* 681.

Hab. in aqua stagnante sylvarum ubique, usque in Lapponiam.

Praecedenti in locis minus duris accedit, sed pedalis longitudinis et ultra, foliis bis lineam longis. In alpinis autem strictior magis diversus.

β quodammodo similis H. falcato Brid. musc. II. 2. t. 1. f. 6. Web. et Mohr cr. p. 359, quod etiam in alpibus Dalecarlicis legi, sed sterile, forsan initium capsuliferae plantae.

1257. HYPNUM *nitidulum:* surculis planiusculis subfasciculatis, foliis lanceolato-attenuatis subdistichis enervibus, capsulis erectiusculis. *Wahlenb. lapp. n.* 661. *Swartz summ. veg. p.* 42.

H. pulchellum *Dicks. crypt. fasc.* 2. *p.* 13. *t.* 5. *f.* 6. *Engl. Bot. t.* 2006. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 99. *t.* 25.

Hab. locis deustis in vegetabilibus putridis Lapponiæ subsylvaticæ rarius.

Surculi minus evidenter plani etiam ob angustiem semilinearem; tamen sequenti proximus mihi videtur, nec folia evidentius secunda vidi. Longitudo surculorum plerumque tantum bilinearis.

1258. HYPNUM *denticulatum:* surculis planis subfasciculatis, foliis oblongis apiculatis distichis enervibus, capsulis inclinatis. *Linn. svec. n.* 1014. *Hedwig st. cr.* 4. *t.* 31. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 92. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 34. *f.* 5. 6.

β. obtusatum: foliis ovalibus obtusis. *Wahlenb. lapp. n.* 663. *Hook. et Tayl. l. c.*

γ. piliferum: tenuissimum, foliis oblongis pilo flexuoso terminatis.

Leskea pilifera *Swartz sum. veg. p.* 41. *Wahlb. gothob. p.* 101.

Hab. locis occultis ad rupes et radices arborum per omnem Sveciam sylvaticam passim; *β* et *γ* præcipue versus alpes etiam Dalecarliæ.

Surculi valde variabiles, tamen plerumque lineam lati, semiunciam longi, valde nitentes et virentes; quo latiores eo plerumque obtusiora sunt folia, quo angustiores surculi eo magis acuminata immo pilifera folia, etiam capsulae erectiores.

1259. HYPNUM *undulatum:* surculis planis fasciculatis, foliis ovatis acuminatis transverse undulatis subenervibus oblique complicatis, capsulis arcuatis sulcatis. *Linn. spec. pl. p.* 1589. *Hedwig spec. musc. p.* 242. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 92. *t.* 24. *Web. et Mohr cr. p.* 348. *Dillen. musc. t.* 36. *fig.* 11. *Wahlenb. lapp. n.* 664. *Wahlb. gothob. p.* 100.

Hab. in lateribus saxorum umbrosis irrigatis regionum montosarum præcipue maritimarum, ut Nordlandiæ norvegicæ rarius, Bahusiæ et Hallandiæ passim, Smolandiæ adjacentis, Scaniæ in Kullaberg.

Praecedente multoties major, interdum plures uncias longus et duas lineas latus, non nisi prima juventate parum nitens, dein insigniter albescens. Setae plerumque longitudine surculorum. Capsulae sesquilineam longae.

1260. HYPNUM *riparium:* surculis ramisque repentibus, foliis bifariam divergentibus ovato-lanceolatis acuminatis uninervibus *Linn. svec. n.* 1055. *Hedwig st. crypt.* 4. *t.* 3. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 92. *t.* 24. *Dill. musc. t.* 40. *f.* 44. D.

Hab. in lignis ad aquas campestres Sveciæ temperatioris passim.

Surculi longitudine varii, sed rami vix uncia longiores.

1261. HYPNUM *prolixum;* surculis elongatis vage ramosis, foliis cordatis concavis acutis serratis uninervibus bifariam patentibus. *Dicks. cr. fasc.* 2. *p.* 13. *Swartz musc. svec. p.* 63. *Dill. musc. t.* 38. *f.* 31.

H. riparioides *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 4. *spec. musc. p.* 242. *Web. et Mohr cr. p.* 326. *Wahlb. goth. p.* 100.

H. ruscifolium *Hook. et Tayl. musc. brit, p.* 106. *t.* 26.

Hab. in stillicidiis aquarum Sveciæ meridionalioris saltem Gotlandiæ ex. gr. ad Vible, Gothoburgi.

Ex majoribus nostris speciebus, habitu quodammodo Fontinalis; attamen a praecedente non nimium recedit, quin locum hunc obtinere possit. Folia situ variant, sed semper lata quodammodo Rusco aculeato subsimilia.

420. LESKEA.

Hedwig fund. 2. *p.* 93. *t.* 10. *f.* 62. 63. 65.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim; interius membrana basi integra, sursum divisa in lacinias circiter sedecim dentibus oppositas æquales sinubus acutis nudis (sine ciliis ullis) disjunctas. Capsula lateralis pedunculata tenuior angustiorque (quam in præcedente genere), plerumque omnino erecta (n. 1263. 1264. 1268. 1269. 1271.) rarius aliquantum cernua. Calyptra cucullata (nisi in specie prima submitræformis). — *Musci tenuiores, nitidiores;* 1) *surculis complanatis n.* 1262-1264. 2) *surculis teretiusculis* a) *decumbentibus repentibusve n.* 1265-1270. b) *dendroideis n.* 1271.

1262. LESKEA *lucens:* surculis complanatis subdivisis decumbentibus, foliis ovalibus obtusis enervibus grosse reticulatis, capsulis cernuis. *Decand. fl. fr. n.* 1324. *Schwægrich suppl. t.* 84.

Hypnum lucens *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1589. *Dillen. musc. p.* 270. *t.* 34. *f.* 10.

Hookeria lucens *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 89.

Hab. in nemore declivi scaturiginibus abundante ad amnem prope molam Yabergensem paroeciæ Femsjö Smolandiæ occidentalis (*Fries*).

Surculi complanati latiores quam in ullo alio musco scil. inter oras extimas foliorum lineas quatuor lati. Folia quoque magna grandius reticulata fere ut in Sphagnis, primum eximie lucentia sed mox albescentia. Seta vix plus quam uncialis longitudinis. Operculum rostratum cum calyptra brevi vix adeo mitraeformi ut inde genus distinctum, saltem in nostra magis contracta enumeratione plantarum svecicarum.

1263. LESKEA *complanata:* surculis complanatis pinnatis procumbentibus; ramis attenuatis, foliis oblongis apiculatis enervibus. *Hedw. spec. musc. p.* 231. *Wahlenb. lapp. n.* 654. *ups. n.* 698.

Hypnum complanatum *Linn. svec. n.* 1015. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 91. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 34. *f.* 7.

Hab. in lateribus occultis siccis saxorum fere totius Sveciæ usque ad Nordlandiam norvegicam passim.

Muscus in planum redactus, ramis praecipue inferioribus extenuatis in apicem capillarem.

1264. LESKEA *trichomanoides:* surculis complanatis pinnatis adscendentibus, foliis obliquis subellipticis obtusis crenulatis subuninervibus. *Hedwig spec. musc. p.* 231. *Wahlenb. lapp. n.* 655.

Hypnum trichomanoides *Schreb. lips.* 88. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 91. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 34. *f.* 8.

Hab. ut antecedens sed locis minus siccis usque in Nordlandiam passim.

Surculi supra valde convexi vel quasi bullati; ramis quoque curvatis obtusioribus.

1265. LESKEA *paludosa:* surculis procumbentibus filiformibus; ramis erectis curvatis, foliis ovato-acuminatis concavis uninervibus subsecundis, capsulis erecto-cernuis cylindraceis. *Hedwig st. cr.* 4. *t.* 1. *spec. musc. p.* 221. *Swartz musc. svec. p.* 69. *Web. et Mohr crypt. p.* 246. *Dill. musc. t.* 37. *f.* 27. B.

Hab. in terra aprica paludosa ad radices arborum præcipue Roslagiæ rarius.

Muscus fere totus luridus H. lurido forsan proxime affinis, ramis nonnullas lineas tantum longis. Capsulae lineam longae.

1266. LESKEA *pulvinata:* surculis procumbentibus subsetaceis; ramis adscendentibus, foliis ovatis acutis concavis enervibus subimbricatis, capsulis cernuis oblongis. *Wahlenb. lapp. n.* 657.

Hab. locis subhumidis ad radices populorum Lapponiæ Kemensis inferioris passim copiose.

Totus tenuior, subsetaceus, mollior et viridior; et foliis et capsulis brevioribus quam praecedentis. Ab hac maxime septentrionali et tenui forma natura increscere videtur magnitudine et rigiditate per L. paludosam ad L. polycarpam nobis extraneam.

1267. LESKEA *subtilis:* surculis reptantibus implexis capillaceis, foliis lanceolatis acuminatis sparsis enervibus, capsulis suberectis. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 9. *spec. musc. p.* 221. *Swartz musc. svec. p.* 69. *Web. et Mohr cr. p.* 250. *et* 483. *schwed. reis. p.* 127.

Hab. ad radices arborum saltem Sveciæ mediæ rarius ex. gr. Stockholmiæ, Smolandiæ ad Femsjö: *Fries.*

Tenuissima omnium nostrarum, vere capillacea, foliis vix oculo nudo distingvendis.

1268. LESKEA *polyantha*: surculis repentibus; ramis erectis confertis, foliis basi subovatis acuminato-cuspidatis enervibus. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 2. *spec. musc. p.* 229. *Wahlenb. lapp. n.* 657.

Hypnum polyanthos *Schreb. lips. p.* 97. *Dillen. musc. t.* 42. *f.* 62. (minus bona).

Hab. in truncis arborum frondosarum totius Sveciæ frequenter.

Muscus ob folia fere pilifera mollis, sine nitore, copiose fructificans unde nomen.

1269. LESKEA *sericea:* surculis repentibus; ramis adscendentibus arcuatis, foliis sublanceolatis attenuatis concavis nervosis, setis asperulis. *Hedwig st. cr.* 4. *t.* 17. *spec. musc. p.* 228.
Hypnum sericeum *Linn. svec. n.* 1036. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 100. *t.* 25. *Dillen. musc. p.* 323. *t.* 42. *f.* 59.
Hab. in saxis rupibusque sylvaticis siccioribus ubique.
Praecedente major et rigidior, eximie nitens (unde nomen), sed parcius fructificans.

1270. LESKEA *incurvata:* surculis serpentibus, ramis vagis fructiferis, foliis ovatis acuminatis obtusiusculis subsecundis uninervibus, capsulis cernuis. *Hedwig spec. musc. p.* 216. *t.* 55. *fig.* 8-14. *Web. et Mohr cr. p.* 284. *Wahlenb. lapp. n.* 656.
Hypnum atro-virens *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 109. *t.* 26.
Hab. in lapidibus alpinis et subalpinis Lapponiæ passim.
Muscus noster filo non crassior, satis mollis, nervo latiore in acumen obtusiusculum foliorum dilatato. His notis a H. tenello n. 1234. bene distingvitur.

1271. LESKEA *dendroidea:* surculis erectis; ramis fasciculatis terminalibus, foliis ovalibus concavis uninervibus, peristomii laciniis pertusis. *Hedw. spec. musc. p.* 228. — Hypnum dendroides *Linn. svec. n.* 1018. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 101. *t.* 25. *Dillen. musc. p.* 313. *t.* 40. *f.* 48. — Climacium dendr. *Web. et Mohr p.* 252. *t.* 10. *f.* 2.
Hab. locis udis sylvaticis totius Sveciæ frequenter.
Muscus forma fere arbusculae circiter duarum unciarum altitudinis, obscure viridis, rarissime fructificans.

421. NECKERA.

Hedwig fund. 2. *p.* 93. *t.* 8. *f.* 47-49.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim; interius ciliis totidem cum dentibus exterioris alternantibus

vel basi omnino liberis (Anomodon Hook. speciês surculis teretibus comprehendens) vel membrana levissime junctis (in speciebus complanatis, generis præcedentis sectioni primæ forsan nimium affinibus). Capsula lateralis semper erecta; seta vel brevissima vel inclusa vel tortuosa, rarius recta longaque (n. 1276. 1274). — *Musci substantiæ laxioris*, 1) *surculis complanatis n.* 1272-1274. 2) *teretiusculis n.* 1275. 1276.

1272. NECKERA *pennata*: surculis complanatis pinnatis decumbentibus, foliis acinaciformibus acuminatis distichis, capsulis oblongis subsessilibus perichætio inclusis. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 19. *spec. musc. p.* 200. *Aspegren bleking. p.* 76.
Fontinalis pennata *Linn. spec. pl. p.* 1571.
Hypnum pennatum *Hoffm.* — *Dill. musc. t.* 32. *f.* 9.
Hab. in truncis fagorum Sveciæ meridionalis frequenter, præcipue Smolandiæ fructificans.

Surculi crassiusculi, recti, duas lineas lati. Perichaetia foliis parum longiora, sed cuspidata, capsulas superantia.

1273. NECKERA *pumila*: surculis complanatis subpinnatis vagis, foliis acinaciformibus acutis distichis, capsulis ovalibus exsertis. *Hedwig st. cr.* 3. *t.* 20. *spec. musc. p.* 205. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 77. *t.* 22. *Wahlenb. lapp. n.* 653.
Hab. in saxorum lapidumque lateribus occultis siccis Lapponiæ sylvaticæ altioris rarius.

Praecedente pumilior, laxior; surculis vix linea latioribus; foliis brevioribus. Perichaetia foliis saltem duplo longiora, magis convoluta, minus cuspidata, longitudine pedicelli, ut capsula exseratur.

1274. NECKERA *crispa*: surculis complanatis pinnatis suberectis, foliis oblongis obtusis cum apiculo transverse rugosis distichis, setis exsertis *Hedw. fund. musc.* 2. *p.* 93. *spec. musc. p.* 206. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 78. *t.* 22. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 140. *Wahlb. gothob. p.* 101. *Aspegren bleking. p.* 76.
Hypnum crispum *Linn. spec. pl. p.* 1589. *Dillen. musc. p.* 273. *t.* 36. *f.* 12.

Hab. in petris præcipue calcareis occultis Gotlandiæ frequenter, Blekingiæ, Scaniæ in Skärali alibique, Ostrogothiæ in Omberg, Gothoburgi, sed in Svecia superiore vix nisi ad fodinas Persbergenses Vermlandiæ.

Praecedentibus multo major et pulchrior, immo pulcherrimus muscorum hypnoideorum. Saepe ultra spithamam longus, ramis duas lineas latis, valde splendens et undulatus. Perichaetia marginalia (nec ut in praecedentibus e pagina superiore surculorum), setam ultra lineas duas exserentia.

1275. NECKERA *curtipendula:* surculis vagis subpinnatis, foliis ovatis acuminatis superne serrulatis patulis, setis flexuosis incurvisque. *Hedwig spec. musc. p.* 209. *Web. et Mohr cr. p.* 241. *Wahlenb. lapp. n.* 652.

Anomodon curtipendulum *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 79. *t.* 22.

Hypnum curtipendulum *Linn. svec. n.* 1030. *Dill. musc. p.* 333. *t.* 43. *f.* 69.

Hab. in rupibus et saxis siccis sylvarum ubique, Lapponia altiore tantum excepta.

Saepius spithamam longus, Hypnis majoribus (ex. gr. loreo) similis, subnitens. Capsulae in setis flexis plerumque pendulae (unde nomen speciei), alias rectae.

1276. NECKERA *viticulosa:* surculis repentibus; ramis erectis subdivisis fructiferis, foliis ovato-elongatis obtusis uninervibus siccitate incurvis. *Hedw. spec. musc. p.* 209. *t.* 48. *f.* 4. 5. *Wahlenb. lapp. n.* 651.

Anomodon viticulosum *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 79. *t.* 22.

Hypnum viticulosum *Linn. spec. pl. p.* 1592. *Dill. musc. p.* 307. *t.* 39. *f.* 43.

Hab. ad rupes occultas sicciores Sveciæ rarius, in regionibus maris occidentalis paullo frequentius usque ad Nordlandiam norvegicam.

Truncus fere subterraneus radiciformis ultra spithamam longus. Rami curvati et crispati, viticulis comparati, unciam unam alteramve longi, omni nitore experti. Fructificat rarius setis fere unciam longis, capsulis cylindricis.

422. FONTINALIS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1655. *Hedwig fund.* 2. *p.* 96. *t.* 9. *f* 53.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim; interius indivisum conicum acutum (apice nunquam dehiscens, sed) trabibus longitudinalibus aliisque transversalibus cancelli instar usque e basi constitutum. Capsula lateralis perichætio foliis majori vel omnino inclusa vel saltem longius fulcrata, semper recta. Calyptra mitræformis. — *Musci aquatici majores laxi; caulibus nigerrimis; foliis trifariis, plerumque enervibus, grossius reticulatis.*

1277. FONTINALIS *antipyretica:* foliis navicularibus bipartitisve trifariis oblongis acutis enervibus, perichætio capsulam includente. *Linn. svec. n.* 961. *Sv. Bot. t.* 215. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 82. *t.* 22. *Wahlenb. lapp. n.* 691. *Dill. p.* 254. *t.* 33. *f.* 1.

β. minor: foliis omnibus bipartitis.

F. minor *Linn. faun. svec. app. p.* 558.

Hab. ad lapides in fluviis minoribus et rivulis Sveciæ præcipue sylvaticæ frequenter.

Muscus nostrorum maximus, saepe aliquot pedes longus, rusticis etiam notus nomine *Lonkemossa.* Folia fere tres lineas longa, demum nigrescentia.

1278. FONTINALIS *squamosa:* foliis ecarinatis enervibusque subconvolutis lanceolatis trifariis, perichætio capsulam subincludente obtuso. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 12. *spec. musc. p.* 298. *Dill. p.* 258 *t.* 33. *f.* 3. *Wahlenb. lapp. n.* 692. *Wahlb. gothob. p.* 102. *Aspegren bleking. p.* 77.

Hab. in fluviis minoribus frigidioribus Sveciæ altioris sylvaticæ a Lapponia ad Dalecarliam et Vermlandiam ferrimontanam frequenter; dein Gothoburgi et Blekingiæ raro.

Praecedente vix brevior, sed angustissima, jubae nigerrimae saepe ultra pedem longae simillima; ramulis etiam foliosis filo parum crassioribus. Capsulae e caulibus defoliatis nigerrimis proveniunt; itaque perichaetium obtusissimum.

1279. FONTINALIS *falcata:* foliis carinatis uninervibusque lanceolato-cuspidatis trifariis secundis, peri-

chætio elongato setam exsertam vaginante, surculis simpliciusculis. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 24. *spec. musc. p.* 299. *Wahlenb. lapp. n.* 693.
F. capillacea *Linn. svec. n.* 962. fide Ehrh.
Hab. in lapidibus rivulorum frigidiorum sylvaticorum a Lapponia usque ad Vermlandiam altiorem passim; Smolandiæ et Uplandiæ raro.

Muscus brevis, plerumque biuncialis, semper optime trifarius quamvis cuspides foliorum secundi. Perichaetia inter folia egrediuntur, ipsis multiplo longiora.

423. FISSIDENS.

Hedwig fund. 2. *p.* 91. *spec. musc. p.* 152. *t.* 38-40.

Peristomium simplex; dentibus sedecim apice bifidis inflexis. Capsula lateralis pedunculata cernua. Calyptra cucullata. — *Musci valde singulares foliatione quasi ensata (instar foliationis Ensatarum inter Liliaceas): scil. foliis inferne margine bifidis, bifariis.*

1280. FISSIDENS *taxifolius:* caule subdiviso, foliis ultra medium duplicatis oblongo-ligulatis, seta subradicali: foliis perichætialibus vaginantibus cuspidatis. *Hedw. spec. p.* 155. *t.* 39. *fig.* 1-5. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 51. *t.* 16. (Dicranum). *Wahlenb. lapp. n.* 584.
Hypnum taxifolium *Linn. svec. n.* 1013. *Dillen. musc. p.* 263. *t.* 34. *f.* 2.
β. caule longiore, seta laterali (media). F. adiantoides *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 26. *Hook. l. c. Dill. l. c. f.* 3.
Hab. in terra succosa infra saxa et rupes per Sveciam fere totam usque ad Nordlandiam inferalpinam Norvegiæ passim.

Caules penniformes (praesertim α) latiores quam in ceteris, saepe sesquitertiam lineam lati, plerumque rufescentes. Capsulae quoque magis inclinatae.

1281. FISSIDENS *bryoides:* caule simplicissimo, foliis infra medium duplicatis oblongo-ellipticis, seta subterminali foliis fulcrata. *Hedwig st. cr.* 3. *t.* 29. *Hook. et Tayl. musc. p.* 49. *t.* 16. (Dicranum). *Wahlenb. lapp. n.* 585.

Hypnum bryoides *Linn. svec. n.* 1012. *Flor. Dan. t.* 473. *f.* 1. *Dill. musc. p.* 262. *t.* 34. *f.* 1.

β. exilis. — F. exilis *Hedw. spec. p.* 152. *t.* 38. *f.* 7-10. Dicranum viridulum *Swartz musc. svec. p.* 31. *t.* 2. *fig.* 5.

Hab. locis uliginosis et ad cæspites paludum sylvaticarum totius Sveciæ passim.

Caules penniformes dimidio angustiores quam in praecedente, vix ultra lineam lati, laete virides praesertim in statu exili. Cito fructificat inprimis hic status, et quo citius eo magis seta terminalis et muscus inde quasi bryoides. Capsula quoque erectior.

424. PTEROGONIUM.

Swartz musc. svec. p. 26. *Hook. et Tayl. musc. p.* 40. *t.* 2.

Peristomium dentibus sedecim erectis (fere semper indivisis? an etiam aliis interioribus?). Capsula lateralis longius pedunculata, erecta. Calyptra cucullata. — *Musci surculis longis ramosissimis filiformibus vel julaceis, apud nos raro vel non fructificantes peristomio forsan magis incompleto, in australioribus melius indagando.*

1282. PTEROGONIUM *filiforme:* surculis repentibus nudis; ramis incurvatis simplicibus, foliis oblongis imbricatis enervibus. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 7. *Hook. et Tayl. musc. p.* 41. *t.* 14. *Wahlenb. ups. n.* 773. *lapp. n.* 563.

Hab. in saxis et lapidibus fere totius Sveciæ passim, sed vix fructificans lectum nisi Upsaliæ.

Surculi filo tenuiores, omni nitore expertes; setis plus quam semiunciam supereminentibus.

1283 PTEROGONIUM? *sciuroides:* surculis repentibus; ramis adscendentibus, foliis ovatis acuminatis enervibus substriatis. *Turner musc. hibern. p.* 32. Fissidens sciur. *Hedw. sp. p.* 161. *Wahlenb. lapp. n.* 588. Levcodon sciuroides *Hook. et Tayl. musc. p.* 63. *t.* 20. Hypnum sciuroides *Linn. spec. pl. p.* 1596. *Dillen. musc. p.* 319. *t.* 41. *f.* 54.

Hab. in truncis arborum Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam ubique, dein vix nisi in rupibus etiam Nordlandiæ Norvegicæ raro.

Rami fere soli eminentes, numerosi, curvati, nitidi, crassitie fere pennae columbinae. Fructus apud nos quantum scimus nunquam lectus, etiam in Germania septentrionali rarissimus et peristomio forsan minus completo, sed ad Carpathos ut videtur duplici, idque magis quam aliquando in P t. gracili secundum Hook. et Tayl. p. 41.

425. BRYUM.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1194. (partim). *Hedwig fund. p.* 94. *t.* 10. *f.* 67.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acutis longitudine interioris; interius inferne membranaceum, superne laciniis sedecim latiusculis cum ciliis interjectis pluribus vel rarius totidem. Capsula plus minus pendula, rarius tantum obliqua, in seta terminali elongatâ. Calyptra cucullata. Flores masculi capituliformes. — *Musci simpliciores erectiores*; 1) *capsulis pendulis nutantibusve* a) *caulibus divisis n.* 1284–1289. b) *simplicissimis n.* 1290–1292. 2) *capsulis obliquis striatis n.* 1293.

1284. BRYUM *cæspiticium:* caulibus divisis aggregatis abbreviatis, foliis ovatis acuminatis imbricatis, capsulis saccatis. *Linn. svec. n.* 1010. *Hedwig spec. musc. p.* 180. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 121. *t.* 29. *Dillen. musc. p.* 396. *t.* 50. *f.* 66.

Hab. in terra humida aprica ubique.

Omnes partes breviores quam in proximis. Capsulae linea parum longiores. Color quoque obscurior.

1285. BRYUM *capillare:* caulibus divisis, foliis obovatis cuspidatis planis patulis siccitate crispis, capsulis oblongis. *Hedw. spec. musc. p.* 182. *Hook. et Tayl. musc. br. p.* 121. *t.* 29. *Dillen. musc. t.* 50. *f.* 67. Mnium capillare *Linn. svec. n.* 981.

Hab. in terra sicciore denudata ubique.

Totus longior; capsula saltem bis lineae longitudinis. Color laetior.

1286. BRYUM *annotinum:* caulibus e summitate innovantibus dioicis granuliferisque, foliis sparsis lanceolatis subhyalinis patentibus, capsulis elongato-pyriformibus. *Hedwig spec. musc. p.* 189. *t.* 43. *Swartz in Schrad. diar.* 1800. 2. *p.* 182. *t.* 5. *f.* C. Mnium annotinum *Linn. svec. n.* 976.

Hab. in terra uliginosa et subinundata sylvatica passim.
Muscus totus gracilis, elongatus et subhyalinus; granulis axillaribus.

1287. BRYUM *alpinum*: caulibus elongatis dichotomis teretiusculis, foliis lanceolatis carinatis strictis superne serratulis, capsulis oblongis. *Linn. mant. p.* 509. *Hook. et Tayl. musc. br. p.* 124. *t.* 28. *Wahlenb. lapp. n.* 639. *Dill. musc. p.* 394. *t.* 50. *f.* 64. *Web. et Mohr reis. p.* 129. *Wahlb. gothob. p.* 103.
Hab. in scopulis maritimis denudatis (subalpinis) Bahusiæ alibique ad mare occidentale etiam Smolandiæ occidentalis passim, ad mare orientale rarius ex. gr. Sandhamn Sudermanniæ.
Caules plerumque unciae longitudinis, praecipue superne valde cupreo-nitentes; foliis etiam humectatis strictis (nec patentibus) et ni fallor octofariis. Capsulae fere Br. capillaris, cui forsan proximum.

1288. BRYUM *argenteum*: caulibus ramosis subfiliformibus, foliis imbricatis ovatis concavis piliferis, capsulis ovalibus. *Linn. svec. n.* 1008. *Hedwig spec. musc. p.* 181. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 120. *t.* 29. *Dillen. musc. p.* 392. *t.* 50. *f.* 62.
Hab. in muris, ruderatis, tectis totius Sveciæ (præter alpes) passim.
Caules cum foliis paene filo tenuiores, argentei coloris ob folia superne mox albescentia, remanente tantum basi virescente.

1289. BRYUM *Zierii*: caulibus ramosis teretibus obtusis, foliis imbricatis subrotundis concavis apiculatis, capsulis clavatis cernuis. *Dicks. crypt.* 2. *p.* 8. *t.* 4. *f.* 10. *Hedw. spec. musc. p.* 182. *t.* 44. *f.* 1-4. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 120. *t.* 29. *Wahlenb. lapp. n.* 641.
Hab. in fissuris rupium madidis inferalpinis Nordlandiæ norvegicæ meridionalis passim copiose.
Folia quoque hujus ob reticulum grande mox albescunt, sed caules vel surculi duplo triplove crassiores quam praecedentis. Capsulae cum collo suo tres lineas longae, demum ita retroflexae, ut latus inferius coelum respiciat.

1290 BRYUM *carneum*: caule simplicissimo, foliis

lanceolatis reticulato-pellucidis erectis, seta tenuissima flexuosa, capsula ovali. *Linn. spec. pl. p.* 1587. *Hook. et Tayl. musc. br. p.* 119 *t.* 29. *Dill. musc. p.* 400. *t.* 50. *f.* 69. *Aspegren blek. p.* 76. B. delicatulum *Hedwig stirp. cr.* 1. *t.* 20.

β. pulchellum: minus, capsula subglobosa. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 38. B. *Wahlenb. lapp. n.* 658.

Hab. locis arenosis denudatis ad ripas fluminum frigidiorum *α* Sveciæ meridionalis raro, *β* septentrionalis præcipue Lapponiæ frequentius, Dalecarliæ ad Säter.

Ex minimis, caule tantum unam alteramve lineam longo, capsula vix semilinea grandior. Color musci quodammodo luridus, setae et inprimis capsulae carneus, immo interdum atropurpureus.

1291. BRYUM *nutans*: caule simplicissimo abbreviato, foliis lanceolatis acuminatis erectis, capsulis oblongis nutantibus. *Schreb. lips. p.* 81. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 123. *t.* 29. *Dill. musc. t.* 50. *f.* 61. Webera nutans *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 4.

β. alpicola: capsulis cernuis. *Wahlenb. lapp. n.* 634. *Swartz summ. p.* 41.
Webera alpina *Hornschuch?* —
B. longicollum *Wahlenb. carp. n.* 1152. (excl. syn.)

Hab. in terra sylvatica sicciore totius Sveciæ frequenter; *β* in alpinis.

Folia nitentia praecipue in alpibus; setae coloris fulgidi. Ceterum in alpibus omnes partes strictiores et capsulae quoque erectiores.

1292. BRYUM *pyriforme*: caule simplici, foliis perichætialibus elongatis setaceis divergentibus flexuosis nervo lato constitutis, capsula pyriformi. *Swartz musc. svec. p.* 45. *Hook. et Tayl. musc. brit. p.* 118. *t.* 28. *Dillen. musc. p.* 391. *t.* 50. *f.* 60.
Webera pyriformis *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 5.
Mnium pyriforme *Linn. svec. n.* 980.

Hab præcipue ad ligna et radices arborum totius Sveciæ parcius.

Muscus totus setaceus praeter capsulam, magis lutescens quam praecedens.

1293. BRYUM *androgynum:* caule subsimplici, foliis lanceolatis superne serratis margine recurvis, capsula erectiuscula cylindrica sulcata. *Hedwig spec. musc.* p. 178. *Hook. et Tayl. musc. brit.* p 115. t. 28. *Dillen. musc.* t. 31. f. 1. *Wahlb. gothob.* p. 104. *Aspegren bleking.* p. 75. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. p. 138.

Mnium androgynum *Linn. svec.* n. 971.

Hab. in caudicibus putridis Sveciæ meridionalis frequenter et capsuliferum, sed mediæ rarius et sterile.

Muscus mollis omnis nitoris expers, cito pallescens adeo ut capitulis suis pulverulentis Mnio palustri non absimilis. Sed duplo minor est et capsulis demum declinatis facile dignoscendus.

426. MNIUM.

Linn. gen. ed. 6. *n.* 1193. *Hedwig fund.* 2. *p.* 94. *t.* 5. *f.* 22. 23.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acutis longitudine interioris; interius inferne membranaceum, superne laciniis sedecim latiusculis cum ciliis interjectis pluribus vel rarius totidem. Capsula plerumque plus minus pendula in seta terminali elongatâ. Calyptra cucullata. Flores masculi disciformes. — *Musci simpliciores erectiores majores;* 1) *capsulis pendulis* a) *foliis margine incrassatis n.* 1294-1298. b) *non incrassatis n.* 1299-1302. 2) *capsulis cernuis oblongis n.* 1303. 1304. 3) *capsulis sphæricis n.* 1305.

1294. MNIUM *serpyllifolium:* caulibus erectiusculis stoloniferis, foliis margine incrassatis integerrimis obovatis obtusis, capsulis ovalibus, operculis apiculatis. *Linn. svec. n.* 982. α.

M. punctatum *Hedwig spec.* p. 193. *Schreb. lips.* p. 83. (Bryum). *Hook. et Tayl. musc. brit.* p. 125. t. 30. *Dillen. musc.* p. 416. t. 53. f. 81.

β. rostratum: foliis serrulatis apiculatis, operculis rostratis. B. rostratum *Hook l. c.* p. 126. t. 30. *Swartz summ.* p. 41. *Dill. l. c.* f. 80.

Hab. ad rivulos et loca irrigata Sveciæ sylvaticæ ubique; β Vermlandiæ.

Folia quam in ceteris latiora, fere duas lineas lata;

itaque Serpyllo similiora. β omnibus partibus minus et angustius, igitur etiam acutius.

1295. MNIUM *cuspidatum:* caulibus erectiusculis; stolonibus decumbentibus, foliis margine incrassatis serratis ovatis cuspidatis, capsulis ovalibus, operculis obtusis. *Hedwig spec. p.* 192. *t.* 45. *fig.* 5-8. *Schreb. lips. p.* 84. (Bryum). *Hook. et Tayl. musc. p.* 127. *t.* 31. *Dillen. musc. p.* 413. *t.* 53. *f.* 79.
M. serpyllifolium β *Linn. svec. n.* 982.
Hab. locis subhumidis umbrosis sylvarum Sveciæ totius passim.

Praecedente vix minus, praecipue cum polysetum sit. Folia cuspide insigni et serraturis acutis magis rigent quam in ceteris.

1296. MNIUM *undulatum:* caulibus erectiusculis superne stoloniferis, foliis margine incrassatis serratis undulatis lineari-ligulatis, capsulis aggregatis oblongatis, operculis conicis. *Hedwig spec. p.* 195.
M. serpyllifolium ε *Linn. svec. n* 982.
Bryum ligulatum *Schreb. lips. p.* 81. *Hook. et Tayl. musc. p.* 126. *t.* 30. *Dill. musc. p.* 410. *t.* 52. *f.* 76.
Hab. in humidis sylvarum per maximam partem Sveciæ passim.

Folia saltem duplo longiora quam in prima specie, fere quatuor lineas longa. Ceterum apice insigniter prolificans.

1297. MNIUM *marginatum:* caulibus erectis simplicibus, foliis margine incrassatis serratis oblongis acutis cuspidatis subimbricatis, capsulis oblongis, operculis rostellatis. *Hook. et Tayl. musc. p.* 126. *t.* 31. (Bryum).
M. serratum *Schwægr. suppl. t.* 78.
Hab. in (lucis) humidioribus Sveciæ temperatioris rarius, ex. gr. ad rivulos in præruptis montis Omberg versus Vettern, ad Femsjö.

Colore sublurido, nervis et marginibus foliorum rubentibus totaque substantia sequenti proximum, sed duplo minor, surculis vix uncialibus, capsulis vix semilinea latioribus. Nervus foliorum in cuspidem excurrens.

1298. MNIUM *hornum:* caulibus erectis simplicibus, foliis margine incrassatis serratis lanceolatis acumina-

tis subimbricatis, capsulis ovalibus, operculis convexis apiculatis. *Linn. svec. n.* 977. *Hedw. spec. p.* 189 *Hook. et Tayl. musc. p.* 127. *t.* 31. *Dill. musc. p.* 402. *t.* 51. *f.* 71. *Wahlb. gothob. p.* 103. *Aspegren bleking. p.* 75.

Hab. locis humidis occultis Sveciæ temperatioris occidentalis a Scania ad Bahusiam passim; in orientalibus maritimis rarius ex. gr. Blekingiæ, Stockholmiæ.

Praecedente utplurimum duplo majus, quamquam folia angustioris figurae. Capsulae eo latiores fere ut in majoribus serpyllifoliis, quibus re vera affine.

1299. MNIUM *roseum:* caulibus erectiusculis stoloniferis, foliis obovato-spathulatis acutis serratis undulatis, capsulis ovalibus, operculis obtusis. *Hedw. spec. p.* 194. *Schreb. lips. p.* 84. (Bryum). *Hook. et Tayl. musc. p.* 120. *t.* 19. *Dill. musc. p.* 411. *t.* 52. *f.* 77. M. serpyllifolium *δ.* proliferum *Linn. svec. n.* 982.

Hab. in nemoribus paludosis ubique, sed raro fructu.

Magnitudine et facie fere M. serpyllifolii. Folia vero quod ad substantiam magis sequentium, etiam ad apicem caulis maxima in rosulam collecta, unde nomen speciei.

1300. MNIUM *crudum:* caulibus simplicibus inferne nudis, foliis sparsis ovatis acuminatis: perichætialibus elongatis superne serrulatis patulis, capsulis nutantibus clavatis. *Linn. svec. n.* 979. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 37. *Hook. et Tayl. musc. p.* 119. *t.* 28. *Dillen musc. p.* 401. *t.* 51. *f.* 70.

β. longicolle: foliis magis serratis nitentibus, capsulis erectioribus collo longiori.
Bryum longicollum *Swartz musc. p.* 99. *t.* 6. *f.* 13. *Hedw. spec. musc. p.* 169. *t.* 41. *f.* 1-5. (Webera).

Hab. locis occultis madidis ad rupes totius Sveciæ etiam alpinæ ubique; *β* vero in alpium apricis præcipue Dalecarliæ.

Vulgo foliis dilute glaucescentibus, summis longioribus semper patentibus facile dignoscitur; sed locis alpinis magis nitens et strictus occurrit, quo in statu ad Bryi nutantis varietatem alpinam accedere videtur.

1301. MNIUM *bimum:* caulibus innovando dichotomis elongatis, foliis oblongis acuminatis mucronatis siccitate marginibus recurvis, capsulis clavatis. *Schreb. lips. p.* 83. (Bryum). *Swartz musc. svec. p.* 50. *Dillen. musc. p.* 405. *t.* 51. *f.* 72. 73.

M. psevdo-triquetrum *Hedwig st. cr.* 3. *t.* 7.

Bryum ventricosum *Hook. et Tayl. musc. p.* 124. *t.* 30.

β. turbinatum: caulibus abbreviatis, foliis subovatis, capsulis obovatis. M. turbinatum *Hedwig st. cr.* 3. *t.* 8. *Hook. et Tayl. musc. p.* 122. *t.* 29. *Dillen. musc. p.* 406. *t.* 51. *f.* 74.

γ. obtusatum: caulibus vix innovantibus, foliis obtusiusculis.

Hab. in paludosis totius Sveciæ passim; γ Upsaliæ in palude Vitulfsbergensi.

Ob stellatos sic dictos flores tam regulariter dichotomus. Caulis semper ruberrimus et folia viridia. Longitudo omnium partium maxime variabilis ut in multis plantis paludosis. Folia semper integerrima.

1302. MNIUM *albicans:* caulibus subsimplicibus, foliis oblongo-ovatis acutis superne serratis patentibus, capsulis ovalibus. *Wahlenb. lapp. n.* 622.

Hab. in terra irrigata inferalpina Nordlandiæ norvegicæ passim.

Praecedenti certe proximus, sed caules vix unquam innovantes, folia pallescentia et demum ob cellulas laxiores superne omnino albentia, capsulae basi non angustatae.

1303. MNIUM *palustre:* caulibus dichotomis, foliis lanceolatis elongatis margine revolutis subintegerrimis, capsulis oblongis cernuis sulcatis. *Linn. svec. n.* 970. *Dillen. musc. p.* 233. *t.* 31. *f.* 3. *Hook. et Tayl. musc. p.* 115 *t.* 28. (Bryum).

Hab. in paludibus ubique vulgatissimum.

Color flavescens. Folia eximie mollia, villo radiculoso inferne interstincta.

1304. MNIUM *turgidum:* caulibus erectiusculis dichotomis, foliis ovalibus obtusis concavis imbricatis, capsulis oblongis cernuis sulcatis. *Wahlenb. lapp. n.* 619. *t.* 25. *Hartm. Vet. Ac. Handl.* 1814. *p.* 105.

Hab. ad rupes madidas per summum alpium Lapponicarum et Jemtlandicarum jugum passim.

Valde affinis praecedenti. Caules multo longiores saepius in modum Hypni decumbentes et steriles, cum foliis plerumque duas lineas lati, non nisi rarius villo radiculoso. Setae autem breviores, plerumque tantum semiunciales.

1505. MNIUM *fontanum:* caulibus subverticillatis, foliis ovatis acuminatis planiusculis serrulatis, capsulis globosis. *Linn. svec. n.* 969. *Fl. Dan. t.* 298. *Dillen. musc. p.* 339. *t.* 44. *f.* 2.

Bartramia font. *Swartz.* — *Hook. et Tayl. musc. p.* 87. *t.* 23.

Hab. ad rivulos fontanos per totam Sveciam passim.

Muscus strictior, lutescens, ad Bartramias quodammodo accedens fructu, sed ob flores masculos eximie stellatos vel disciformes adhuc hoc loco relictus.

427. POHLIA.

Hedwig st. cr. 1. *p.* 96. *t.* 36. *Hooker l. c. t.* 3. *f.* 7. (Bryum).

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acuminatis longitudine interioris; interius inferne membrana indivisa, superne laciniis sedecim (sinubus nudis sine ullis ciliis interjectis). Capsula valde angustata et elongata in setam rectam terminalem. Calyptra cucullata. Flores masculi angusti. – *Muscus angustissimus et simplicissimus hujus sectionis.*

1506. POHLIA *elongata:* caule erecto simplici abbreviato, foliis lineari-lanceolatis acutis superne serrulatis, capsula cernua cylindrica basi elongata arcuata. *Hedw. l. c. Wahlb. gothob. p.* 102.

Bryum elongatum *Dicks. crypt. fasc.* 2. *p.* 8 *Engl. Bot. t.* 1603. *Hook. et Tayl. musc. p.* 123. *t.* 30. *f.* 1.

Hab. in arenosis umbrosis montium maritimarum occidentalium Gothiæ rarius ex. gr. in Kullaberg Scaniæ et in Gammelboskogen prope Götheborg.

Foliatio viridula, nervo apicem fere attingente, satis stricta. Seta sesquiuncialis aurantiaca. Capsula in collum ipsius longitudine abiens.

428. PTYCHOSTOMUM.

Hornschuch in Syll. pl. ratisb. p. 62. *Bryol. germ. schem.*

Peristomium subduplex: exterius dentibus sedecim acu-

minatis demumque subhyalinis membranæ interioris adhærentibus et eadem rumpente a se invicem secedentibus. Capsula basi elongata inclinata. Calyptra cucullata. Flores masculi capituliformes. — *Muscus habitu Bryo simillimus, sed peristomiis longe magis incompletis.*

1507. PTYCHOSTOMUM *cernuum:* foliis oblongis acuminatis laxis, capsula elongato-pyriformi, operculo conoideo. *Hornsch. l. c. p.* 64.

Didymodon cernuum *Swartz musc. svec. p.* 28. *et* 85. *t.* 1. *f.* 2. *Hedw. spec. p.* 58. *t.* 9. (Cynontodium).

Hab. ad rupes umbrosas prope Norrköping et Stockholm (*L. B. Wrangel*).

Muscus Bryum nimis macrum angustatum simulque rigidulum refert. Folia nervo insigni rubente.

429. CINCLIDIUM.

Swartz in Schrad. diar. 1801. *p.* 25. *t.* 2.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim brevibus obtusis; interius membranaceum superne in cupulam inversam obtusam clausam reticulatam formatum, inferne intra dentes exterioris evanescens penetratumque, remanentibus columnis sedecim inter dentes exterioris positis cupulam sustentantibus. Capsula inflexa setæque adpressa; basi apophysi inflata. Calyptra cucullata. Flores masculi disciformes. — *Muscus latifolius aquaticus luridus.*

1508. CINCLIDIUM *stygium: Swartz l. c. Fl. Dan.* 8. *t.* 1422. *Schwœgr. suppl.* 2. *p.* 85. *t.* 67. *Wahlenb. lapp. n.* 627. *ups. n.* 719.

Hab. in paludibus maximis sylvaticis a Lapponia ad Vermlandiam et Uplandiam passim.

Muscus simillimus Mnio serpyllifolio, sed color brunneus praecipue in foliorum nervo et marginibus insignis, folia acuta nervo excurrente cuspidata, capsulae speciali modo setis adpressae. — Genus satis naturale inter muscos brycideos summe aquaticum, peristomio interiore fere Fontinalis, exteriore omnino Meesiae, ab utris-diversum magis inflatâ vel vesiculari formâ, quae in paludosis vegetabilibus non inconsveta.

430. MEESIA.

Hedwig fund. 2. p. 97. t. 9. f. 56. 57.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim brevioribus obtusioribus; interius columnis vel ciliis inter dentes exterioris respondentibus, distinctis vel reticulo plus minus connexis. Capsula obliqua plus minus pyriformis, lævissima, basi attenuata, in seta terminali sæpe elongatâ. Calyptra cucullata. Fructificatio subdiscoidea. — *Musci plus minus paludosi, foliis erectis n. 1, patentibus 2, divergentibus 3, recurvis 4.*

1309. MEESIA *uliginosa*: foliis lineari-attenuatis integerrimis obtusis erectis. *Hedwig st. cr. 1. t. 1. 2. spec. p. 173. Wahlenb. lapp. n. 631. Hartm. Vet. Ac. Handl. 1814. p. 101.*

Bryum trichodes *Linn. svec. n. 1006. Hook. et Tayl. musc. p. 116. t. 28. Dill. musc. p. 389. t. 49. f. 58.*

Hab. in uliginosis apricis usque ad Lapponiam passim parcius.

Setae plerumque sesquiunciales, sed in alpibus saepe vix semiunciam longae. Folia setis ad basin vix duplo latiora, nervo dilatato quod ad dimidiam latitudinem constituta. Color eorum demum fuscescens.

1310. MEESIA *dealbata*: caulibus abbreviatis, foliis lanceolatis acutis planis patentibus apice subserratis diaphanis. *Swartz musc. svec. p. 94. t. 5. fig. 10. Hedw. spec. musc. p. 174. t. 41. f. 6-9. Wahlenb. lapp. n. 632.*

Bryum dealbatum *Dicks. cr. fasc. 2. p. 8. t. 5. f. 3. Hook. et Tayl. musc. p. 117. t. 28.*

Hab. ad rupes occultas madidas præcipue inferalpinas Lapponiæ passim; alias rarissime.

Setarum longitudo variat ut in praecedente, a qua modice differt foliis explanatis, seta multoties latioribus, colore pallidiore omnium partium demum in foliis dealbato. — Bryum triquetrum Hook. et Tayl. l. c. p. 117. hujus varietas major videtur.

1311. MEESIA *longiseta*: foliis ovato-linearibus trifariis divergentibus serratis. *Hedw. st. cr. 1. t. 21. 22. spec. p. 173. Wahlenb. lapp. n. 630. ups. n. 717.*

Mnium triquetrum *Linn. svec. n. 978.*

Hab. in paludibus fluctuantibus Sveciæ saltem septentrionalioris ab Uplandia ad Lapponiam copiose.

Setae plerumque tres uncias longae, sed et sesquiunciales rarius occurrunt. Caules autem elongati, foliis divergentibus (apicibus sesquilineam distantibus) siccitate contortis. Nihilo tamen minus species omnes optime affines genus naturale cum insequente constituunt.

1312. MEESIA *squarrosa:* foliis deltoideis quinquefariis recurvis denticulatis, capsulis oblongis. *Wahlenb. lapp. n.* 629.

Bryum squarrosum *Linn. svec. n.* 1007. *spec. pl. p.* 1585. *Hedwig spec. p.* 186. *t.* 44. *f.* 6-11.

Hab. in paludibus profundissimis apricis Sveciæ frigidioris a Lapponia usque ad Vermlandiam et Uplandiam fere ubique, postea rarius.

Surculi saepe digitum longi sed simpliciusculi, vermiculares, parum plus quam semilineam crassi, ob folia reflexa fere retro-imbricati. Setae saepius sesquiunciales. Capsulae laevissimae sine omnibus rugis.

431. TIMMIA.

Hedwig stirp. crypt. 1. *p.* 83. *t.* 31. *spec. musc. p.* 176.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim latiusculis; interius inferne membranaceum, dein divisum in cilia 32-64. inter se cancellatim confluentibus in cupulam pronam apice tantum dehiscentem. Capsula obliqua, sulcata. Fructificatio gemmiformis. — *Muscus insignior foliatione fere Polytrichi valde serrata.*

1313. TIMMIA *austriaca:* foliis lanceolatis. *Hedwig spec. musc. p.* 176. *t.* 42. *Web. et Mohr crypt. p.* 254. *Wahlenb. lapp. n.* 628.

Hab. in marginibus umbrosis terræ inferalpinis Nordlandiæ norvegicæ copiose, et exinde per Lapponiam svecicam usque ad Sundsvall Norrlandiæ rarius; in Osmundsberg Dalecarliæ optima et copiosa.

Habitus fere Polytrichi undulati, foliis eximie serratis, ob nervum validum siccitate contortis etc.; sed albescentia huic generi propria. Nostra species ut subalpina et montana contractior, foliis tantum duas lineas longis, cum contra T. megapolitanae folia fere quatuor lineas longa, ita-

que linearia patentiora ut convenit musco paludoso. Ceterum differentia vix ulla.

432. FUNARIA.

Schreb. in gen. pl. Linn. n. 1650. *Hedw. spec. p.* 172. *fund.* 2. *t.* 10. *f.* 58-61.

Peristomium duplex, depresso-planum: exterius dentibus sedecim obliquis apice connexis; interius dentibus totidem oppositis membranaceis liberis. Capsula pyriformis, spiraliter sulcata, terminalis. Fructificatio disciformis. — *Musci caule brevissimo cum foliis fere bulbiformi, seta valde spiraliter contorta.*

1314. FUNARIA *hygometrica:* foliis ovatis maxime concavis acuminatis integerrimis, setis apice arcuatis. *Hedwig spec. p.* 172. *Sv. Bot. t.* 228. *Hook. et Tayl. musc. p.* 69. *t.* 20. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 139.
Mnium hygrometricum *Linn. svec. n.* 972. *Flor. Dan. t.* 648. *fig.* 2. *Dill. musc. p.* 407. *t.* 52. *f.* 75.
β. minor:
Hab. in terra præcipue deusta, in muris etc. totius Sveciæ passim.

Muscus junior valde flavescens. Caulis brevis ob folia valde concava quasi bulbiformis. Setae adultiores praecipue superne pro diversa humiditate et siccitate aëris se relaxant et contorquent, unde nomen speciei et svecicum *Våderleksmossa* vel *Våtvådersmossa.*

1315. FUNARIA *calcarea:* foliis ovalibus piliferis serratis, seta recta, capsula oblongata. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 137. *t.* 4. *f.* 2. *a-k.*
F. Mühlenbergii *Hedw. fil.* — *Web. et Mohr cr. p.* 380. *Hook. et Tayl. musc. p.* 69. *t.* 20.
(? *β.* F. hibernica *Hook. et Tayl. l. c. p.* 70. *t.* 20).
Hab. ad petras calcareas apricas Gotlandiæ occidentalis altioris passim, ex. gr. in insula Carolina majori, ad Klintabacke, ad Gåsmora Fåröæ.

Folia pallescentia, subpatentia Seta quatuor lineis non longior, parum tortilis. Capsula quoque minus sulcata.

433. BARTRAMIA.

Hedw. st. cr. 2. *p.* 111. *t.* 40. *spec. musc. p.* 164.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acumi-

natis; interius membranaceum plicatulum, superne laciniis sedecim latis carinatis apice bifidis: interjecta lacinula breviore. Capsula globosa obliqua sulcata in setâ minus conspicuâ. Calyptra cucullata. Flores masculi terminales gemmiformes. — *Musci foliis copiosis, subsetaceis n.* 1316-1318. *sublanceolatis n.* 1319.

1316. BARTRAMIA *pomiformis:* caule abbreviato, foliis basi subvaginantibus setaceis strictis subintegerrimis. *Hedwig spec. p* 164. *Swartz musc. p.* 73. *Wahlenb. lapp. n.* 642.

B. ithyphylla *Hook. et Tayl. musc. p.* 86. *t.* 23.

Bryum pomiforme *Linn. svec. n.* 988.

Hab. in terra denudata occulta ad semitas, rupes etc. totius Sveciæ etiam alpinæ ubique.

Caules cum vaginis suis nitent. Folia semper stricta, eximie viridia, fere tota constituta nervo superne ob dilatationem suam minus distincto.

1317. BARTRAMIA *crispa:* caule subelongato, foliis linearibus uninervibus serrulatis crispabilibus. *Swartz musc. p.* 73. *Schwægr. suppl.* 2. *p.* 46. *t.* 59. *Wahlenb. lapp. n.* 644.

B. pomiformis *β Hook. et Tayl l. c. p.* 85. *t.* 23.

Hab. in fissuris rupium sylvaticarum ubique, usque in Lapponiam.

Longior et mollior, sine omni nitore, coloris dilutioris. Foliorum latera a nervo usque ad apicem distingvuntur.

1318. BARTRAMIA *Halleriana:* caule elongato, foliis linearibus sursum setaceis serrulatis seta capsulifera longioribus. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 40. *spec. p.* 164. *Hook. et Tayl. musc. p.* 87. *t.* 23.

Bryum pendulum *Flor. Dan. t.* 833. *f.* 1.

Hab. ad rupes montium altiorum subalpestrium Lapponiæ rarius, Norrlandiæ in Skulberget, Vermlandiæ ad Lesjöfors, Persberg etc. Ostrogothiæ in Omberg, Smolandiæ in Skurugatan.

Plerumque uncias non nullas longa, sed non semper longior proximis. Folia vero semper longiora plus quam trilinearia, fere duplo capsulam excedentia, itaque muscus eximie setosus, rufescens, habitu vulpino.

1319. BARTRAMIA *gracilis:* caule elongato, foliis sublanceolatis acutis serrulatis patulis. *Flörke in Schrad. diar.* 1799. 2. *p.* 171. *Hook. et Tayl. musc. p.* 86. *t.* 23. *Wahlenb. lapp. n.* 645. *Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 137.

Bryum Oederi *Retz. scand. p* 261. *Fl. Dan.* 3. *t.* 478.

Hab. in fissuris madidis rupium umbrosissimarum per regiones montosas insigniores: ut Lapponiæ præcipue inferalpinæ copiose, Angermanniæ in Tåsjöberg, Dalecarliæ in Osmundsberg, Vermlandiæ ad Persberg, Gotlandiæ ad Thorsborg, Ostrogothiæ in Kolmorden et prope Norrköping sat copiose.

Longe gracilior praecedentibus ob folia brevia nunquam sesquilinea longiora, inter genicula innovationum longitudine decrescentia simulque sparsa. Color laetius viridis.

434. BUXBAUMIA.

Linn. gen. ed. Schr n. 1659. *Hedw. fund.* 2. *p.* 95. *t.* 9 *f.* 52. 51.

Peristomium (subduplex: exterius ciliis numerosis, interdum deficientibus, forsan operculo delabente abruptis;) interius conicum plicatum indivisum membranaceum. Capsula sursum depressa (quasi a folio supino formata), sessilis vel caule elongato pedunculata. Calyptra mitræformis minima. — *Musci valde singulares, foliis vel subnullis vel superne partitis.*

1320. BUXBAUMIA *aphylla:* capsulis pedunculatis. *Linn. svec. n.* 1203. *Hedw. fund.* 2. *t.* 3 *f.* 10. *et t.* 9. *f.* 52. *Fl. Dan. t.* 249. *f.* 1. *Hook. et Tayl. musc. p.* 84. *t.* 3. *et* 22. *Wahlenb. lapp. n.* 617.

Hab. in terra sterilissima denudata sylvarum acifoliarum passim parcius: ut Upsaliæ, Vermlandiæ ad Kroppa, Lapponiæ ad Risnäs, Smolandiæ, Vestrogothiæ, Dalekarliæ in Bisbergsklack etc.

Loco foliorum tantum asperities inconspicua. Seta cum capsula semiuncialis altitudinis. Capsula latissima inter muscos, sesquilineam lata; latere inferiore ut seta rubro, superiore quasi abscisso virente tenuiore, demum rumpente et semina emittente.

1521. BUXBAUMIA *foliosa:* foliis interioribus apice trifidis capsula longioribus. *Hedwig spec. p.* 166. *fund.* 2. *t.* 9. *f.* 51. *Swartz musc. ill. n.* 2. *t.* 4. *f.* 4. Diphyscium foliosum *Hook. et Tayl. musc. p.* 16. *t.* 1. *et* 8. *Wahlb. gothob. p.* 111.

Hab. ad terram in fagetis Smolandiæ occidentalis ex. gr. ad Femsjö admodum frequens (*Fries*), Vestrogothiæ in paroecia Töllesjö inter Borås et Alingsås, Gothoburgi, Ostrogothiæ in Omberg; Vermlandiæ in Kroppa et Upsaliæ rarissime.

Acaulis videtur, tamen folia duplicis generis: inferiora (caulina) oblonga obtusa siccitate valde contorta et inconspicua, fuscescentia; superiora vel perichaetialia erecta setifera, tota sesquitertiam lineam longa, setis suis capsulam longe superantia. Capsula tota viridis et tantum obliqua.

435. ORTHOTRICHUM.

Hedw. st. cr. 2. *p.* 96. *Hook. et Tayl. musc. p.* 72. *t.* 2.

Peristomium exterius dentibus reflexibilibus sedecim vel octo; interius ciliis totidem inter dentes exterioris positis, interdum evanescentibus. Capsula recta subcostata terminalis, subsessilis vel in pedicellum breviorem attenuata. Calyptra mitræformis s. campanulata, capsula longior, costata vel in n. 1526. tantum basi sulcata, plerumque sursum pilosa. Flores masculi axillares. — *Musci caule dichotomo.*

1522. ORTHOTRICHUM *striatum:* peristomio interno sedecimdentato, capsula ovata sessili, foliis oblongo-acuminatis patulis margine recurvis. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 36. *Hook. et Tayl. musc. p.* 75. *t.* 21. Bryum striatum α *Linn. svec. n.* 987. *Dill. musc. p.* 430. *t.* 55. *f.* 8.

Hab. in truncis arborum inprimis Betulæ provinciarum septentrionalium, sed sæpius in rupibus meridionalium.

Foliorum margines recurvati fere usque ad apicem pertingentes faciem eximie striatam musci efficiunt. Capsula laevis, sine striis ullis. Peristomii dentes interiores parum angustiores quam exteriores.

1523. ORTHOTRICHUM *diaphanum:* peristomio in-

terno sedecimciliato, capsula sessili, foliis oblongo-attenuatis: acumine diaphano serrulato. *Schrad. spicil. p* 69. *Hook. et Tayl musc. p* 74. *t.* 21.

Hab. in truncis præcipue Fagi Scaniæ campestris ex. gr. Lundæ.

Folia saturate viridia apicibus albis, quod in hoc genere singulare. Muscus ceterum quoque angustissimus.

1324. ORTHOTRICHUM *obtusifolium:* peristomio interno octociliato, capsula oblonga sessili, calyptra glabrata, foliis subovatis obtusis concavis, caule abbreviato. *Swartz musc. svec. p.* 90. *t.* 4. *f.* 8 *Web. et Mohr cr. p.* 231. *Schwægr. suppl.* 2. *p.* 15. *t.* 50. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 649.

Hab. in truncis arborum frondosarum inprimis populi præcipue regionum septentrionalium et orientalium passim.

Brevitate sua eximie differt a sequentibus pedetentim elongatis. Minus etiam virescit.

1325. ORTHOTRICHUM *affine:* peristomio interno octociliato, capsula oblonga subsessili, foliis sublanceolatis acuminatis patentibus. *Schrad. spicil. p.* 67. *Hook. et Tayl. musc. p.* 74. *t.* 21. *Dillen. musc. p.* 432. *t.* 55. *f.* 10.

β pumilum: abbreviatum, calyptra glabrata. *Hook. l. c. Swartz musc. sv. p.* 92. *t.* 4 *f.* 9.

Hab. in truncis arborum, rarius ad rupes, totius Sveciæ frequenter.

Quia valde variat variis speciebus affine videtur.

1326. ORTHOTRICHUM *crispum:* peristomio interno octociliato, capsula oblonga striata, seta exserta superne incrassata, foliis ovali-linearibus attenuatis siccitate tortuosis. *Hedw.* — *Hook. et Tayl. musc. p.* 73. *t.* 21.

Bryum striatum *δ. Linn. svec. n.* 987. *Dill. musc. p.* 433. *t.* 55. *f.* 11.

β. curvifolium: brevius, capsulis ovalibus. *Wahlenb. lapp. n.* 647.

γ. brevifolium: foliis rectis. O. Hutchinsiæ *Hook. l. c. Wahlb. gothob. p.* 104.

Hab. in regionibus inferalpinis, montosis et humidis (nec campestribus) α in arboribus, β et præsertim γ. in saxorum lateribus passim.

Capsulae interdum duas lineas extra folia prominent. Calyptra tenuior quam in ceteris vix costata sed tantum basi sulcata incisaque. Muscus totus quoque magis membranaceus.

1327. ORTHOTRICHUM *anomalum:* peristomio interno nullo, seta exserta, foliis oblongis obtusiusculis erectis. *Hedwig st. cr.* 2. *t.* 37. *Hook. et Tayl. musc. p.* 72. *t.* 21.

Bryum striatum β *Linn. svec. n.* 987.

β. cupulatum: capsulis subsessilibus. *Hook. et Tayl. l. c. Dillen. musc. p.* 430. *t.* 55. *f.* 9.

Hab. in saxis et rupibus, rarius ad terram, per totam Sveciam passim.

Obscurius coloratum et rigidius, etiam latius quam praecedentia.

436. POLYTRICHUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1660. *Hedw. fund* 2. *p.* 90. *t.* 7. *f.* 37.

Peristomium exterius dentibus apud maximas species n. 1328-1330. circiter 64 dein decrescentibus ad 32, semper brevibus, inter se dehiscentibus, sed apicibus incurvis connexis membranâ Peristomii interioris transversâ planâ ad operculum primum hærente demum orificium capsulæ tympani instar tegente. Capsula intus columnâ semper quadrangulâ, etiam extus tetragona in n. 1328-1330., magis rotundata in ceteris, sæpius inclinata. Calyptra cucullata a) tecta pilis dependentibus calyptram exteriorem referentibus n. 1328-1335. b) adspersa pilis erectis interruptis n. 1336. c) tantum apice exasperata n. 1338. d) lævissima n. 1337. Flores masculi disciformes sæpius ex centro proliferi! — *Musci plerumque simplicissimi (rarius caule diviso n.* 1331-1333.) *rigidissimi foliis plerumque totis nervo crasso constitutis, sed tantum undulatim diviso in n.* 1336. 1337., *angusto rectoque in n.* 1338.; *ceterum marginibus maxime patulis serratis n.* 1338. 1330. 1334. 1333. *minus patentibus n.* 1332. 1335. *integerrimis subincurvis n.* 1336. 1337. *inflexis n.* 1328. 1329.

1328. POLYTRICHUM *piliferum:* caule simplici, foliis superne subulatis piliferis: inferne marginibus inflexis contiguis, capsulis quadrangulis ovatis apophysi instructis. *Hedwig spec.* p. 90. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1362. *f.* 2. *Hook. et Tayl. musc. p.* 24. *t.* 10.
P. commune γ. *Linn. svec. n.* - - - *Dillen. musc. p.* 426. *t.* 54. *f.* 3.
Hab. in ericetis et campis sterilissimis etiam alpinis ubique.
Folia ut setae rubent, pilis albidis.

1329. POLYTRICHUM *juniperinum:* caule simplici, foliis attenuato-subulatis apice coloratis: marginibus inflexis, capsulis quadrangulis ovatis apophysi instructis. *Hedwig spec. p.* 89. *t.* 18. *fig.* 6-10. *Hook. et Tayl. musc. p.* 25. *t.* 10. *Dillen. musc. p.* 424. *t.* 54. *f.* 2.
P. commune β *Linn. svec.*
Hab. locis sterilissimis etiam paludosis usque in summas alpes frequentissime.
Variat foliis patentioribus loco occultiore, strictioribus in terra macra aprica, ceterum margine implicatis fere ut in praecedente sed nullo sequentium, ideoque rigidis fere Juniperi. — Huic P. sexangulare Flörke (P. septentrionale Muscol. brit. p. 25. t. 10.) forsan accedit, quod apud nos sive non crescit sive neglectum est.

1330. POLYTRICHUM *commune:* caule simplici, foliis attenuatis divergentibus serrulatis, capsulis quadrangulis ovatis apophysi instructis. *Linn. svec. n.* 966. α. *Hedwig spec. p.* 88. *Sv. Bot. t.* 101. *Hook et Tayl. musc. p.* 26. *t.* 10. *Dillen. musc. p.* 420. *t.* 54. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 607.
β. aurantiacum: brevius, foliis marginibus hyalinis, capsulis rotundatis. *Hook. et Tayl. l. c. Wahlenb. lapp. n.* 609. *ups. n.* 779.
P. formosum *Hedw. spec. p.* 92. *t.* 19. *f.* 1. *Wahlb. gothob. p.* 105.
Hab. locis minus sterilibus sylvaticis totius Sveciæ ubique; β in uliginosis.
Facile maximum nostrorum muscorum simpliciorum, saepe

pedale, itaque rusticis etiam notius nomine *Björnmossa*, *Sopmossa* etc. Capsula quoque maxima magnitudine granorum cerealium rusticis *Sparfhafre*, *Guckuråg*, *Kråkkorn*, *Kråkhvete*, Gotlandis *Pukhafre* i. e. demonis Avena e. s. p. Folia saepe quatuor lineas longa et seta quadriuncialis. β potius degeneratio a loco (succosior, rotundior et pallidior) quam forma constans, etiamsi figura partium satis aliena.

1331. POLYTRICHUM *alpinum:* caule ramoso, foliis linearibus patentibus serrulatis, capsulis substrumosis oblongis obliquis. *Linn. spec. pl. p.* 1578. *Hook. et Tayl. musc. p.* 27. *t.* 11. *Dillen. musc. p.* 427. *t.* 55. *fig.* 4 *Wahlenb. lapp. n.* 610. *ups. n* 782.

β. arcticum: capsula subcylindrica sine strumæ indicio. *Swartz musc. sv. p.* 105. *t.* 8 *fig.* 17.

Hab. ad margines terræ elevatos præcipue juxta fluvios per totam Lapponiam et Norrlandiam alpinam sylvaticamque usque ad Dalecarliam frequenter; deinde in sylvis frigidis saxosis Upsaliæ, Stockholmiæ, Smolandiæ occidentalis (*Fries*) etc, rarius, β præcipue in inferalpinis.

Caulis superne divisus in formam fastigiatam, saepius digitum minorem longus; foliis non parum secundis; setis vix plus quam uncialibus.

1332. POLYTRICHUM *septentrionale:* caule ramoso, foliis canaliculato-subulatis subsecundis apice compressis denticulatisque, capsulis ovalibus substrumosis. *Swartz musc. svec. p.* 107. *t.* 9. *fig.* 18. *Web. et Mohr cr. p.* 225. *Wahlenb. lapp. n* 611.
P. norvegicum *Hedw. spec. p.* 99. *t.* 22. *f.* 1-5.
P. ramosum *Flor. Dan. t.* 297.

Hab locis denudatis apricis subuliginosis summarum alpium Lapponicarum et Jemtlandicarum passim copiose.

Praecedenti certe proximum, sed longe minus, caulibus saepe tantum nonnullas lineas longis et tamen divisis, foliis totis vix duas lineas emetientibus: marginibus ad apicem sursum spectantibus; seta vix semiunciali.

1553. POLYTRICHUM *urnigerum:* caule diviso, foliis lanceolatis planis dentatis acutis patentibus, capsulis cylindraceis erectiusculis. *Linn. svec. n.* 967. *Hedwig spec. p.* 10. *t.* 22. *f.* 5-7. *Hook. et Tayl. musc. p.* 27. *t.* 11. *Wahlenb. lapp. n.* 612. *Dill. musc. p.* 427. *t.* 55. *f.* 5. *Wahlb. gothob. p.* 106.

β capillare: setis et foliis magis vagis elongatis. *Wahlenb. l. c.*

Hab. in sabulosis nuper denudatis ad fossas, fluvios etc. inprimis Sveciæ mediæ et septentrionalis usque ad Lapponiam inferiorem passim; *β* locis aliquando a fluviis inundatis præcipue Vestrobottniæ.

Majus, durius et longius persistens quam insequentia etiam capsulam angustam foliis paullo latiorem habentia. In Lapponia magnitudine tam variat, ut interdum P. nano minus fiat.

1554. POLYTRICHUM *aloides:* caule simplici abbreviato, foliis lineari-lanceolatis planis serratis obtusiusculis patentibus, capsulis cylindraceis erectiusculis. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 14. *Hook. et Tayl. musc. p.* 28. *t.* 11. *Dill. musc. p.* 429. *t.* 55. *f.* 7. *Wahlb. gothob. p.* 106. *Aspegren bleking p.* 75. P rubellum *Menzies in Linn. transact.* 4. *t.* 7. *f.* 3. Mnium polytrichoides *β Linn. svec. n.* 985.

Hab. locis similibus Sveciæ meridionalioris ut Ostrogothiæ ad Norrköping, Vestrogothiæ inter Alingsås et Borås, Gothoburgi, Smolandiæ, Blekingiæ, Scaniæ in lapicidinis ad Höör omnium copiosissime.

Folia succosiora, molliora et magis viridia, etiam majora, (duas lineas longa) quam in proximis. Setae et capsulae eximie subviolaceae. Calyptrae praecipue purpurascentia sua inconsvetae. Capsulae etiam tenuioris substantiae cito albescunt et cadunt

1555. POLYTRICHUM *nanum:* caule simplici brevissimo, foliis sublinearibus convexis obtusis dentatis conniventibus, capsulis subglobosis erectiusculis. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 13. *Hook. et Tayl. musc. p.* 28. *t.* 11. *Dill. musc. p.* 428. *t.* 55. *f.* 6. *Wahlenb. ups. n.* 784. Mnium polytrichoides *Linn. svec. n.* 985.

Hab. in terra denudata sylvarum elevatiorum præcipue Sveciæ mediæ ex. gr. Stockholmiæ et Upsaliæ, rarius Smolandiæ occidentalis.

Nanam et contractam formam melius servat quam affinia, uncia brevius; foliis vix sesquilineam longis, contractis et crassiusculis. Ceterum colore et substantia P. urnigero proximum.

1336. POLYTRICHUM *hercynicum*: caule simplici, foliis canaliculatis incurvis integerrimis; nervo undulato, capsulis cylindraceis, calyptra interrupte pilosa. *Hedw. st. cr.* 1. *t.* 13. *Flor. Dan. t.* 1417. *Hook. et Tayl. musc. p.* 24. *t.* 10. *Wahlenb. lapp. n.* 614.

Hab. in arenosis umbrosis ad radices alpium Nordlandiæ norvegicæ passim, ad fluvios Lapponiæ Kemensis rarius, ut etiam in jugis elevatis Dalekarliæ inter Hällsjön et Högfors copiose.

Substantia tota tenuior quam in praecedentibus transitum ab iisdem ad P. undulatum constituens. Folia praecipue ad margines membranacea, nervo tantum medio undatim dilatato. Color quoque pallidus. Folia subteretia incurva apparent.

1337. POLYTRICHUM *lævigatum*: caule simplici, foliis ovatis concavis imbricatis integerrimis: nervo undulatim dilatato lamellosoque, capsulis oblongis cernuis, calyptra lævissima. *Wahlenb. lapp. n.* 615. *t.* 22. *Hook. musc. exot t.* 81. *f.* 5. 4. ex Bryol. germ. 1. p. 94.

Hab. in nuda arena riparia aprica fluminis Muonio prope pagum Muonio superiorem et Ketkessuvando Lapponiæ Tornensis copiose.

Praecedente brevius et latius. Folia itaque vix curvata, sed potius tantum imbricata; nervus magis dilatatus folia quoque minus tenuia reddit. Color etiam viridior. Setae longitudo vix plus quam semiuncialis. Capsula obliqua videtur fere ut in P. alpino, tamen maturam non vidi. Calyptra etiam apice laevissima ut in nullo alio Polytricho.

1338. POLYTRICHUM *undulatum*: caule simplici, foliis lanceolatis planis patentibus serratis siccitate

undulatis uninervibus, calyptra glabra apice muricata. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 16. 17. *Hook. et Tayl. musc. p.* 23. *t.* 10.

Bryum undulatum *Linn. svec. n.* 996. *Flor. Dan. t.* 477. *Dill. musc. p.* 360. *t.* 46. *f.* 18.

β. minus: foliis capsulisque brevioribus, capsula denique erecta. *Wahlenb. lapp. p.* 349.

Hab. in terra denudata occulta sylvatica totius Sveciæ ubique

Capsula cum peristomio omnino ut in praecedentibus, sed folia cum nervo suo ad Mnia non parum accedunt, quamquam nervus adhuc dilatatus et quasi alatus polytrichoideae naturae. Magnitudo musci admodum variat a digitali usque ad nonnullas lineas, qua forma foliorum et capsulae valde mutatur, adeo ut muscus demum Gymnostomum truncatulum mirum in modum referat!

437. DICRANUM.

Hedwig fund. 2. *p.* 91. *t.* 8. *f.* 41. 42.

Peristomium simplex: dentibus sedecim inferne extra conum rectum prominentibus, apice bifidis demumque inflexis. Capsula plus minusve cernua obliqua. Calyptra cucullata glaberrima. Flores masculi capituliformes. — *Musci simpliciores erectiores, quorum primæ species majores sensim procedendo ad minimas et tenuissimas, capsulis autem suberectis n.* 1342. 1343. 1346. 1356. *strumosis n.* 1348-1353.

1339. DICRANUM *scoparium*: caulibus subdivisis elongatis, foliis attenuato-subulatis canaliculatis secundis serrulatis, capsula cylindraceo-clavata arcuata. *Hedw. spec. p.* 126. *Hook. et Tayl. musc. p.* 57. *t.* 18.

Bryum scoparium *Linn. svec, n.* 995. *Dill. musc. p.* 357. *t.* 46. *f.* 16.

β. majus: foliis magis arcuatis, *Hook. l. c. Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 156.

γ. fuscescens: minus, foliis minus secundis. *Hook. l. c.* D. interruptum *Wahlenb. l. c.*

Hab in terra sterili sylvatica totius Sveciæ vulgatissime; β Gotlandiæ.

Plerumque digitum majorem longum (β spithamam), rigidius quam proxima.

1340. DICRANUM *sphagni:* caulibus simpliciusculis, foliis subulatis canaliculatis subsecundis integerrimis scariosis subenervibus, capsulis cylindraceis. *Wahlenb. lapp. n.* 594.
Sphagnum alpinum *Schreb. in Cranz groenl. p.* — *Linn. mant. p.* 506.
β. undulatum: foliis nervo versus apicem evanescente undulatis superne serrulatis obtusiusculis.
D. undulatum *Schrad. spicil.*
D. Schraderi *Web. et Mohr cr. p.* 177. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 156.
Hab in Sphagno accumulato paludum Lapponiæ subalpinæ et *β* reliquæ Sveciæ septentrionalis nec non Gotlandiæ passim.

Habitus totus lutescens eximie scariosus fere squagneus, adeo ut in primaria forma nervus foliorum fere dispareat. In minus duris locis duplo triplo major evadit muscus, simulque nervus redit et folia undulata efficit.

1341. DICRANUM *polysetum:* caulibus subdivisis elongatis, foliis lanceolatis attenuatis planiusculis undulatis apice serratis, capsulis cylindraceis aggregatis. *Swartz musc. svec. p.* 54. *t.* 5. *f.* 5.
D. undulatum *Ehrh.* — *Hook. et Tayl. musc. p.* 57. *t.* 18.
Hab. in saxis sylvaticis apricis præcipue Sveciæ mediæ passim.

Latius quam praecedentia; foliis etiam ob villum radiculosum distingventem utplurimum divergentibus: apicibus semiunciam distantibus. Setae e foliis perichaetialibus convolutis numerosiores quam in ullo alio, itaque nomen non ineptum.

1342. DICRANUM *longifolium:* caulibus subdivisis elongatis, foliis basi lanceolatis sursum setaceis nervoque lato constitutis secundo-falcatis, capsula recta subcylindrica. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 9. *Hook. et Tayl. musc. p.* 55. *t.* 16.
Hab. in lapidibus sylvarumícciorum elatiorum saltem Sveciæ mediæ usque ad Vermlandiam passim.

Angustissimum et tamen strictius rigidiusque quam omnia praecedentia, coloris profundioris.

1543. DICRANUM *montanum:* caulibus subramosis, foliis subulatis undique patentibus siccitate tortis tenuiter uninervibus, capsula rectiuscula rostro longitudine ipsius. *Hedw. spec. p.* 143. *t.* 33. *f.* 8-13. *Web. et Mohr cr. p.* 179. *Wahlenb. lapp. n.* 593.
Hab. ad radices pinorum in sylvis majoribus totius Sveciæ passim, sed rarius fructu.
Praecedentibus multo minus, mollius et valde crispum.

1544. DICRANUM *glaucum:* caulibus divisis fastigiatis, foliis ovato-lanceolatis subimbricatis enervibus integerrimis. *Hedw. spec. p.* 136. *Hook. et Tayl. musc. p.* 52. *t.* 16. *Wahlenb. ups. n.* 745. *Vet. Ac Handl.* 1806. *p.* 136. *Wahlb. gothob. p.* 108. Bryum glaucum *Linn. svec. n.* 994. *Dillen. musc. p.* 562. *t.* 46. *f.* 20. (*et t.* 83. *f.* 8?).
Hab. in ericetis subhumidis Sveciæ temperatioris et magis campestris usque ad Upsaliam rarius; in calcareis maritimisve regionibus vulgatius.
Muscus crassus foliis reticulatis cito albescentibus fere ut Sphagnum. Setae vero et capsulae fere nigrescentes.

1545. DICRANUM *spurium:* caulibus subdivisis elongatis, foliis subovatis concavis acuminatis superne serrulatis undique patentibus flexuosisque, capsulis arcuatis. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 30. *spec. p.* 141. *Hook. et Tayl. musc. p.* 56. *t.* 17. — Bryum spurium *Dicks.*
Hab. in saxis frigidioribus Sveciæ mediæ rarius.
Magnitudine fere D. scoparii, sed folia tam bullata undique squarrosa et scariosa ut fere spuria degeneratio videatur. Valde sporadice etiam occurrit.

1546. DICRANUM *alpestre:* caulibus subdivisis, foliis basi subamplectentibus linearibus planis obtusis patentibus siccitate tortilibus, capsulis rectis ovalibus. *Wahlenb. lapp. n.* 597. *t.* 21.
β majus longiusque.
D. flavescens *Hook. et Tayl. musc. p.* 55. *t.* 17.
Hab. in fissuris rupium alpinarum Lapponiæ præcipue septentrionalis satis frequenter; sed *β* per totam Norrlandiam passim.
Surculi primariae formae parum filo crassiores, *β* vero

D. montano quod ad habitum non absimilis. Capsulae operculum tantum breviter rostratum.

1547. DICRANUM *pellucidum*: caule elongato ramoso, foliis basi subvaginantibus lanceolatis acutiusculis superne serratis undique recurvis siccitate crispabilibus, capsulis ovalibus, operculis breviter rostratis. *Hedw. spec. p.* 142. *Swartz musc. svec. p.* 55. *Web. et Mohr crypt. p.* 183. *schwed. reis. p.* 95. 99. *Hook. et Tayl. musc. p.* 55. *t.* 17.

Bryum pellucidum *Linn. svec. n.* 997. *Dill. musc. p.* 364 *t.* 46. *f.* 23.

Hab. in stillicidiis montanis ad lacus maximos Sveciæ meridionalis interioris ex. gr. in Omberg Ostrogothiæ ubi undis lacus Vettern conspergitur, et (secundum *Fries*) Smolandiæ ad Femsjö.

Muscus valde laxus et subpellucidus, directione foliorum a praecedente et absentia strumae ab insequentibus caute distingvendus.

1548. DICRANUM *polycarpum*: caulibus divisis, foliis linearibus uninervibus patulis siccitate tortilibus, setis superne confertis, capsulis suberectis initio strumulosis. *Ehrh. cr. n.* 84. *Hook. et Tayl. musc. p.* 57. *t.* 18. *Engl. Bot. t.* 2269. *Wahlb. gothob. p.* 109.

Fissidens polycarpos *Hedwig st. cr.* 2. *t.* 31. *spec. musc. p.* 160.

Hab. in rupibus saltim Gothoburgi passim.

Caules unciales et ultra ex maxima parte fuscescentes et emarcidi graciles; apicibus laete virentibus polycarpis contiguis. Setae vix semiunciales. Capsula seminulis adhuc distenta strumulosa, dein sulcata.

1549. DICRANUM *strumiferum*: caulibus divisis, foliis inferne oblongis amplectentibus superne attenuatis planis uninervibus erectiusculis siccitate tortilibus, capsulis elongatis cernuis demum sulcatis subtus strumosis, operculis rostratis. *Swartz musc. svec. p* 53. *Engl. Bot. t.* 2410. *Hook. et Tayl. musc. p.* 54. *t.* 17.

Fissidens strumifer *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 32. *spec. p.* 160. *Wahlenb. lapp. n.* 589. *ups. n.* 759.

Hab. in fissuris rupium decliorum et saxorum occultiorum Sveciæ sylvaticæ fere totius passim.

Caules toti rigidiores et firmiores, ubique foliis densius tecti. Capsulae etiam quo pauciores eo crassiores contra quod in praecedente.

1350. DICRANUM *virens:* caulibus subdivisis, foliis basi amplectentibus linearibus undique divergentibus tortilibus, capsulis demum incurvatis subtus strumosis. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 32. *spec. p.* 142. *Web. et Mohr cr. p.* 182. *Hook. et Tayl. musc. p.* 54. *t.* 17. *Wahlenb. lapp. n.* 596.

Bryum virens *Swartz Nov. Act. Ups.* 4. *p.* 241.

Hab. locis irrigatis ad radices montium totius Sveciæ septentrionalis usque ad Vermlandiam passim.

Inferne nigricans, superne lutescenti-virens, capsulis demum aurantiacis. Magnitudo valde varia: specimina digitalia distinctissima foliis superne serrulatis, sed minima sequenti speciei similiora.

1351. DICRANUM *falcatum:* caulibus subsimplicibus, foliis basi lanceolatis sursum setaceis nervoque constitutis secundo-recurvis, capsula pyriformi cerviculata. *Hedw. spec. p.* 150. *t.* 32. *f.* 1-7. *Hook. et Tayl. musc. p.* 54. *t.* 17.

Hab. in saxis et rupibus apricis Lapponiæ altioris præcipue occidentalis frequenter.

Foliis D. longifolio non dissimilis, sed multo minor fere ut D. heteromallum, setis non semiunciam longis. Color obscurus.

1352. DICRANUM *setaceum:* caule brevissimo, foliis quadrifariis setaceis, struma cylindracea longitudine capsulæ, operculo setaceo. *Swartz musc. sv. p.* 36. D. ambiguum *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 36. *spec. p.* 150. *Web. et Mohr cr. p.* 195.

Trematodon longicollis *Michaux am.* 2. *p.* 289. *Pallis. de Beauv. in act. Linn.* 1. *p.* 444. *t* 4. *f.* 1.

Mnium setaceum *Linn. svec. n.* 974.

Hab. in terra uliginosa præcipue ferruginosa passim, Vermlandiæ ferrimontanæ omnium frequentissime; denique ad mare Finmarkiæ orientalis.

Pulcherrima species: tota flavissima, capsulis croceis. Capsula vero inter rostrum et strumam longam minus conspicua, ut totus muscus magis setaceus appareat quam reliquae species, praecipue in statu juniore.

1353. DICRANUM *cerviculatum*: caule brevissimo, foliis basi lanceolatis latinervibus sursum subulatis subsecundis, capsulis subglobosis basi strumulosis. *Hedwig st. cr.* 3. *t.* 37. A. *spec. p.* 149. *Hook. et Tayl. musc. p.* 53 *f.* 16.

D. pusillum *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 29 B.

Hab. in terra denudata paludum regionum altiorum et frigidiorum ubique.

Junius totum flavet, unde etiam D. flavidum dictum, demum vero obscurescit et tunc D. pusillum audivit. Nunquam quinque lineis longius.

1354 DICRANUM *varium*: caule abbreviato simplici, foliis basi dilatatis attenuatis subsecundis, capsulis ovalibus, operculis conicis. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 34. *spec. p.* 133. *Hook. et Tayl. musc. p.* 58. *t.* 17. *Wahlenb. lapp. n.* 600.

Bryum simplex *Linn. spec. pl. p.* 1587. *Dillen. musc. p.* 390. *t.* 50. *f.* 59.

β. rigidulum: majus et innovans. *Swartz musc. sv. p.* 89. *t.* 3. *f.* 7. *Hedw. spec. p.* 134. *t.* 32. *f.* 8-12.

Hab. in arenosis madefactis ad rivulos etc. Sveciæ saltem septentrionalioris passim.

Plerumque seta tantum bis lineam longa et caulis ipsâ brevior; tamen rigidulum fuscescens.

1355. DICRANUM *heteromallum*: caule subsimplici breviusculo, foliis basi lata subamplectentibus setaceis secundis, capsula obovata rostro setaceo. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 26. *Hook. et Tayl. musc. p.* 59. *t.* 18. *Dill. musc. p.* 375. *t.* 47. *f.* 37. (38).

β. minus: *Wahlenb. lapp. n.* 598.

D. secundum *Swartz Vet. Ac. H.* 1795. *p.* 244.

D. subulatum *Hedw. spec. p.* 128. *t.* 34. *f.* 1-5.

Hab. in terra sylvatica nuper denudata totius Sveciæ passim; in petris arenariis ad Vettern optimum.

Setae hujus utplurimum semiunciam longae, et caules saepe vix breviores; itaque majus proximis.

1556. DICRANUM *crispum:* caule abbreviato, foliis basi subvaginantibus capillaceis divergentibus flexuosis, capsulis erectis ovatis. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 33. *spec. p.* 132. *Hook. et Tayl. musc. p.* 56. *t.* 17. *Wahlenb. lapp. n.* 602.

Hab. in terra uliginosa ubique.

Muscus eximie viridis. Seta vix quinque lineas longa.

1557. DICRANUM *Schreberi:* caule breviusculo, foliis basi subvaginantibus attenuatis divergentibus flexuosis subenervibus, capsulis cernuis subovalibus, operculis conicis. *Swartz musc. svec. p.* 88. *t.* 2. *f.* 6. *Hedwig spec. p.* 144. *t.* 33. *fig.* 6-10. *Wahlenb. lapp. n.* 599.

Hab. locis irriguis montosis Lapponiæ, Stockholmiæ etc.

Foliis crispis praecedenti similior, sed D. vario affinior praecipue capsulis. Caulis saepe longior setà ejus trilineari.

438. CAMPYLOPUS.

Hornsch. in Bryol. germ. schem.

Peristomium (simplex:) dentibus sedecim inferne extra conum rectum aliquantum prominulis, apice fissis (plus minus irregulariter bifidis) vel rarius integris. Capsula recta sæpius ovalis in seta plus minus inflexa vel saltem spiraliter torquata. Calyptra mitræformis. Flores masculi sæpe gemmiformes. — *Musci caulibus longioribus sæpe pluries dichotomis surculos teretiores referentibus, setis* 1) *foliorum pilos subæquantibus* a) *retroflexis n.* 1558. b) *erectis n.* 1559. 2) *foliorum apices duplo triplove superantibus curvatis n.* 1560. 3) *longis* (*fere ut Dicrani*) *rectisque n.* 1561.

1558. CAMPYLOPUS *pulvinatus:* caulibus pulvinatis, foliis oblongo-ellipticis piliferis; marginibus subrecurvatis, setis curvatis pilos foliorum æquantibus, capsula ovali costata, operculi rostello recto. *Hornsch. l. c.*

Fissidens pulvinatus *Hedw. spec. p.* 158. *t.* 40. *fig.* 1-3. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 136.

Trichostomum pulvinatum *Web. et Mohr cr. p.* 109. *Wahlb. gothob. p.* 107.

Grimmia pulvinata *Hook. et Tayl. musc. p.* 38. *t.* 13.

Bryum pulvinatum *Linn. svec. n.* 1009. *Dillen. musc. p.* 395. *t.* 50. *f.* 65. A. B.

β. tenuis: foliis angustioribus brevius piliferis, setis longioribus, capsulis minoribus. *Wahlenb. ups. n.* 756. *Dillen. l. c. f.* C. D.

Hab. *α* optimus in petris calcareis Gotlandiæ aliisque lapidibus maritimis usque ad Götheborg frequenter, dein *β* in campestribus saxis regionum interiorum ad Upsaliam et Vermlandiam usque passim.

Forma primaria praesertim Gotlandiae eximie fuscescit pilis solis albidis capsulas etiam subfuscas superantibus; *β* vero viridior, pilis minus conspicuis vix dimidia seta (sese maturando et exsiccando exporrigente) longioribus, capsulis pallescentibus. Caules raro plus quam semiunciales.

1559. CAMPYLOPUS *ovalis:* caulibus subdivisis fastigiatis, foliis lanceolato-attenuatis apice piliferis, setis rectis pilos foliorum subæquantibus, capsula ovali lævi, operculi rostello obliquo.

Dicranum ovale *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 34. A. *spec. p.* 140. *Engl. Bot. t.* 2165. *Wahlenb. ups. n.* 752.

Trichostomum ovatum *Web. et Mohr. cr. p.* 111. *Wahlb. gothob. p.* 107.

Grimmia ovata *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 132. *t.* 2. *f.* 4. *Hook. et Tayl. musc. p.* 39. *t.* 13.

Bryum ovale *Dicks.*

Hab. in saxis lapidibusque (granitoideis) siccioribus campestribus Sveciæ mediæ frequenter, meridionalis saltem usque ad Femsjö Smolandiæ occidentalis raro, (non vero in calce observatus).

Caules saepius unciam et paullo ultra longi cito nigrescentes; setis vegetibus semper rectis et non nisi vacua capsula torquatis, vix vero unquam curvatis. Capsula magnitudine ut in antecedentis *α*, etiam fusca, sed semper laevis. Operculum non parum obliquum, itaque etiam calyptra subcucullata.

1360. CAMPYLOPUS *patens*: caule elongato diffuso ramoso, foliis oblongis attenuatis patentibus, setis flexuosis folio aliquoties longioribus, capsulis ovalibus, operculis oblique conicis.

Dicranum patens *Smith Engl. Bot. t.* 1990. *Wahlenb. lapp. n.* 587. (Fissidens).

Trichostomum patens *Schwœgr. suppl.* 1. *p.* 151. *t.* 37. *Hook. et Tayl. musc. p.* 60. *t.* 19.

Bryum patens *Dicks. cr.* 8. *t.* 4. *f.* 8.

Hab. in rupibus autumno et vere aqua irrigatis subapricis inferalpinis Nordlandiæ Norvegicæ copiose; ceterum rarius Upsaliæ, Norrcopiæ ad Lida, Smolandiæ occidentalis ad Femsjö (*Fries*).

Caules plerumque biunciales et ultra, eximie nigricantes; apicibus adscendentibus obscure viridibus. Setae vix sesquilineam extra apices foliorum exsertae. Peristomii dentes sedecim apicibus setaceis plerumque indivisis, saepius in medio rimis plus minusve elongatis, verum non nisi raro apices bifidos efficientibus. Itaque omnino hujus generis esse videtur.

1361. CAMPYLOPUS *acicularis*: caule elongato dichotomo, foliis oblongis obtusis subpatentibus, setis rectis elongatis, capsulis oblongis, operculi rostro aciculari recto.

Dicranum aciculare *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 33. *spec. p.* 135.

Trichostomum aciculare *Hook. et Tayl. musc. p.* 62. *t.* 19. *Wahlb. gothob. p.* 106.

Bryum aciculare *Linn. spec. pl. p.* 1583. *Dillen. musc. p.* 366. *t.* 46. *f.* 25.

Hab. in stillicidiis et rivulis montanis frigidis Sveciæ inprimis mediæ inter Dalecarliam, Smolandiam occidentalem ex. gr. Femsjö (*Fries*) et Stockholmiam rarius.

Caules uncias quasdam longi saepe decumbentes, fere semper nigrescentes. Muscus ceterum luridi coloris. Setae saepe ultra quatuor lineas longae, semper rectae quamquam insigniter torquatae. Peristomii dentes breviores, sed vix magis regulariter bifidi quam in praecedente.

439. TRICHOSTOMUM.

Hedwig fund. 2. p. 90. t. 8. f. 43. 44.

Peristomium dentibus sedecim ad basin crassioribus, dein fere totis bipartitis: apicibus longis capillaceis. Capsula recta erectaque in setâ elongatâ. Calyptra optime mitræformis. Flores masculi semper gemmiformes. — *Musci caulibus longioribus insigniter ramulosis (unde Linnæo satis apte Bryum hypnoides), foliis (nisi in aqua crescentibus) piliferis.*

1562. TRICHOSTOMUM *lanuginosum:* caule decumbente virgato subpinnato: ramis brevibus curvatis, foliis lanceolato-attenuatis denticulatis subsecundis marginibus apiceque diaphanis, setis brevibus. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 2. *Hook. et Tayl. musc. p.* 60. *t.* 19.

Bryum hypnoides α *Linn. svec. n.* 1003. *Fl. Dan. t.* 476. *Dill. musc. p.* 372. *t.* 47. *f.* 32.

Hab. in saxis sylvaticis apricis ubique; etiam in alpibus dispersum.

Caules saepe spithamam et ultra longi, sed rami tantum lineas nonnullas: setis terminalibus sesquialteram lineam extra folia eminentibus. Foliorum apices albi totum muscum lanuginosum reddunt.

1563. TRICHOSTOMUM *canescens:* caule elongato ramuloso, foliis ovato-lanceolatis excurvis acumine diaphano, capsulis ovalibus, operculis subulatis. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 3. *Hook. et Tayl. musc. p.* 61. *t.* 19.

Bryum hypnoides β *Linn. l. c. Dillen. musc. p.* 368. *t.* 47. *f.* 27. D. E. F.

β. ericoides: caule subpinnato, ramulis fasciculatis. — *Schrad. spic. p.* 62. *Schwægr. suppl.* 1. *p.* 147. *t.* 58. *Wahlenb. lapp. n.* 577. — *Dill. musc. p.* 371. *t.* 47. *fig.* 31.

Hab. in saxis lapidibusque sylvaticis passim; β in montosis præcipue inferalpinis.

Folia breviora, sed setae duplo longiores quam in praecedente. β longitudine surculorum et setarum ad sequentem accedit.

1564. TRICHOSTOMUM *fasciculare:* caule elongato ramuloso, ramulis brevissimis confertis, foliis oblongis acuminatis unicoloribus marginibus revolutis, capsulis subcylindricis, operculis subulatis. *Schrad. spic. p.* 61. *Hedw. spec. p.* 110. *Schwægr. suppl.* 1. *p.* 155. *t.* 58. *Hook. et Tayl. musc. p.* 62. *t.* 19. *Wahlenb. lapp. p.* 578. — *Dill. musc. p.* 370. *t.* 47. *f.* 28.

Hab. in lateribus rupium irrigatis ad radices alpium Lapponicarum et montium septentrionalium usque ad Vermlandiam passim.

Praecedentibus convenit operculo crasso, peristomii dentibus longis setaceis laevissimis generi huic maxime propriis.

1565. TRICHOSTOMUM *heterostichum:* caule elongato varie diviso, foliis ovato-lanceolatis acumine diaphano denticulato, capsulis subcylindricis, operculis setaceo-rostratis, peristomii dentibus subulatis. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 25. *Hook. et Tayl. musc. p.* 61. *t.* 19. — *Dillen. t.* 47. *f.* 27. A-C.

β microcarpon: angustius, capsulis brevioribus. *Wahlenb. lapp. n.* 581. — *Dill. t.* 47. *f.* 29.

Hab. in saxis siccioribus apricis sylvaticis Sveciæ, etiam Lapponiæ inferioris passim.

Peristomii brevitas et operculi forma hujus sola differentia constans. Caulis et capsulae longitudo admodum variat.

440. DIDYMODON.

Schreb. ed. gen. pl. p. 1646. et Cynontodium *Hedwig spec. p. 57.*

Peristomium interius (vel intra conum rectum) tenuius, constitutum ciliis plerumque 32 geminatim sitis vel per trabeculas transversales copulatis. Capsula per se recta plerumque erecta, rarius inclinata n. 1566. 1376. 1372. — in seta longiore. Calyptra cucullata. — *Musci caulibus utplurimum simplicibus et brevibus, foliis* 1) *setaceis subnitidis* a) *distichis n.* 1366. 1367. b) *subsecundis n.* 1368-1370. 2) *sublanceolatis* a) *opacis rufescentibusque n.* 1371-1373. b) *glaucescentibus n.* 1374. 3) *late ellipticis n.* 1375. 1376.

1566. DIDYMODON *inclinatum*: foliis basi subvaginantibus setaceis patulis distichis, capsula incli-

nata subovali, operculo conico. *Swartz musc. sv. p.* 28. *Hook. et Tayl. musc. p.* 65. *t.* 20. *Hedwig st. cr.* 2. *t.* 27. (Swartzia). *Wahlenb. lapp. n.* 552. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 132.

Hab. in terra sicciore ad saxa rarius ex. gr. Lapponiæ inferalpinæ passim, Upsaliæ parcius, Gotlandiæ paullo copiosius.

Caules penniformes nitentes. Capsulae peristomium rubens.

1367. DIDYMODON *capillaceum:* foliis basi subvaginantibus setaceis patulis distichis, capsula erecta subcylindrica, operculo subulato. *Swartz musc. sv. p.* 28. *Hook. et Tayl. musc. p.* 65. *t.* 20. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 26. (Swartzia). *Wahlenb. lapp. n.* 553. *Vet. Ac. Handl.* 1806 *p.* 132.

Hab. in marginibus terræ occultioribus, infra rupes etc. Lapponiæ præcipue inferalpinæ frequenter, exinde usque ad Vermlandiam, Ostrogothiam ex. gr. in Omberg, Kolmorden, et Uplandiam parcius; sed Gotlandiæ copiosissime, Scaniæ non raro.

Caules ut in praecedente, sed capsulae angustae.

1368. DIDYMODON *homomallum:* caule brevissimo subdiviso, foliis attenuato-setaceis integerrimis arcuato-secundis, capsula erecta subobliqua, operculo conico obliquo. *Hedw. spec. p.* 105. *t.* 25. *f.* 1-7. *Hook. et Tayl. musc. p.* 68. *t.* 20. (D. heteromallum). *Wahlenb. lapp. n.* 555. *Wahlb. goth. p.* 109.

β. caule longiore, foliis brevioribus rectioribus. Weissia heteromalla *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 8. *Wahlenb. lapp. n.* 567.

Hab. in marginibus terræ ad radices montium a Lapponia ad Vermlandiam, Ostro- et Vestrogothiam passim; etiam Smolandiæ; β in campis subalpestribus Lapponiæ, Dalecarliæ.

Caulis tantum unam alteramve lineam longus, sed setae saepe unciales, aurantiacae. Variat pro loco brevitate foliorum et sic β includit.

1369. DIDYMODON *rostratum:* caule elongato subdiviso, foliis lineari-setaceis subsecundis flexuosis subenervibus, capsula erecto-cernua, operculo rostrato obliquo. *Wahlenb. lapp. n.* 554. *ups. n.* 767.

D. homomallum β divergens *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 135.

D. flexicaule *Schwægr. suppl.* 1. *p.* 113. *t.* 29.

Hab. in saxis declivibus fere totius Sveciæ etiam inferalpinæ passim.

A praecedente differt longitudine caulis saepe unciali et ultra, foliis divergentibus, operculo longitudine saltem dimidiae capsulae.

1370. DIDYMODON *pusillum:* subacaule, foliis attenuato-subulatis subserrulatis erectis strictis, capsula erecta, operculo conico. *Hedw. st. cr.* 1. *t.* 28. *spec. p.* 104. *Wahlenb. lapp. n.* 556. *ups. n.* 769. *Aspegren bleking. p.* 75.

Hab. in terra nuda subhumida passim ex. gr. Lapponiæ copiosius, Upsaliæ et Blekingiæ raro.

Inferne angustissimum foliis setae adpressis, sed capsulae apertura non contracta ideoque annulo elastico orbata. Muscus totus vix semiuncia longior.

1371. DIDYMODON *rigidulum:* caule subelongato diviso, foliis lanceolatis patulis nervo excurrente rigidulis siccitate incurvis, capsula oblonga erecta, operculo rostrato. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 4. *spec. p.* 105. *Swartz summ. p* 39. *Hook. et Tayl. musc. p.* 67. *t.* 20.

Hab. ad saxa (arenaria) montis Omberg Ostrogothiæ ab undis æstuantibus lacus Vettern conspersa satis frequenter.

Caules unciales non parum fuscescentes praecipue ob nervum foliorum validum fuscum carinas apicesque obfuscescentem, unde Weissiae curvirostrae non dissimiles. Capsulae vero majores potius Tortulae cujusdam, unde etiam dentes duplo plures.

1372. DIDYMODON *purpureum:* caule innovationibus dichotomo, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis carinatis, capsula subcylindrica demum inclinata oblique sulcata. *Hook. et Tayl. musc. p.* 65. *t.* 20.

Dicranum purpureum *Hedw. spec. musc. p.* 136. *t.* 36. *Web. et Mohr cr. p.* 199. *Wahlenb. lapp. n.* 603.

Mnium purpureum *Linn. svec. n.* 973. *Dill. musc. p.* 386. *t.* 49. *f.* 51.

Hab. in terra sicciore ubique vulgatissime.

Muscus saepius fere totus fusco-purpureus, foliis tantum plus minus viridibus. Ceterum sulcis obliquis capsulae optime dignoscitur.

1373. DIDYMODON *cylindricum*: subacaule, foliis inferne lanceolatis subvaginantibus; ceterum capillaceis flexuosis patentibus, capsula cylindrica subincurva.

Dicranum cylindricum *Web. et Mohr cr. p.* 202.

Trichostomum cylindricum *Hedw. spec. p.* 107 *t.* 24. *f.* 7-13. *Wahlenb. lapp. n.* 583. *ups. n.* 764.

Bryum Celsii *Linn. svec. n.* 1005.

Hab. in terra arenosa sæpe carbonaria regionum altiorum a Lapponia per Dalecarliam ex. gr. Säter ad Vermlandiam ferrimontanam passim; Upsaliæ raro.

Ut totum longe tenuius ita quoque dilutius vel magis diffuse rufescens quam praecedens. Capsulae omnium angustissimae seta equina non crassiores, sed pro tenuitate longae unde nomen.

1374. DIDYMODON *glaucescens:* caule subdiviso, foliis lanceolatis patentibus glaucis. *Web. et Mohr crypt. p.* 158.

Trichostomum glaucescens *Hedwig st. cr.* 3. *t.* 37. *Wahlenb. lapp. n.* 582 *ups. n.* 763.

Hab. ad fossas et semitas glareosas per regiones elatas ab alpibus Lapponicis usque ad Vermlandiam et Upsaliam passim

Folia colore aeruginis magis quam in ullo alio musco. Caules plerumque setis aliquantum breviores. — Vereor ne D. trifarium Hedwig st. cr. 2. p. 76. t. 28. (nec Hook. l. c). Upsaliae ab Ehrharto lectum hujus tantum status primi anni sit.

1375. DIDYMODON *piliferum:* caule abbreviato subsimplici, foliis oblongo-spathulatis concavis piliferis, capsula cylindrica, operculo breviter rostellato. *Bridel in Schrad. diar.* 1800. *p.* 289.

Trichostomum piliferum *Smith Engl. Bot. t.* 2536.

Bryum piliferum *Dicks.*

Dicranum latifolium *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 33. *spec. p.* 140. *Hook. et Tayl. musc. p.* 52. *t.* 16. *Schrad. diar.* 1801. *p.* 67. *Wahlenb. lapp. n.* 604.

β. spathulatum: foliis submuticis vel vix apiculatis, operculo longius coniceque rostrato, peristomio longiore. *Wahlenb. l. c.*

γ. capsula magis ovali, ciliis unitis in dentes simplices. Weissia latifolia *Schwægr.* — sec. exempl. Hornsch.

Hab. in marginibus terræ per regiones inferalpinas Nordlandiæ Finmarkiæque satis frequenter, subalpinas Lapponiæ ceteræ rarius; β in maritimis ex. gr. ad Lyngen Nordlandiæ; γ in alpino cacumine Lyngentind ibidem.

Muscus polymorphus et difficilis, vix nisi foliis latis fere Encalyptae primo intuitu dignoscendus. Forma intermedia (scil. vulgatior α) capsulis pallidis ad orificium tantum fuscescentibus. β maritima etiam apertura capsulae pallescit. Contra γ capsula tota fuscescit omnimodo contractior et pauperior.

1376. DIDYMODON *latifolium:* foliis oblongo-ellipticis, capsula oblonga cernua: dentibus perforatis. *Wahlenb. lapp. n.* 551. *t.* 20. *Schwægr. suppl.* 1. *p.* 110. *t.* 27.

Hab. in fissuris madidis scopulorum ad mare glaciale Finmarkiæ extimæ ex. gr. in insula Langön extra Kistrand copiose.

Differt a praecedentis γ tantum ut D. inclinatum a D. capillaceo.

441. WEISSIA:

Hedw. fund. 2. p. 90. Hook. musc. p. 42. t. 2. 14. 15.

Peristomium medium (quasi conum rectum constituens) dentibus 16 æqualiter angustatis in apicem integerrimum. Capsula per se recta plerumque erecta, rarius inclinata n. 1379. 1386. semper in seta longiore. Calyptra cucullata. — *Musci plerumque ut in genere præcedente subsimplices, rarius caule magis elongato dichotomo, foliis* 1) *angustioribus s. sublinearibus n.* 1377-1385. *quarum crispatæ n.* 1379-1382. *acaules n.* 1383-1385. 2) *latifoliæ* a) *foliis enervibus n.* 1386. b) *uninervibus n.* 1387. 1388.

1377. WEISSIA *curvirostra:* foliis linearibus apiculatis superne patentibus, capsula cylindrica, operculi

rostello recurvato. *Hedw. spec. p.* 71. *st. cr.* 1. *t.* 7. *Hook. et Tayl. musc. p.* 46. *t.* 14. — *Dillen. musc. p.* 582. *t.* 48. *f.* 45. (var. maj.)

Hab. in terra nuda occultiore sabulosa sicca totius Sveciæ usque in alpes passim.

Muscus demum rufo-ferrugineus, cujus coloris est nervus validus omnium foliorum, seta et capsula. Setae longitudo semiuncialis.

1578. WEISSIA *acuta:* caule elongato diviso, foliis attenuato-subulatis strictis subenervibus, capsula subglobosa cerviculata. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 35. *spec. p.* 71. *t.* 14. *Wahlenb. lapp. n.* 566. *Wahlb. gothob. p.* 109 — *Dill. musc. p.* 374. *t.* 47. *f.* 34.

β. rupincola: setis curvatis. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 100. *t.* 2. *f.* 3.

Hab. in rupibus inprimis schistosis irrigatis ad radices alpium satis frequenter; ceterum in Elfdalia Vermlandiæ et monte Omberg Ostrgothiæ ad Vettern parcius; etiam Gothoburgi.

Muscus insigniter nitens et nunquam crispatus, saepe bipollicaris longitudinis; sed setae vix duabus lineis longiores.

1579. WEISSIA *nigrita:* caule elongato dichotomo, foliis oblongo-attenuatis sparsis, capsulis cernuis ovalibus, operculo obtuso. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 39. *spec. p.* 73. *Hook. et Tayl. musc. p.* 43. *t.* 14. *Wahlenb. lapp. n.* 570.

Hab. in paludosis declivibus inferalpinis et subalpinis Lapponiæ passim copiose; nec non ad paludem maximam Dagsmosse infra Omberg Ostrogothiæ.

Minime nitens, siccitate crispa. Capsulae brevissimae saepe nigrescentes.

1580. WEISSIA *cirrata:* caule subdiviso, foliis lineari-subulatis curvatis siccitate tortilibus, capsula subovali, operculi rostro obliquo. *Hedw. spec. p.* 69. *t.* 12. *f.* 7-12. *Hook. et Tayl. musc. p.* 46. *t.* 15. *Wahlenb. lapp. n.* 571.

Mnium cirratum *Linn. spec. pl. p.* 1576. *Dillen. musc. p.* 379. *t.* 48. *f.* 42.

Hab. in saxis raro irrigatis apricis alpium Lapponica-

rum frequenter, et regionum adjacentium passim; deinde in monte Omberg supra (calcifodinam) Vesterlösa Ostrogothiæ.

Luteo-virens, foliis ultra sesquilineam longis, siccitate in cirros varios tortis. Setae fere semiunciam longae, pallidae ut etiam capsulae.

1581. WEISSIA *fugax:* caulescens subdivisa, foliis linearibus apice denticulatis setam subæquantibus siccitate tortilibus, capsula obovata costata, operculi rostello obliquo. *Hedw. spec. p.* 64. *t.* 13. *f.* 5–10. *Wahlenb. lapp. n.* 572. *Wahlb. gothob. p.* 109. *Aspegren bleking. p.* 74.

W. striata *Schrad. diar. bot.* 1799. 2. *p.* 57. *Hook. et Tayl. musc. p.* 45. *t.* 15.

β. schisti: magis elongata, foliis attenuatis serrulatis. W. schisti *Wahlenb. lapp. n.* 573.

Bryum schisti *Retz. scand. p.* 261. *Flor. Dan. t.* 558. *fig* 2.

Hab. in terra arenosa abscondita sub rupibus siccioribus inferalpinis Nordlandiæ Norvegicæ passim, nec non montium Medelpadiæ ex. gr. Norbyknöl; ceterum Gothoburgi et Blekingiæ.

Non tantum peristomii dentes fugaces verum etiam totus muscus brevis durationis. Setae plerumque sesquilineam tantum longae, pallidae ut reliquae partes.

1582. WEISSIA *controversa:* caule subsimplici, foliis lineari-attenuatis margine incurvis integerrimis siccitate contortilibus, capsulis ovatis lævibus, operculo rostrato. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 5. B. *Hook. et Tayl musc. p.* 47. *t.* 15. *Aspegren bleking. p.* 74. — *Dill. musc. p.* 380, *t.* 48. *f.* 45.

Hab. in terra arenosa denudata occulta saltem Sveciæ mediæ a Stockholmia usque ad Vermlandiam ex. gr. prope Värnäs Elfdaliæ rarius; Ostrogothiæ in Omberg, Smolandiæ, Blekingiæ.

Praecedentis formâ *α* angustior et tamen vix longior utpote bilinearis, eximie luteo-virens.

1583. WEISSIA *recurvata:* acaulis, foliis lineari-subulatis patulis, seta recurvata, capsula ovata, oper-

culo rostrato. *Hook. et Tayl. musc. p.* 47. *t.* 15. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 38. (Grimmia).

Hab. in petris et lapidibus schistosis margaceis duris sub strato Trapp generatis montium transitionis Vestrogothiæ ex. gr. in Ållebergsände prope Falköping non parce, sed difficille colligenda.

Foliis paullo latioribus ab extraneo musco discedit et ad sequentem aliquantum accedere videtur, sed curvatura setae in humido statu constans et optima. Ceterum ex minutissimis vix plus quam lineam alta, tota pallida ut praecedens.

1384. WEISSIA *Seligeri*: subacaulis, foliis basi latiore subamplectentibus attenuato-subulatis patulis strictis, capsula ovali, operculi rostro deflexo. *Web. et Mohr cr. p.* 141 *et* 459. *Schkuhr musc. p.* 58. *t* 25. *Wahlenb. lapp. n.* 568.

Hab. in schisto micaceo denudato irrigato montis subalpini Nammats ad Qvickjock Lapponiæ Lulensis non parce.

Color totius obscurior, subluridus. Omnes partes quoque rigidiores. Muscus totus plerumque lineas duas longus.

1385. WEISSIA *pusilla β*: subacaulis, foliis subulatis, capsula ovata erecta, operculi rostro suberecto. (*Hedw. st. cr.* 2. *t.* 29. *spec. p.* 64. *Hook. et Tayl. musc. p.* 47. *t.* 15). *Swartz in Schrad. diar.* 1800. 1. *p.* 398.

Hab. in (petris vel rupibus?) calcareis fodinarum Salæ Vestmanniæ: *Swartz.*

Specimina non pauca, a detectore mecum quondam benevole communicata, magnitudine, rigiditate et colore ad praecedentem ita accedunt ut diu ejus varietatem crediderim; postea loci diversitatem considerans sententiam viri accuratissimi amplecti malui. Nec etiamnunc scimus an non solum durius muscos hos pusillos valde mutare et indurare valeat. Forsan itaque praecedens potius hujus varietas quam vice versa.

1386. WEISSIA *rosea:* acaulis, foliis ovatis enervibus vaginulam æquantibus, capsula cernua ovali, operculo mammillato. *Wahlenb. lapp. p.* 326. *t.* 19. Weissia nuda *Hook. et Tayl. musc. p.* 43. *t.* 14.

Hab. in argilla vel interdum arena tenuissima com-

pactiore ad ripas fluminum maximorum ab alpibus venientium, ut Tornensis juxta oppidam Torneå copiose, Dalecarliæ in Elfdalen; item Vermlandiæ superioris ad Uddeholm.

Folia vix nisi perichaetialia, unde nomen speciei angl. Seta plus quam semiuncialis una cum capsula pulchre rosea, quae proprietas evidentissima ansam nominis supra accepti dedit. Capsula ceterum fere ut in W. nigrita, sed major paene Bryi delicatuli H., cum quo etiam crescit et cujus folia exteriora aliquando ostendere videtur.

1587. WEISSIA *lanceolata:* caule brevi, foliis ovatis nervo prominente cuspidatis, capsula ovali, operculo conico-acuminato. *Hook. et Tayl. musc. p.* 44. *t* 14. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 23. (Leersia).

Weissia aciphylla *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 133. *t.* 4. *f.* 1.

Hab. ad fossas arenosas prope Wisby alibique Gotlandiæ parce; Ostrogothiæ in Kolmorden ad Fagervik.

Nostra tantum minor est vix quinque lineas superans. Folia obscurioris coloris nervo toto cum cuspide fuscescente, ut seta et capsula. Peristomium rutilans.

1588 WEISSIA *splachnoides:* caule elongato simplici, foliis spathulatis obtusis concavis, capsula obovata apophysi minuta, operculo convexo. *Wahlenb. lapp. n.* 574. *Hook. et Tayl. musc. p.* 42. *t.* 14. *Schwægr. suppl.* 1. *t.* 17.

Splachnum lingulatum *Dicks. cr. fasc.* 4. *t.* 10. *f.* 6. *Engl. Bot. t.* 2095.

Hab. in uliginosis et subpaludosis Lapponiæ subalpinæ et subsylvaticæ passim; ceterum solummodo Ostrogothiæ ad Omberg alibique (*P. Hvasser*).

Habitus omnino Splachni ex. gr. reticulati, sed capsula ambigua et peristomium omnino Weissiae. Maxima tunc omnium Weissiarum utpote seta sesquiunciali, aurantiaca. Capsula fere ut in Weissia acuta.

442. GRIMMIA.

Hedwig fund. 2. *p.* 89.

Peristomium (quasi conum rectum constituens) dentibus sedecim basi latiusculis demum reflexilibus. Capsula

ovata subsessilis intra folia perichætialia Calyptra mitræformis. Flores masculi gemmiformes laterales. — *Muscus dichotome divisus multiplo longior fructificatione sua.*

1589. GRIMMIA *apocarpa:* caule ramoso, foliis ovato-acuminatis patentibus; perichætialibus apice diaphanis enervibusve, capsula ovata. *Hedwig st. cr.* I. *t.* 39. *spec. p.* 79. *Hook. et Tayl. musc. p.* 36. *t.* 13. Bryum apocarpum *α Linn. svec. n.* 986. *Dill. musc. p.* 245. *t.* 32. *f.* 4.

β. alpicola: foliis perichætialibus apice concoloribus obtusis. G. apicola *Swartz musc. p.* 81. *t.* 1. *f.* 1. *Hedwig spec. p.* 77. *t.* 15. *f.* 1-5.

γ. stricta: foliis angustioribus. *Wahlenb. lapp. n.* 565. *γ. δ.*

G. pulvinata *Swartz summ. p.* 39.

Hab. in saxis et lapidibus totius Sveciæ etiam alpinæ vulgatissime; ubi locis humidis in *β*, locis expositis præcipue maritimis in *γ* abit.

Caules plerumque unciales, non parum rufescentes nisi in *β* atro-virentes. Quamquam admodum variat, tamen apud nos nulli alii musco accedere videtur. Nec mihi constat an in Kullen Scaniae vera Gr. maritima Hook. secundum Regensb. Bot. Zeit. 1820. p. 422.

443. ENCALYPTA.

Schreb. in gen. pl. n. 1643. Hook. et Tayl. musc. p. 35. t. 2.

Peristomium dentibus sedecim plerumque brevibus inconspicuis, sed in ult. spec. longissimis. Capsula cylindracea rectissima in setâ elongatâ. Calyptra omnium maxima (capsulâ totâ et longior et amplior), campanulata, margine inferiore æquali integerrimo n. 1. fimbriato n. 2. inciso n. 3. Flores masculi gemmiformes laterales. — *Musci eximie latifolii.*

1590. ENCALYPTA *extinctoria:* subacaulis, foliis oblongo-ellipticis nervo excurrente apiculatis, vaginula superne pileiformi, calyptra margine integerrima. *Swartz musc. svec. p.* 24. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 18. (Leersia vulgaris). *spec. p.* 60. *Hook. et Tayl. musc. p.* 35. *t.* 13. *Flor. Dan. t.* 1001. *f.* 2.

Bryum extinctorium *Linn. svec. n.* 990. *Dillen. musc. p.* 349. *t.* 45. *f.* 8.

Hab. in muris, ad semitas sabulosas siccissimas Sveciæ præcipue temperatioris passim.

In inferalpinis locis saepe caulescit. Vaginula aucta est annulo membranaceo inter eandem et calyptram primum extenso; itaque calyptrae solutae margo integer vel sine dentibus appendicularibus, et tota calyptra eo magis extinctorio similis, quare nomen specificum huic speciei conservatum, svecice *Ljusslåckare-mossa.* Seta vix tres lineas longa.

1391. ENCALYPTA *ciliata:* caule elongato subdiviso, foliis oblongis nervo excurrente mucronatis, calyptra margine dentata. *Hedw. spec. p.* 61. *st. cr.* 1. *t.* 19. *Hook. et Tayl. musc. p.* 35. *t.* 13.

Bryum extinctorium β *Linn. svec. n.* 990. *Dillen. musc. p.* 350. *t.* 45. *f.* 9.

β. alpina: foliis acuminatis piliferis, calyptra elongata. *Hook. l. c.*

E. alpina *Wahlenb. lapp. n.* 549.

E. affinis *Hedw. fil. in Web. et Mohr beitr. p.* 121. *t.* 4. *Flor. Dan. t.* 1425.

γ. striata: capsula demum recte striata. *Hook. l. c.*

E. rhaptocarpa *Schwægr. suppl.* 1. *t.* 16. *Wahlenb. lapp. n.* 550. (streptocarpa).

Hab. ad rupes montium passim; β in alpinis, γ in inferalpinis rarius.

In his omnibus varietatibus et insequente specie vaginula nuda ut in aliis muscis, calyptra autem dentata idque evidentissime in ipsissima E. ciliata, quia ejus calyptra magis regulariter campanulata tantum duas lineas longa fere ut in praecedente specie. Seta plerumque trilinearis. In alpinis locis vero omnes partes elongantur, calyptra tres lineas longa evadit simulque basi minus regularis (β). Demum in inferalpinis calyptra iterum latior et capsula corrugata (γ), quae nota ad muscos distingvendos parum valet.

1392. ENCALYPTA *grandis:* caule elongato diviso, foliis lanceolato-ellipticis obtusis, capsula spiraliter striata, operculo subulato, calyptra basi dentata. *Hedwig* sec. *Schrad. diar.* 1800. 1. *p.* 274 *et* 398.

1800. 2. *p.* 172. *spec. musc. p.* 62. *t.* 10. *fig.* 10–15. (E. streptocarpa). *Hook. et Tayl. musc. p.* 31. *t.* 13. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 152.
Bryum contortum *Wulfen. in Jacqu. coll.* 2. *p.* 236. *Dillen. musc. t.* 43. *f.* 71.

Hab. ad petras calcareas Gotlandiæ passim, Vestmanniæ ad fodinas Salæ copiosius, Dalecarliæ ad Bisbergam et Osmundsberg passim.

Longe maxima nostrarum specierum. Caules saepe biunciales, foliis duas lineas longis siccitate admodum incurvis. Seta interdum fere unciam longa, coloris atropurpurei ut caulis et nervi foliorum. Calyptra quatuor lineas longa sursum subulata (nec subito in rostrum aciculare angustata ut in omnibus praecedentibus). Capsula subovata, in operculum subulatum attenuata, aurantiaca. Quamquam striae spirales etiam operculi potius Tortulam indicarent, tamen peristomii dentes recti, sed setacei, longitudine fere operculi, rubri.

444. CONOSTOMUM.

Swartz in Schrad. diar. nov. I. 2. p. 24. Hook. l. c. p. 22. t. 1.

Peristomium dentibus in conum conniventibus sedecim æquidistantibus apice coalitis. Calyptra cucullata. Capsula globosa terminalis cernua. Flores masculi discoidei. — *Muscus itaque habitu Mniis similior, sed foliis quinquefariis strictissimis.*

1595. CONOSTOMUM *boreale:* caule breviusculo, foliis lanceolatis acuminatis carinatis subdentatis. *Swartz l. c. p.* 24. *t.* 5. *Wahlenb. lapp. n.* 575. *t.* 21. *Fl. Dan. t.* 1424. *f.* 2. *Schwægr. musc. suppl.* 1. *p.* 76. *t.* 21. *Hook. et Tayl. musc. p.* 22. *t.* 10.

Hab. in terra uliginosa subinundata alpium omnium ubique, etiam adjacentium regionum usque ad Svartkärnsbergen par. Kroppa Vermlandiæ passim.

Muscus valde singularis nulli affinior vel similior quam Mnio fontano. Caules vel surculi fili tenuioris crassitie; foliis semper adpressis glaucescentibus. Setae plerumque tantum semiunciam longae. Capsulae multoties crassiores quam in ullo alio musco peristomio simplici, omnino ut in Mnio supra dicto vel lineam latae, sulcatae, sed operculo conico-subulato. Calyptra parva.

445. TORTULA.

Schreb. in gen. pl. n. 1647. Hook. et Tayl. musc. p. 30. t. 2.

Peristomium ciliis tenuissimis circiter 32 in conum spiraliter contortis (inferne omnino coalitis in membranam interiorem n. 1395-1397). Capsula erecta cylindracea curvulaque, rarius oblongata. Calyptra cucullata. Flores masculi plerumque terminales capitati, rarius scil. in n. 1395. 1396. 1398. 1399. laterales gemmiformes. — *Musci plerumque simpliciores* 1) *foliis ovatis latinerviis n.* 1394. 2) *oblongatis n.* 1395-1397. 3) *sublinearibus n.* 1398-1401. 4) *circa setam convolutis n.* 1402.

1394. TORTULA *rigida:* acaulis, foliis ovatis obtusissimis margine undique inflexis nervo latissimo diffuso rigidis, capsula cylindrica, operculo subrostrato. *Swartz musc. sv. p.* 40. *Hedw. st. cr.* 1. *t.* 25. *spec. p.* 115. (*Hook. et Tayl. musc. p.* 30. *t.* 12. var. magis longifolia).
(Bryum rigidum *Huds. angl. p.* 477. *Dill. musc. p.* 388. *t.* 49. *f.* 55).
Hab. in arena tenuissima compactiore locis siccis umbrosissimis vallis Norddala ad Säter Dalecarliæ raro et (sec. *Fries*) Scaniæ.

Forma nostra hujus speciei primaria esse videtur foliis ob latitudinem subrotundis et ob substantiam nervi undique diffusam crassissimis fere ut in Polytricho aloide, qualis etiam occurrit in Helvetia altiori. Capsula quoque magis cylindracea angusta. Seta circiter semptemlinearis. Folia perichaetii vix convoluta.

1395. TORTULA *subulata:* caule abbreviato, foliis lanceolato-ellipticis apiculatis superne concavis patentibus, capsula subulata, peristomii ciliis e basi versus apicem coalitis. *Hedw. spec. p.* 122. *t.* 27. *Flor. Dan. t.* 1000. *f.* 2. *Hook. et Tayl. musc. p.* 31. *t.* 12. *Wahlenb. ups. n.* 737. *lapp. n.* 377. *Wahlb. gothob. p.* 106. *Aspegren bleking. p.* 75.
Bryum subulatum *Linn. svec. n.* 991. *Dill. musc. p.* 350. *t.* 45. *f.* 10.
β. caule elongato ramoso *Wahlenb. lapp.*

Hab. in sabulosis ad semitas etc. per regiones magis campestres usque ad Upsaliam passim; dein vix nisi ad mare septentrionale ubi Finmarkiæ in *β* abit.

Omnium maxima foliis et fructu. Folia plerumque duas lineas longa et in *β* non sesquilinea breviora. Seta plerumque semiuncialis. Capsula cum operculo saepius quatuor lineas longa. Caules in *β* setis longiores.

1396. TORTULA *mucronifolia:* caule abbreviato, foliis oblongis cuspidatis concavis erectis, capsula oblonga, peristomii ciliis ad medium usque coalitis. *Wahlenb. lapp. n.* 558. *Schwægr. suppl.* 1. *p.* 136. *t.* 35.

Hab. in collibus subalpinis siccissimis Lapponiæ Lulensis ex. gr. ad Qvickjock.

Praecedenti proxime affinis quamquam semper multoties minor. Caulis inconspicuus ob folia erecta et subimbricata (nec unquam patentia), neque cum cuspide plus quam lineam longa. Seta quadrilinearis. Capsula nunquam linea longior. Peristomium tantum ad medium coalitum, totum albissimum.

1397. TORTULA *ruralis:* caule elongato diviso, foliis oblongo-ellipticis recurvatis piliferis, capsula cylindrica, peristomii ciliis basi connexis. *Swartz musc. svec. p.* 39. *Sv. Bot. t.* 270. *Hook. et Tayl. musc. p.* 31. *t.* 12.

Bryum rurale *Linn. svec. n.* 992. *Dillen. musc. p.* 352. *t.* 45. *f.* 12.

Hab. in tectis ruralibus, collibus, petris rupibusque totius Sveciæ, excepta Lapponia altiore, vulgatissime.

Muscus in toto genere maxime squarrosus, fuscescens; pilis albidis. Fructus magnitudine fere ut in T. subulata; sed cilia peristomii basi recte surgunt et tantum trabibus transversalibus connectuntur (nec basi jamdudum spiralia et tota coalita ut in praecedentibus duabus speciebus).

1398. TORTULA *muralis:* caule abbreviato, foliis lineari-ellipticis patentibus piliferis, capsula oblonga, peristomii ciliis subliberis. *Hedwig spec. p.* 123. *Hook. et Tayl. musc. p.* 30. *t.* 12. *Wahlenb. ups. n.* 739. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 135.

Bryum murale *Linn. svec. n.* 993. *Dillen. musc. p.* 355. *t.* 45. *f.* 14.

Hab. in petris calcareis Sveciæ meridionalis præcipue Gotlandiæ frequenter, ceterum in muris et tegulis Sveciæ mediæ ex. gr. Upsaliæ passim.

Ex minoribus hujus generis: seta vix quinquelineari, capsula unam lineam longa. Pili foliorum in Gotlandiae petris valde conspicui, in Svecia superiore saepe obsoleti. Ceterum color musci obscurus.

1399. TORTULA *tortuosa:* caule elongato ramoso, foliis lineari-attenuatis carinatis undulatis siccitate crispabilibus, capsulis cylindricis, operculis rostratis. *Hedw. spec. p.* 124. *Web. et Mohr beitr.* 1. *p.* 125. *t.* 6. *Hook. et Tayl. musc. p.* 52. *t.* 12. *Wahlenb. lapp. n.* 559. *Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 155.
Bryum tortuosum *Linn. svec. n.* 1000. *Dill. musc. p* 377. *t.* 48. *f.* 40.

Hab. in rimis petrarum præcipue calcarearum per regiones montosas ex. gr. ad fodinas Vermlandiæ, Dalecarliæ, Vestmanniæ ex. gr. Salæ, Ostrogothiæ frequenter, infra alpes Nordlandiæ norvegicæ maritimæ etiam copiose; ceterum in ericetis ad mare Roslagiæ, Ostrogothiæ ex. gr. in Kolmorden, Gotlandiæ etc.

Caules unam alteramve unciam longi. Folia pallidius viridia, quamquam angustissima tamen duas lineas longa, siccitate se primum complicantia dein in cirros contorquentia. Setae fere uncialis longitudinis. Capsula sesquilinearis.

1400. TORTULA *ungviculata*: caule elongato diviso, foliis lineari-ellipticis obtusis apiculatis patentibus, capsulis oblongis, operculo subulato. *Hook. et Tayl. musc. p.* 53. *t.* 12. *Hedw. st. cr.* 1. *t.* 25. (Barbula). T. mucronulata *Swartz musc. svec. p.* 40.
Bryum ungviculatum etc. *Dillen. musc. p.* 384. *t.* 48. *f.* 48.

Hab. in calcifodinis apricis rarius, ut ad Kungs-Norrby Ostrogothiæ et ad fodinas Salæ Vestmanniæ copiose.

Sequenti utique proxime affinis, sed foliis extrorsum latioribus brevioribus digitos latiores ungviculo terminatos referentibus. Color quoque viridior.

1401. TORTULA *fallax:* caule elongato diviso, foliis lineari-attenuatis divergentibus: perigonialibus enervibus, capsulis oblongis, operculo subulato. *Swartz musc. sv. p.* 40. *Hook. et Tayl. musc. p.* 32. *t.* 12. *Hedw. st. cr.* 1. *t.* 24. (Barbula).
Bryum imberbe *Linn. mant. p.* 309. *Dill. musc. p.* 382. *t.* 48. *f.* 46.
Hab. in agris argillaceis margaceisve per maximam partem Sveciæ passim: etiam ad mare Nordlandiæ norvegicæ locis humidioribus (var. tenuior).
Tota imberbis, foliis vero attenuato-acuminatis, linea non longioribus. Ceterum ex minoribus, seta vix semiunciali.

1402. TORTULA *convoluta:* caule diviso, foliis lanceolatis obtusiusculis subuninervibus; perichætii vaginantibus, capsula oblonga, operculo subsetaceo. *Swartz musc. sv. p* 41. *Hedw. st. cr.* 1. *t.* 32. *spec. p.* 120. (Barbula). *Hook. et Tayl. musc. p.* 34. *t.* 12. *Wahlenb. lapp. n.* 562.
Mnium setaceum *Hedwig fund.* 2. *p.* 92. *Dillen. musc. p.* 381. *t.* 48. *f.* 44.
Hab. in terra calcarea vel etiam locis deustis fere totius Sveciæ passim.
Muscus mollis et tenuis, coloris lutescentis. Setae quasi ob capillaceam tenuitatem ad basin vagina fulcratae, valde pallidae. Operculum et conulus ciliorum angustius quam in ceteris.

446. SPLACHNUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1641. *Hedw. fund.* 2. *p.* 88. *t.* 7. *f.* 33. 34.

Peristomium dentibus octo obtusis demum bipartibilibus reflexilibusque. Capsula insidens apophysi membranacea plus minus colorata. Calyptra cucullata. Flores masculi disciformes. — *Musci magis pellucidi et latifolii, fimo marcido bovino rarius caudicibus in paludibus insidentes, apophysi* 1) *in formam umbraculi dilatata n.* 1403. 1404. 2) *subovali capsulis latiore n.* 1405. 1406. 3) *latitudine circiter capsulæ n.* 1407-1409. 4) *inconspicua capsulis angustiore n.* 1410. 1411.

1403. SPLACHNUM *rubrum:* subacaule, foliis ovatis

dentatis, apophysi umbraculiformi convexa purpurea. *Linn. svec. n.* 963. *am. ac.* 2. *p.* 250. *t.* 3. *f.* 2. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 18. *Fl. Dan. t.* 1358. *Sv. Bot. t.* 647. *Wahlenb. lapp. n.* 540.

Hab. in humidis et subpaludosis sylvis regionum altiorum et septentrionaliorum, ut Vermlandiæ in Elfdalen præcipue ad Ängkärren prope Rissäter satis copiose, Lapponiæ infimæ rarius.

Umbraculum saturate et constanter purpureum, saepius tres lineas latum, unde Svecis *Parasollmossa.* Seta triuncialis longitudinis. Itaque maxime spectabilis omnium muscorum.

1404. SPLACHNUM *luteum:* subacaule, foliis ovalibus subdentatis, apophysi umbraculiformi plana lutea. *Linn. svec. n.* 964. *am. ac.* 2. *p.* 257. *t.* 3. *fig.* 1. *Hedwig st. cr.* 2. *t.* 17. *Fl. Dan. t.* 1359. *Wahlenb. lapp. n.* 541. *Hagström jemtl. p.* 59.

Hab. locis magis paludosis apricis præcipue Lapponiæ superioris subsylvaticæ copiose, unde usque ad Elfdaliam Vermlandiæ parcius.

Umbraculum magis explicatum quam in praecedente, itaque latius, interdum semiuncialis latitudinis, quare non inepte Svecis *Solskärmsmossa.* Seta non raro quadriuncialis.

1405. SPLACHNUM *vasculosum:* caulescens, foliis ovali-spathulatis obtusis integerrimis, apophysi ventricosa purpurea capsulis triplo ampliore. *Hedwig st. cr.* 2. *t.* 15. *Fl. Dan. t.* 1413. *Hook. et Tayl. musc. p.* 21. *t.* 1. *suppl. Wahlenb. lapp. n.* 543.

β. foliis ovatis obtusiusculis, apophysi angustiore oblonga.

Hab. in paludibus profundis regionum altiorum et septentrionalium a Lapponia usque ad Elfdaliam Vermlandiæ rarius; (sed β Roslagiæ maritimæ in Östhammars Stormosse).

Apophysis sesquilineam lata et saturate purpurea, nec diametro transversali longior, sed angustatur et decoloratur interdum, ideoque folia probe examinentur.

1406. SPLACHNUM *ampullaceum:* caulescens, foliis ovato-lanceolatis acuminatis superne serrulatis, apophysi capsulis duplo latiore obovata in collum an-

gustata. *Linn. am. ac.* 2. *p.* 257. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 14. *Hook. et Tayl. musc. p.* 20. *t.* 9 *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 73. *Wahlenb. ups. n.* 776. *Wahlb. gothob. p.* 111.

Hab. in paludibus majoribus Sveciæ præcipue mediæ a Smolandia, Vestrogothia et Vermlandia ad Upsaliam passim.

Totum angustius et longius. Apophysis praecipue longior quam in omnibus ceteris, bilinearis, flavens, sed etiam non raro purpurascens.

1407. SPLACHNUM *sphæricum:* subacaule, foliis oblongo-spathulatis acuminatis subintegerrimis, apophysi globosa magnitudine capsulæ virente. *Swartz meth. musc. ill. p.* 33. *t.* 1. *f.* 1. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 16. *Wahlenb. lapp. n.* 542.

β. apophysi latiore rubicunda. *Hook. et Tayl. musc. p.* 18. *t.* 9.

Hab. locis paludosis magis apricis per partem subalpinam et sylvaticam Lapponiæ passim; etiam Vermlandiæ rarius.

Setae longitudine valde variae (1-4 unc.), sed semper gracillimae, capsulam et apophysin minutam vix diu sustentantes.

1408. SPLACHNUM *urceolatum:* caule subdiviso, foliis cochleariformibus imbricatis integerrimis cum apiculo flexuoso, apophysi obconica latitudine capsulæ. *Schreb. in Cranz groenl. p. — Hedw. st. cr.* 2. *t.* 13.

β. mnioides: foliis rectioribus angustioribus. — *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 11. *Swartz Nov. Act. Ups.* 4. *p.* 241.

γ. fastigiatum: caule innovationibusque elongatis, apophysi latiore. — *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 58. *Hook. et Tayl. musc. p.* 20. *t.* 19. *Dill. musc. p.* 345. *t.* 44. *f.* 5.

Hab. locis minus humidis alpium Lapponicarum passim; at *β* et *γ* in reliqua Lapponia fere tota paludosa frequenter et exinde usque ad Vermlandiam et Stockholmiam rarius.

Omnes hujus formae rigidiores quam praecedentes species, perennes et ultra annum capsulas conservantes. Ceterum *α* maxime abbreviata et succosa: setis tres lineas tantum longis, apophysi minuta diu virente; *γ* autem setis saepius un-

cialibus et apophysi capsulis latiore fere ut sequentis speciei et cito rubente.

1409. SPLACHNUM *angustatum:* caule diviso elongato, foliis lanceolatis cuspidatis serrulatis: perichætialibus setam subæquantibus, apophysi obconica latitudine capsulæ. *Swartz meth. musc. p.* 55. *Nov. Act. Ups.* 4. *p.* 241. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 12. *Hook. et Tayl. musc. p.* 20. *t.* 9. *Wahlenb. lapp. n.* 545.

Hab. in caudicibus emortuis locis sylvaticis frigidioribus a Lapponia inferiore ad Vermlandiam et Upsaliam passim.

Magis perenne quam ulla alia species; caulibus interdum triuncialibus; sed setae vix duas lineas longae.

1410. SPLACHNUM *tenue:* caulescens, foliis ovalibus acuminatis serratis, apophysi clavata capsulis angustiore, columna exserta persistente. *Dicks. cr. fasc.* 2. *t.* 4. *fig.* 2. *Hook. et Tayl. musc. p.* 19. *t.* 9. *Hisinger verml. p.* 11.

Hab. in uliginosis umbrosis Vermlandiæ, ut Elfdaliæ infra lacum Stor-Ullen (*Reiman*) et paroeciæ Nyed ad Östanås (*Wahlberg*).

Optima species colore nigricante caulis et capsulae demumque etiam setae facile distingvenda, ac satis persistens. Folia sparsa (nec conferta ut in alpino illo extraneo S. serrato), magis reticulata quam in Weissia splachnoide. Seta circiter novemlinearis. Operculum conicum, unde columna exserta eaque persistente ob rigiditatem musci generalem.

1411. SPLACHNUM *reticulatum:* caulescens, foliis oblongo-ligulatis obtusis concavis integerrimis, capsula clavata obliqua, operculo conico. *Swartz musc. sv. p.* 24. *Hedw. st. cr.* 5. *t.* 40. (Froelichianum). *spec. p.* 52. *Hook. et Tayl. musc. p.* 21. *t.* 19. *Wahlenb. lapp. n.* 546.

Bryum reticulatum *Dicks. cr. fasc.* 2. *t.* 4. *f.* 6.

Hab. in terra spongiosa irrigata ad latera alpium summarum Lapponicarum rarius.

Folia eximie succosa et grosse reticulata fere ut in alpino illo S. urceolato; sed setae et capsulae fere ut in Bryo quodam unicolores et colore insigni expertes demum pallidae. Setae semiuncia non longiores. Apophysis a capsula vix di-

stingvenda, collum ejus potius esse videtur ut in Bryis. Columna nulla extra capsulam conspicitur, idque ob substantiam mollem totius musci.

447. TETRAPHIS.

Hedw. fund. 2. p. 87. t. 7. f. 32.

Peristomium dentibus quatuor pyramidalibus strictis inflexilibus subnudis (operculo tenuissimo inconspicuo tantum tectis). Capsula stricta in seta longiore. Calyptra mitræformis. Flores masculi disciformes vel capituliformes. — *Musci simplicissimi.*

1412. TETRAPHIS *pellucida:* caulescens, foliis lanceolatis pellucidis laxis, capsula subcylindrica. *Hedw. spec. p.* 45. *t.* 7. *f.* 1. *a-f. Fl. Dan. t.* 1412. *Hook. et Tayl. musc. p.* 16. *t.* 8.

Mnium pellucidum *Linn. svec. n.* 968. *Dill. musc. p.* 332. *t.* 31. *f.* 2.

Hab. in arborum caudicibus putridis occultis totius Sveciæ passim; Lapponiæ altioris in tumulis sphagni.

Caulis unam alteramve lineam longus in radice elongata. Folia eximie pellucida, uninervia. Seta semiuncialis. Color totius musci pallidus.

1413. TETRAPHIS *rigida:* acaulis subaphylla, perichætii foliolis ovato-oblongis apice patentibus subenervibus, capsula subglobosa. *Hedwig fil. obs. bot.* 1. *t.* 1.

T. ovata *Funck in Hoppe taschenb.* 1802. *p.* — *Schwægr. suppl.* 1. *t.* 13. (*Hook. et Tayl. musc. p.* 17. *t.* 8. differt tantum foliis exterioribus).

Hab. in rupibus occultissimis granitinis Vermlandiæ ferrimontanæ paroeciæ Kroppa montis Brattberget ad lacum Skjärgen sat copiose.

Praecedente triplo brevior et rigidior, coloreque fusca, quasi a granite indurata. Serpentim crescit ac si radice repente, sed surculi nulli repentes distingvere potui. Interea folia nulla longa (qualia habent specimina anglica exhibita apud Hook. et Tayl. l. c.), sed sola perichaetialia eaque longiora et superne magis patentia nervo longiore instructa. Seta duabus lineis non longior. Capsula tam brevis ut fere hemisphaerico-urceolata, peristomio pallido tenui duplo solummodo longior.

448. GYMNOSTOMUM.

Schreb. in gen. pl. n. 1638. Hedw. fund. 2. p. 87. t. 7. f. 31.

Peristomium nudum (sine ullis dentibus vel processubus, sed in n. 1414. contractum et membrana transversali conjunctum). Capsula plerumque recta æqualis in seta plus minus exserta. Calyptra cucullata (et non nisi in sequente genere mitræformis). Flores masculi subdisciformes terminales, rarius in ultimis laterales. — *Musci simpliciores, quorum subdivisiones:* 1) *Hymenostomum: apertura capsulæ angustiore diaphragmate occlusa n.* 1414. 2) *Gymnostomum p. s. d. capsula omnino aperta* a) *lævi* *) *caule brevi n.* 1415-1418. **) *elongato n.* 1419. 1420. b) *capsula costata n.* 1421.

1414. GYMNOSTOMUM *microstomum:* caulescens, foliis linearibus canaliculatis siccitate tortilibus; perichætialibus convoluto-subulatis setam subæquantibus, capsula subovali oblique gibba. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 30. B. *spec. p.* 33. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 132. *Wahlb. gothob. p.* 111.

Hymenostomum microstomum *Bryol. germ.* 1. *p.* 199. *t.* 12. *f.* 4.

Hab. ad fossas agrorum fertiliorum humosorum in regionibus maritimis ex. gr. Gotlandiæ passim copiose, Gothoburgi; an etiam Norcopiæ?

Minimum hujus generis vix sesquilinea longius, crispum et pallidum fere ut Weissia controversa. — Capsula interdum brevior et seta longior adeo ut ad H. subglobosum Bryol. germ. accedere videtur. Utriusque capsula post casum operculi orificium omnino obturatum ostendit, quo affinitas summa cum Phasco confirmatur. Seminula quoque saepissime latus gibbosius capsulae disrumpunt omnino ut in Phascis.

1415. GYMNOSTOMUM *pyriforme:* subacaule, foliis ovalibus acutis concavis apice serratis, capsula obovato-globosa, operculo convexo apiculato. *Hedwig spec. musc. p.* 38. *Hook. et Tayl. musc. p.* 13. *t.* 7. *Bryol. germ.* 1. *p.* 144. *t.* 10. *f.* 11.

Bryum pyriforme *Linn. svec. n.* 989. *Flor. Dan. t.* 537. *f.* 1. *Dill. musc. p.* 345. *t.* 44. *f.* 6.

Hab. in terra nuda subhumida regionum campestrium Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam passim.

Sequentibus multo latius, capsula fere lineam lata.

1416. GYMNOSTOMUM *ovatum:* subacaule, foliis ovatis erectis concavis: nervo intus granulifero apiculato, operculo rostrato. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 6. *Hook. et Tayl. musc. p.* 11. *t.* 7. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 132. *Bryol. germ.* 1. *p.* 128. *t.* 9. *fig.* 5.

β incanum: foliis longe piliferis. *Bryol. germ.* 1. *p.* 130.

Hab. in terra argillacea et margacea regionum campestrium usque ad Upsaliam passim; β Gotlandiæ prope Wisby septentrionem versus in petra calcarea.

Omnium brevissimum, vix lineas duas longum, crassiusculum. β pilis setam fere aequantibus valde singulare, ut musci plerique piliferi in petris Gotlandiae.

1417. GYMNOSTOMUM *truncatulum:* subcaulescens, foliis ovalibus apiculatis planiusculis patentibus, capsulis obovato-truncatis, operculo oblique rostellato. *Hedwig st. cr.* 1. *t.* 5. *spec. p.* 30. *Hook. et Tayl. musc. p.* 12. *t.* 7. *Bryol. germ.* 1. *p.* 132. *t.* 9. *f.* 6. Bryum truncatulum *Linn. svec. n.* 1001. *Fl. Dan. t.* 537. *f.* 2. *Dill. musc. p.* 347. *t.* 45. *f.* 7.

β longius, strictius. G. intermedium *Bryol. germ.* 1. *p.* 135. *t.* 9. *f.* 7.

Hab. in terra argillacea regionum campestrium usque ad Upsaliam, α in hortis cultisque rariùs, β in agris et sylvis frequentius.

Praecedente paullo angustior et longior, praecipue β caulis interdum lineam unam alteramve excedit.

1418. GYMNOSTOMUM *affine:* subcaulescens, foliis spathulato-lanceolatis apice denticulatis, capsula subcylindracea, operculi rostro declinato. *Bryol. germ.* 1. *p.* 140. *t.* 9. *f.* 9.

G. Heimii *Swartz musc. sv. p.* 21. *Hook. et Tayl. musc. p.* 12. *t.* 7. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 132. *ups. n.* 789. *lapp. n.* 532. *Aspegren bleking. p.* 74.

Hab. in ipsis littoribus subinundatis Gotlandiæ frequentissime, Blekingiæ passim. Scaniæ orientalis ad Krogstorp (*Åkerman*) et ad mare septentrionale Finmarkiæ rarius lectum, ceterum Upsaliæ ubi locis siccioribus macris versus præcedentem revergit.

Eximie rutilans nervis foliorum quoque rubicundis. Ceterum ex longioribus utpote semiuncialis.

1419. GYMNOSTOMUM *curvirostrum:* caule elongato diviso gracili, foliis lineari-subulatis patulis, capsulis obovatis, operculi rostro declinato. *Hedwig st. cr.* 2. *t.* 24. *spec. p.* 33. *Hook. et Tayl. musc. p.* 11. *t.* 6. *Bryol germ.* 1. *p.* 170. *t.* 11. *fig.* 24. *Web. et Mohr crypt. p.* 83. *schwed. reis. p.* 95. 99. *Wahlenb lapp. n.* 553.

Bryum æstivum *Linn. spec. pl. p.* 1585. *Dillen. musc. p.* 375. *t.* 47. *f.* 36.

Hab. in rupibus occultis maxime irrigatis ad radices alpium Nordlandicarum Norvegiæ usque ad Alten passim copiose; ceterum non nisi in monte Omberg Ostrogothiæ lectum.

Caules unam alteramve unciam longi; foliis obscurius vel sordidius virentibus. Setae vix tres lineas longae. Capsulae quoque ex minoribus hujus generis, una cum setis fuscescentis coloris; sed ad Kaafjord Altensium legi specimina setis pallidis et capsulis luteis fere ut in G. pallidiseto Bryol. germ.

1420. GYMNOSTOMUM *tristichon:* caule elongato indiviso gracili, foliis lanceolatis carinatis siccitate incurvis spiraliter trifariis: perichætialibus convolutis, capsulis oblongis, operculo oblique rostrato. *Wahlenb lapp. n.* 554.

G. compactum *Schwægr. suppl.* 1. *p.* 56. *t.* 11. *f.* 1.

G. æstivum *Hook. et Tayl. musc. p.* 10. *t.* 6. *Bryol. germ.* 1. *p.* 175. *t.* 11. *f.* 25.

Hab. in rupibus alpium frigidis occultis aqua nivali irrigatis Nordlandiæ norvegicæ passim.

Praecedenti proximum. Caules saepius digitum longi, sed simpliciter innovantes, unde perichaetium laterale maxime insigne. Folia omnino trifaria, quamquam ob torsionem obsoletius, primum pulchre luteo-viridia. Setae trilineares,

sed ad dimidiam partem innovatione nova tectae, pallidae ut capsulae. — Ad Önäset Saltensium Nordlandiae legi hujus pauca specimina quasi in Weissiam mutata (*Weissia tristicha:* caule subdiviso breviore, foliis recte trifariis, capsula subinclinata, operculo conico). Cum autem peristomium non satis completum idem huc relinquere malui, donec exemplaria meliora et copiosiora legantur.

1421. GYMNOSTOMUM *lapponicum:* caule dichotomo, foliis linearibus divergentibus siccitate tortilibus; nervo subexcurrente, capsula turbinata costata subexserta. *Hedw. st. cr.* 3. *t.* 5. A. *spec. p.* 40. (Anictangium). *Hook. et Tayl. musc. p.* 10. *t.* 6. *Bryol. germ.* 1. *p.* 180. *t.* 9. *fig.* 27. *Swartz in Schrad. diar.* 1800. 2. *p.* 171. *Web. et Mohr crypt. p.* 77. *schwed. reis. p.* 99. 101. *Wahlenb. lapp. n.* 536. *Hartman fl. p.* 381.

Hab. in fissuris rupium madidis ad latera montium sylvaticorum Medelpadiæ et Angermanniæ frequenter, unde ad Lapponiam Nordlandiamque Norvegicam nec non Vermlandiam ut etiam juxta mare usque ad Stockholmiam rarius dispersum; ceterum in Omberg Ostrogothiæ rarissime.

Caules plerumque unciales et ultra, foliis recentibus laete virentes. Capsulae insignes crocei coloris. Habitus totius musci fere Orthotrichi crispi.

448*. SCHISTIDIUM.

Bridel. -- Bryol. germ. 1. p. 88. t. 8.

Peristomium nudum plerumque dilatatum. Capsula urceolata sessilis. Calyptra mitræformis. Flores masculi gemmiformes laterales. — *Muscus caule dichotomo elongato.*

1422. SCHISTIDIUM *ciliatum:* foliis patulis subovatis concavis enervibus: acumine diaphano circa capsulam ciliato. *Bridel. meth. p.* 21. *Bryol. germ.* 1. *p.* 101. *t.* 8. *f.* 5.

Gymnostomum ciliatum *Swartz musc. svec. p.* 19. *Hedw. spec. p.* 40. (Anictangium). *st. cr.* 1. *t.* 40. *Hook. et Tayl. musc. p.* 14. *t.* 6. *Wahlenb. ups. n.* 790. *lapp. n.* 535.

Bryum apocarpum β *Linn. svec. n.* 986. *Dillen. musc. p.* 246. *t.* 32. *f.* 5.

Hab. in lapidibus et saxis etiam micaceo-schistosis præsertim campestribus totius Sveciæ frequentissime, excepta tamen Lapponia altiore, ubi rarum.

Muscus coloris canescentis; operculis inter cilia flavescentibus. Genere a praecedentibus apud nos satis distinctus videtur fere ut Grimmia a Weissiis; sed in alpibus et montanis Europae australioris, vegetabilia nostra tam miscentibus, formae connectentes occurrunt, quae nos haesitantes reddiderunt an non cum praecedentibus jungeretur.

449. SPHAGNUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1637. Hook. et Tayl. musc. p. 3. t. 1.

Peristomium nudum, demum plus minus dilatatum. Capsula subglobosa (vesiculæformis), sessilis in receptaculo fructificationis apicibus ramulorum sæpe in formam pedicelli elongatis insidente. Calyptra apice rumpens Flores masculi in apicibus ramulorum segregati vesiculares. — *Musci maxime palustres* (Sph. palustre Linn.): *ramis demum undique recurvis, foliis enervibus latius reticulatis sœpius rubicundis* (*Svecis Rödmossa*) *demum albescentibus.*

1423. SPHAGNUM *latifolium:* foliis ovatis obtusis imbricatis, capsulis subglobosis. *Hedwig spec. p.* 27. *Hook. et Tayl. musc. p.* 3. *t.* 4. (obtusifolium). *Bryol. germ.* 1. *p.* 6. (cymbifolium). *Sv. Bot. t.* 113. *fig. c. d. Dillen. musc. p.* 240. *t.* 32. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 530.

β squarrosum: foliis apice elongatis patentibus recurvisve. *Wahlenb. ups. n.* 791. *Bruch in Bryol. germ.* 1. *p.* 11.

S. squarrosum *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 129. *t.* 2. *f.* 1. *Hook. et Tayl. musc. p.* 4. *t.* 4. *Bryol. germ.* 1. *p.* 9. *t.* 1. *f.* 3.

Hab. in paludibus cæspitosis totius Sveciæ, Lapponia summa tantum excepta, vulgare; β in sylvaticis subinde exsiccatis Sveciæ temperatioris usque ad Vermlandiam superiorem passim.

Muscus totus duplo latior vel crassior sequente. Inpri-

mis β ob folia squarrosa apicibus saepe ultra lineas duas distantibus maximam formam totius generis sistit.

1424. SPHAGNUM *capillaceum:* foliis oblongo-lanceolatis acuminatis suberectis, capsulis oblongatis. *Swartz musc. svec. p.* 18. *Sv. Bot. t.* 113. *fig. a. b. Hook. et Tayl. musc. p.* 4. *t.* 4. (acutifol.) *Dillen. musc. p.* 243. *t.* 32. *f.* 2. *Wahlenb. lapp. n.* 531. *Bryol. germ.* 1. *p.* 19. *t.* 5.
S. palustre β *Linn. svec. n.* 959.
β. cuspidatum: foliis magis elongatis (lanceolatis). *Wahlenb. ups.* — *Dill. l. c. f.* B.
S. cuspidatum *Bryol. germ.* 1. *p.* 23. *t.* 4.
* plumosum: foliis extenuatis.
Hab. in paludibus et paludosis omnibus usque in alpes Lapponicas frequenter; β in ipsa aqua paludum.

Rami primariae formae (α) parum filo crassiores, sed ceterae magis magisque in aqua distenduntur.

450. PHASCUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1636. Bryol. germ. 1. p. 26. t. 4-7.

Peristomium nullum ob operculum adnatum persistens. Capsula subobliqua intra folia plerumque sessilis. Calyptra cucullata. — *Musci minutissimi omnium: foliis* 1) *enervibus n.* 1425. 2) *nervosis* a) *latioribus* (*subovatis*) *n.* 1426-1428. b) *angustioribus* (*lanceolato-acuminatis*) *n.* 1429-1431.

1425. PHASCUM *serratum*: subacaule, foliis ovato-lanceolatis superne serratis enervibus, stolonibus confervoideis. *Schreb. phasc. p.* 9. *t.* 11. *Hook. et Tayl. musc. p.* 5. *t.* 5. *Bryol. germ.* 1. *p.* 35. *t.* 4. *f.* 1.
Hab. in terra arenosa ad Östra Ryd Ostrogothiæ: *Petrén.*

Non tantum filis confervoideis circumdatum verum etiam folia laxius reticulata quasi filis similibus composita, itaque totum magis hyalinum quam cetera.

1426. PHASCUM *muticum:* subacaule, foliis ovatis concavis in bulbum conniventibus; acumine serrulato. *Schreb. phasc. p.* 8. *t.* 1. *fig.* 11. 12. *Hook. et Tayl. musc. p.* 7. *t.* 5. *Bryol. germ.* 1. *p.* 46. *t.* 5. *f.* 6. *Swartz musc. svec. p.* 18.

Ph. acaulon *Linn. svec. n.* 960. *Dillen. musc. p.* 252. *t.* 32. *f.* 12.

Hab. in fossis arenoso-argillaceis ad fluvium Upsaliense: *Linné*; alibi in Svecia: *Swartz.*

1427. PHASCUM *piliferum:* subcaulescens, foliis ovatis concavis erectis piliferis, seta curvula. *Schreb. phasc. p.* 8. *t.* 1. *f.* 6. 7. *Bryol. germ.* 1. *p.* 65. *t.* 6. *f.* 17. (*Aspegren bleking. p.* 74).

Ph. graniferum *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 131. *t.* 4. *f.* 3.

β gemmæforme: brevius, foliis conniventibus circa capsulam subsessilem. *Bryol. germ.* 1. *p.* 68.

Hab. ad fossas arenosas Gotlandiæ rarius, (Blekingiæ), Scaniæ ad Ârup (*Âkerman*); β quondam Upsaliæ.

Inter folia cano-pilifera capsula insignis brunnea.

1428. PHASCUM *cuspidatum:* caulescens, foliis ovato-acuminatis nervo excurrente cuspidatis. *Schreb. phasc. p.* — *t.* 1. *f.* 1. 2. *Bryol. germ.* 1. *p.* 70. *t.* 7. *fig.* 18. *Swartz musc. svec. p.* 18. *Wahlenb. ups. n.* 794.

Ph. acaulon β *Linn. spec. pl. p.* 1570. *Dill. musc. p.* 251. *t.* 32. *f.* 11.

Hab. in agris argillaceis temperatioris Sveciæ saltem usque ad Upsaliam vulgatius quam cetera.

Folia majora quam in reliquis, sesquilineam longa.

1429. PHASCUM *crispum:* caulescens, foliis lanceolatis acuminato-subulatis siccitate tortilibus. *Hedw. st. cr.* 1. *t.* 9. *Bryol germ.* 1. *p.* 57. *t.* 4. *f.* 13.

Hab. in arena humosa Lundæ in Scania: *Fries.*

Magnitudine medium inter praecedentem et sequentem.

1430. PHASCUM *subulatum:* caulescens, foliis attenuato-setaceis canaliculatis erectis strictis: nervo infra apicem disparente. *Schreb. phasc. p.* 8. *Hook. et Tayl. musc. p.* 6. *t.* 5. *Bryol. germ.* 1. *p* 63. *t.* 6. *f.* 16. *Flor. Dan. t.* 249. *f.* 2. *Dillen. musc. p.* 251. *t.* 32. *f.* 10. *Aspegren bleking. p.* 74.

Hab. in terra arenosa ad vias Upsaliæ aliarumque regionum campestrium rarius.
Angustissimum et totum laete virescens.

1431. PHASCUM *curvicollum:* caulescens, foliis lanceolatis acuminatis erectis, capsulis in seta curvata exsertis. *Hedwig st. cr.* I. *t.* 11. *Hook. et Tayl. musc. p.* 9 *t.* 5. *Bryol. germ.* I. *p.* 55. *t.* 5. *f.* 12.
Hab. in terra ad Westerås: *Hall in Herb. Swartz;* ad Femsjö Smolandiæ: *Fries.*

451. ANDRÆA.

Ehrh. beitr. 1. *p.* 15. *et* 180. *Hook. et Tayl. musc. p.* 1. *t.* 1.

(Peristomii vestigium nullum). Operculum capsula duplo triplove majus quadrangulum, demum dehiscens in lacinias quatuor oræ capsulæ persistenter adnatas. Capsula minima per se turbinata, emittens columnam in cavitate operculi seminula gerentem. Calyptra tenuissima capsulæ adnata. Seta persistens brevis. — *Musci rigiduli fuscescentes.*

1432. ANDRÆA *alpina:* foliis ovato-oblongis acutiusculis enervibus: perichætialibus imbricatis muticis. *Wahlenb. ups. n.* 796. *lapp. n.* 558. *Aspegren bleking. p.* 74.
Jungermannia alpina *Linn. spec. pl. p.* 1601.
β. caule elongato, foliis majoribus fere obtusioribus.
A. alpina *Hook. et Tayl. musc. p.* 1: *t.* 8. *Dillen. musc. p.* 506. *t.* 73. *f.* 39.
γ. caule elongato, foliis secundis. *Wahlb. gothob. p.* 112. *Aspegren bleking. p.* 74.
A. rupestris *Web. et Mohr crypt. p.* 384.
Hab. in saxis siccis subalpinis et sylvaticis Sveciæ borealis usque ad Upsaliam frequenter, dein rarius Blekingiæ etc.; varietates vero vix nisi in irrigatis alpinis *β* rarius, *γ* frequentius.

Forma nostra *α* ob brevitatem caulis saepe quadrilinearis perichaetium obtusius, itaque a sequente longissime distat; interdum tamen folia ad apices ramorum curvantur (A. rupestris Hook. l. c.). *β* omnibus partibus major. *γ* praecipue longior foliis omnibus secundis.

1433. ANDRÆA *rupestris:* foliis ovato-subulatis secundis uninervibus: perichætialibus æqualibus

mucronatis. *Roth neue beitr.* 1. *p.* 232. *Smith brit. p.* 1178. *Wahlenb. lapp. n.* 539. *Wahlb. gothob. p.* 112.

A. Rothii *Web. et Mohr cr. p.* 386. *t.* 11. *f.* 3-9. *Hook. et Tayl. musc. p.* 2. *t.* 8. *Aspegren blek. p.* 74. *Hartman fl. p.* 380.

Jungermannia rupestris *Linn. svec. n.* 1045. *Dill. musc. p.* 507. *t.* 73. *f.* 40.

Hab. in rupibus et saxis irrigatis elatis Sveciæ montanæ præcipue occidentalis ut Bahusiæ, Vermlandiæ etc. raro copiose; ceterum Blekingiæ, Stockholmiæ.

Multo magis nigricans, rigens et fragilis ob nervum foliorum, etiam magis squarrosa (nec folia in hac semper secunda, quae notae, ut in praecedente laevissimi momenti, neque heic multum valet). Perichaetium forsan foliis proximis immersum in hac, exsertum in praecedente, evidentius diceretur ut habet Rothius l. c.

452. JUNGERMANNIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1662. Hedw. theor. p. 154. t. 17-25.

Capsula quadrivalvis intus loco columnæ filis elasticis spiralibus penetrata iisque ortis e pedunculo hyalino caduco solitario. Perichætium sacculiforme. Mascula fructificatio pulveracea in apicibus ramulorum vel foliorum. — *Musci laxius cellulares.* 1) *Foliosæ* a) *Stipulis magnitudine et figura foliorum vel si mavis seriem tertiam foliorum constituentibus n.* 1434-1436. b) *Stipulatæ pr. s. d. — i. e. Stipulis in latere caulis inferiore loco seriei tertiæ foliorum majorum n.* 1437-1447. c) *Exstipulatæ vel foliis tantum bifariis nudis n.* 1448-1464. 2) *Frondosæ: fronde estipitata n.* 1465-1469. — *quas subdivisiones vide infra.*

1. *Foliosæ*

a. Stipulæ magnitudine et figura foliorum vel tertiam seriem foliorum constituentes.

1434. JUNGERMANNIA *nivalis:* surculis setaceis ra-

mosis, foliis stipulisque bipartitis: laciniis lanceolatis acuminatis (sexfariis). *Swartz - - - - - Wahlenb. carp. n.* 1202.

J. concinnata *Wahlenb. lapp. n.* 694.

J. julacea *Engl. Bot.* 15. *t.* 1024. *Hook. jung. t* 2.

Hab. in terra nuda irrigata ad nivem perennem alpium summarum Lapponicarum et Jemtlandicarum passim.

Surculi seta porcina vix crassiores, flexuosi, plerumque albi ob folia cito albescentia et non nisi prima juventute luteo-viridia — Ceterum J. julacea Linn. hujus forsan status explicatior simplicior est, nisi obstat fructus apud nos non observatus.

1455. JUNGERMANNIA *concatenata:* surculis julaceis subsimplicibus, foliis stipulisque quadripartitis: sinubus deflexis dentatis, perichætiis terminalibus oblongis plicatis imberbibus. *Linn. fl. lapp ed. Smith n.* 427. *Wahlenb. lapp. n.* 695. (setiformis).

β setiformis: stipulis minoribus vel nullis

J. setiformis *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 150. *Web. et Mohr cr. p.* 415 *musc. hep. p.* 51. *Hook. jung. t.* 20.

Hab. in saxis siccis Lapponiæ totius etiam alpinæ ubique nec non regionum subsimilium per Vermlandiam (ex. gr. in paroecia Kroppa) usque ad Kinnekulle Vestrogothiæ passim; Smolandiæ in Skurugatan.

Surculi in Lapponia saepe filo longe crassiores undique teretes foliis ubique aequalibus quasi artificiosissime in catenam connexis; sed stolones passim occurrunt latere unico planiore stipulis minoribus obsito, demumque tantum radiculoso superstitibus solis seriebus binis foliorum. Hic status in terris temperatioribus β constituit. Utraque fere semper lutescentis vel straminei coloris.

1456. JUNGERMANNIA *trichophylla:* surculis capillaceis subramosis, foliis stipulisque partitis in cilia terna articulata, perichætiis terminalibus oblongis ore ciliato. *Linn. svec. n.* 1046. *Hook. jung n.* 1. *t.* 7. *Dill. musc. p.* 505. *t.* 73. *f.* 37. *Web. musc. hep. p.* 47.

Hab. in terra umbrosissima ad caudices emortuos arborum etc. totius Sveciæ etiam alpinæ ubique.

Muscus tenuissimus omnium potius confervam referens capillis suis articulatis.

b. Stipulæ p. s. d. foliis plus quam duplo minores: *) foliis divisis n. 1437-1441. **) indivisis (nisi auriculam lobum minorem folii divisi dicere velis) n. 1442-1447.

1457. JUNGERMANNIA *tomentella:* surculis bipinnatis erectiusculis, foliis stipulisque multipartitis in fimbrias capillares, (perichætio subcylindrico tomentoso integro). *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 150. *Web. et Mohr cr. p* 414. *musc. hep. p.* 49. *Hook. jung. t.* 56 *Dillen. musc. p.* 503. *t.* 73. *fig.* 35. *Wahlb. gothob. p.* 113.

Hab. ad scaturigines rivulosque Sveciæ meridionali-occidentalis rarius, ut Smolandiæ occidentalis in paroecia Femsjö ad Älmås (*Fries*) et Gothoburgi ad Lagklarebäck in Oxhagen.

Surculi saepe palmam longi et insigniter bipinnati valde conspicui, sed folia stipulaeque vix nisi tomentum cito albicans constituunt idque in utroque latere surculorum fere aequale. (Perichaetia in specimine anglico mecum a Cl. Taylor communicato ultra lineas tres longa, undique quasi tomento constituta sine lacinulis ullis ad oram).

1458. JUNGERMANNIA *ciliaris:* surculis pinnatis procumbentibus, foliis subtrifidis stipulisque subquadratis utrisque fimbriatis, perichætiis obovatis glabriusculis ore dentatis. *Linn. svec. n.* 1041. *Hook. jung. n.* 65. *t.* 47. *Dill. musc. p.* 481. *t.* 69. *f.* 3. *Wahlenb. lapp. n.* 697.

Hab. in arborum caudicibus et truncis per regiones meridionales, sed in saxis sylvaticis regionum septentrionalium usque ad subalpina loca ubique frequenter.

Praecedente minor, interdum ramis filo non crassiores; plerumque rufescens.

1439. JUNGERMANNIA *reptans:* surculis ramosis repentibus, foliis rhombeis incurvis quadridentatis, stipulis semiamplexicaulibus quadrifidis, perichætiis subradicalibus plicatis ore dentatis. *Linn. spec. pl. p.* 1599. *Hook. jung. n.* 59. *t.* 76. *Dillen. musc. p.* 494. *t.* 71. *f.* 24. *Wahlenb. lapp. n.* 698.

Hab. in foveis ad radices arborum totius Sveciæ passim.

Ex tenuioribus, filo vix crassior, semper laete virens.

1440. JUNGERMANNIA *trilobata:* surculis ramosis repentibus subtus stoloniferis planiusculis, foliis oblongis apice trilobis, stipulis subrotundis crenatis longitudine foliorum sextuplo brevioribus. *Linn. spec. pl. p.* 1599. *Hook. jung. t.* 86. *Dill. musc. p.* 493. *t.* 71. *f.* 22. *Fries physiogr. sållsk. årsber.* 1823. *p.* 94.

Hab. in fagetis montosis Scaniæ rarius: ut ad Skärali jugi Söderåsen (*Ahnfelt*), ad Leingaryd paroeciæ Ifvetofta (*Åkerman*).

Surculi foliosi latiores quam in plerisque, sesquilineam lati.

1441. JUNGERMANNIA *bidentata:* surculis procumbentibus subramosis, foliis ovatis decurrentibus apice bidentatis, stipulis bifidis laciniatisve, perichætiis terminalibus ore laciniatis. *Linn. spec. pl. p.* 1598. *Web. et Mohr cr. p.* 408. *musc. hep. p.* 40. *Hook. jung. n.* 53. *t.* 30. *Dillen. musc. p.* 487. *t.* 70. *f.* 11.

β. foliis magis sursum spectantibus. J. graveolens *Schrad. coll. n.* 106. *Wahlenb. lapp. n.* 701.

Hab. ad rivulos sylvarum passim: *α* optima in lignis; *β* magis in lapidibus exsiccatis.

Primaria forma ex latioribus, surculis lineam latis, foliis eximie diaphanis.

1442. JUNGERMANNIA *viticulosa:* surculis procumbentibus ramosis, foliis cauli parallelis distantibus planis ovatis integris, stipulis minutis, perichætiis radicantibus turbinatis laciniatis. *Linn. spec. pl. p.* 1597. *Hook. jung. n.* 51. *t.* 60. *Dillen. musc. p.* 484. *t.* 69. *f.* 7.

Hab. in sylvis Sveciæ mediæ rarius.

Fructu rarius lecta, nec stipulae satis evidentes; itaque difficillime distingvenda.

1443. JUNGERMANNIA *Trichomanis:* surculis repentibus simpliciusculis, foliis ovatis obtusis planiusculis, stipulis divergenter bilobis, perichætiis lateralibus subterraneis. *Dicks. cr.* 405. *Hook. jung. n.* 52. *t.* 65.

Mnium Trichomanis *Linn. svec. n.* 985. *Dillen. musc. p.* 236. *t.* 31. *f.* 5.

Hab. in humidis sylvarum frigidiorum passim.

Saepe ultra lineam lata, foliis valde pellucentibus et subglaucescentibus.

1444. JUNGERMANNIA *cavifolia:* surculis procumbentibus subpinnatis, foliis orbiculatis concavis basi strumosis, stipulis ovalibus bilobis, perichætiis lateralibus. *Ehrh. beitr.* 4. *p* 45. *Dillen. musc. p.* 498. *t* 72. *f* 28. *Wahlenb. lapp. n.* 699. *t.* 25. *f.* 1.

J. serpyllifolia *Hook. jung. n.* 67. *t.* 58.

Hab. in rupibus occultis subinde irrigatis sylvaticis passim.

Ex tenuioribus, surculis vix filo latioribus mox lutescentibus.

1445. JUNGERMANNIA *tamariscifolia:* surculis repentibus pinnatis, foliis orbiculatis: auriculis subrotundis transversalibus stipula emarginata majoribus, perichætiis terminalibus. *Linn. svec. n* 1043. *Web. et Mohr cr. p.* 398. *musc. hep. p* 20 *Schmidel ic. p.* 256. *t.* 67. *Wahlenb. lapp. n.* 702.

J. dilatata *Ehrh. dec. n.* 215. *Hook. jung. n.* 72. *t.* 5.

Hab. in rupibus umbrosis usque ad Nordlandiam norvegicam passim.

Surculi angusti, vix filo latiores, rubentes, minus laevigati: perichaetiis granulatis.

1446. JUNGERMANNIA *dilatata:* surculis repentibus pinnatis, foliis orbiculatis: auriculis oblongis parallelis stipula emarginata minoribus, perichætiis terminalibus. *Linn. svec. n.* 1042. *Web. et Mohr cr. p.* 402. *musc hep. p.* 21.

J. tamarisci *Hook. jung. p.* 73. *t.* 6.

Hab. in saxis etiam siccioribus et truncis arborum passim.

Praecedente duplo triplove magis dilatata, laevigata, nitidius rubens.

1447. JUNGERMANNIA *platyphylla:* surculis procumbentibus planis pinnatis, foliis cordatis obtusis: auriculis (lobis accessoriis) stipula minoribus integerrimis. *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 924. *spec. pl p.* 1600. *Hook. jung. n.* 61. *t.* 44. *Dillen. musc. p.* 501. *t.* 72. *f.* 32.

β. major: *Dillen. l. c. f.* 33.

Hab. in rupibus umbrosissimis sylvaticis totius Sveciæ; β in terra sterili sicciore montis Omberg.

In stillicidiis rupium viridissima, sed β pallidior rigidior a J. laevigata Schrad. vera non nisi caute distingvenda.

c. Exstipulatæ *) foliis conduplicatis: lobis inæqualibus n. 1448-1455. **) foliis concavis emarginatis n. 1456-1458 ***) planiusculis vel undulatis n. 1459-1464.

1448. JUNGERMANNIA *complanata:* surculis repentibus pinnatis planis, foliis orbiculatis: lobo inferiore papilloso ovato, perichætiis terminalibus compressis truncatis. *Linn. svec. n.* 1041. *Flor. Dan. t.* 1062. *Hook. jung. n.* 45. *t.* 67. *Dillen. musc. p.* 496. *t.* 72. *f.* 26.

Hab. in truncis arborum frondosarum totius Sveciæ ubique, ad lapides rarius.

Tota maxime deplanata usque ad perichaetia. In arboribus magis lutescit quam ulla alia; in lapidibus autem virescit.

1449. JUNGERMANNIA *albicans:* surculis pinnæformibus simpliciusculis, foliis bifidis conduplicatis: lobo inferiore duplo majore oblongo apice serrato: nervo pellucido, perichætio terminali cylindraceo. *Linn. svec. n.* 1039. *Hook. jung. t.* 25. *Dillen. musc. p.* 492. *t.* 71. *f.* 20. *Wahlenb. lapp. t.* 25. *f.* x. *Wahlb. gothob. p.* 114.

Hab. in rupibus occultis regionum montosarum ut Smolandiæ, Gothoburgi, Vermlandiæ etc. rarius.

Ob folia medio pellucida cito albicat. Perichaetia magna ore eximie dentata.

1450. JUNGERMANNIA *taxifolia:* surculis pinnæformibus simpliciusculis, foliis bifidis conduplicatis:

lobo inferiore duplo majore oblongo denticulato (enervi). *Wahlenb. lapp. n.* 706. *t.* 25. *f.* 2.
J. albicans β taxifolia *Wahlb. gothob. p.* 114.
Hab. in tumulis paludum et ad latera montium Lapponiæ sylvaticæ passim; etiam Vermlandiæ ferrimontanæ et Gothoburgi.

Praecedente duplo triplove minor et contractior, an autem ob hanc causam nervo pellucido illius orbata dubium videtur. Nec demum ita albescit, sed potius fuscescit.

1451. JUNGERMANNIA *undulata:* surculis adscendentibus planis, foliis conduplicatis bifidis: lobo inferiore subrotundo obtuso denticulato, superiore duplo minore integerrimo, perichætio terminali incurvo compresso truncato. *Linn. spec. pl. p.* 1598. *Web. et Mohr cr. p.* 426. *musc. hep. p.* 82. *Hook. jung. t.* 22. *Dill. musc. p.* 490. *t.* 71. *f.* 17. *Wahlenb. lapp. n.* 708. *Wahlb. gothob. p.* 114.
Hab. in rivulis frigidioribus præcipue Sveciæ septentrionalioris et montosæ etiam alpinæ frequenter.

Latior et magis undulata plerumque occurrit quam proximae; magis quoque atrovirens.

1452. JUNGERMANNIA *nemorosa:* surculis erectiusculis planis, foliis conduplicatis bifidis: lobo inferiore subrotundo obtusiusculo; superiore duplo minore utroque dentato-ciliato, perichætio terminali incurvo compresso truncato. *Linn. spec. pl. p.* 1598. *Web. et Mohr cr. p.* 426. *musc. hep. p.* 83. *Hook. jung. t.* 21. *Dill. musc. p.* 490. *t.* 71. *f.* 18. *Hedwig theor. ed.* 2. *t.* 17. *Wahlb. gothob. p.* 114.
Hab. in nemorosis udis præcipue ad fontes Sveciæ meridionalioris passim.

Tota utplurimum tenuior et minoribus quoque cellulis composita quam praecedens, simulque color dilutius viridis.

1453. JUNGERMANNIA *compacta:* surculis suberectis planiusculis, foliis conduplicatis bifidis: lobo inferiore paullo majore ovali acutiusculo subintegerrimo. *Roth germ.* 3. *p.* 375. *Web. musc. hep. p.* 85.
J. resupinata *Hook. jung. t.* 23. *Dill. musc. p.* 491. *t.* 71. *f.* 19? *Wahlenb. lapp. n.* 789.
Hab. in uliginosis occultis Sveciæ passim.

Praecedentibus minor; ceterum fructificatione non observata; itaque non satis certa. — Quo autem nomen resupinatae saepius in alias formas transportatur (conf. Web. l. c.), eo magis mihi lubet illud in certissimam speciem Linnaeanam restituere.

1454. JUNGERMANNIA *resupinata:* surculis adscendentibus convexo-planis, foliis sursum versis subconduplicatis bilobis: lobo superiore paullo minore patente pari alterius parallelo; inferiore imbricato integerrimo. *Linn. svec. ed.* 1 *n* 926. (*ed.* 2. *n.* 1038. excl. flore cum synon. Dillen. etc.). *herb. ups. in amoen. ac.* 5. *p* 431. *Liljebl. fl. ed.* 2. *p.* 411. *Wahlenb. ups. n.* 810. (saxicola). *lapp. n.* 710.

J. saxicola *Schrad. coll. n.* 97. *Web. et Mohr cr. p.* 425. *musc. hep. p.* 82. *Sprengel in Wetterauisch. Ann.* 1809 *p.* 23. *t.* 4. *f.* 5.

Hab. in saxis siccioribus sylvaticis Sveciæ superioris ab Upsalia et Vermlandia ferrimontana ad Lapponiam subalpinam Svecicam passim copiose.

Surculi subtus magis julacei et laeves, supra fere plani (itaque in toto semiteretes); latere superiore constituta lobis transversis ita ut audiretur "scalas illas [ligneas] per quas in altiores concamerationes domus ire solemus refert" Linn. Ceterum ex rigidioribus inter J. concatenatam saepe crescens ejusdemque straminei coloris.

1455. JUNGERMANNIA *minuta:* surculis superne erectis divisis, foliis patentibus subconduplicatis: inferioribus inæqualiter; superioribus æqualiter bilobis; lobis acutiusculis, (perichætio terminali obovato plicatulo denticulato). *Dicks. cr. fasc.* 2. *p.* 15. *Hook. jung. t.* 44. *Wahlenb. lapp. n.* 715.

Hab. inter muscos præcipue paludosos Sveciæ septentrionalis frequenter, occidentalis passim usque ad Gothoburgum.

Locis paludosis angustie fere setacea a praecedente diversissima videtur, sed locis saxosis inter eandem mixta occurrit et tam crassescit ut stolones ejus referat. Quantum re vera differunt etiam ob defectum fructus utriusque dicere nequimus.

1456. JUNGERMANNIA *julacea:* surculis filiformibus subramosis, foliis concavis imbricatis emarginatis rotundatis, fructu terminali subnudo. *Linn. spec. pl. p.* 1601. *Flor. Dan. t.* 1002. *f.* 2. *Dill. musc. p.* 506. *t.* 73. *f.* 38. *Web. et Mohr crypt. p.* 421. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 80. *Wahlenb. lapp. n.* 711.
J. concinnata *Hook. jung. t.* 3.
Hab. in rupibus terraque locis irrigatis omnium alpium vulgaris.

Affinis J. nivalis et forsan ejus status explicatior, itaque magis regularis ad sequentes vulgatiores formas quodammodo accedens. Colore fere Bryi argentei, nec surculi eodem crassiores.

1457. JUNGERMANNIA *emarginata:* surculis erectis subcompressis, foliis erecto-patulis subquadratis distichis emarginatis: lobis obtusis, perichætio terminali foliis immerso dentato. *Ehrh. beitr.* 5. *p.* 80. *Web. et Mohr cr. p.* 421. *musc. hep. p.* 73. *Engl. Bot. t.* 1022. *Hook. jung. t.* 27. *Wahlenb. lapp. n.* 712. *Wahlb. gothob. p.* 115.
Hab. in aqua rivulorum frigidiorum ab alpibus Lapponicis summis usque ad Vermlandiam et Vestmanniam ferrimontanam ubique; dein Gothoburgi.

In rivulis frigidis atra et rigida surculis demum denudatis jubaeformibus, in locis siccioribus viridis. Semper minor videtur J. undulatâ, cum qua saepe crescit et cui forsan analoga.

1458. JUNGERMANNIA *excisa:* surculis vagis subsimplicibus teretibus, foliis concavis emarginatis utrinque obtusiusculis, perichætio terminali oblongo. *Funck.* — (*Dicks. cr. fasc.* 3. *p.* 11. *t.* 8. *f.* 7. *Hook. jung. t.* 9).
J. Funckii *Web et Mohr cr. p.* 422. *musc. hep. p.* 74.
Hab. in terra alpium calcata non raro, etiam in semitis regionum montosarum passim.

Primaria forma minima et valde rubens. Dein vario modo elongatur simulque sterilescit, qui surculi demum an hujus vel potius conniventis vel denique inflatae sint, pro certo dicere nequeo. Interea formas has aliasque inconspicuas steriles partim in Fl. lapp. acceptas iterum enumerare

inutile duxi, usque dum fructificatione se declarant, ex qua notae pleraeque desumendae sunt optime demonstrante Cel. Hookero in opere suo splendidissimo a me tantum semel ante decem annos viso.

1459. JUNGERMANNIA *bicuspidata:* surculis procumbentibus ramosis capillaceis, foliis patulis planis cauli subparallelis bifidis: lobis divergentibus acuminatis, perichætiis terminalibus elongatis plicatis. *Linn. spec. pl. p.* 1598. *Hook. jung. n.* 26. *t.* 11. *Dill. musc. p.* 488. *t.* 70. *f.* 13. *Wahlenb. lapp. n.* 718.

Hab. in terra humida sylvatica passim.

Post J. trichophyllam tenuissima totius generis, caule etiam pellucido opus cellulare ostendens.

1460. JUNGERMANNIA *Sphagni:* surculis repentibus, foliis adscendentibus suborbiculatis planiusculis integerrimis. *Dicks. cr. fasc.* 1. *p.* 6. *t* 1. *f.* 10. *Web. et Mohr cr. p.* 420. *musc. hep. p.* 64. *Hook. jung. t.* 33. *Wahlenb. lapp. n.* 717. *Wahlb. goth. p.* 115.

Hab. locis udis præcipue in Sphagno Sveciæ frigidioris a Lapponia summa ad Vermlandiam ubique; dein Gothoburgi.

In Sphagno regionum frigidiorum saepe magnitudine J. undulatae et viridis, sed in siccioribus semitis minima julacea, quae apud nos saepius J. scalaris audit, verum fructum J. Sphagni habere videtur.

1461. JUNGERMANNIA *incisa:* surculis repentibus depressis simpliciusculis, foliis subquadratis undulatis trifidis: laciniis sinuatis incisisque acutis, perichætio terminali obovato. *Schrad. coll. n.* 100. *diar.* 1801. 1. *p* 67. *Web. et Mohr cr. p.* 431. *musc. hep. p.* 89. *Hook. jung. t.* 10. *Wahlenb. lapp. n.* 719.

Hab. in sylvarum lignis putridis subhumidis totius Sveciæ passim.

Tam varie incisa ut lacinulis congregatis tota constare videtur, apiculis saepe in pulverem sic dictum masculinum efflorescentibus eoque magis glaucescentibus.

1462. JUNGERMANNIA *quinquedentata:* surculis repentibus simpliciusculis, foliis cauli parallelis quadrangulis quinquelobisve, perichætio terminali ore constricto. *Linn. spec. pl. p.* 1598. *svec. ed.* 1. *n.*

927. (*et* 917? trilobata). *Web. et Mohr cr. p.* 430. *musc. hep. p.* 88. *Wahlenb. lapp. n.* 720.
J. barbata *Schmid. ic. t.* 48. *Hook. jung. n.* 57. *t.* 70.
β. minima: foliis tridentatis. J. tridentata *Swartz.*
γ. julacea: radiculis in stipulas spurias confluentibus. J. Flörkii *Web. et Mohr cr. p.* 410. *musc. hep. p.* 44. *Wahlenb. lapp. n.* 705. *t.* 25. *f.* 3.

Hab. ad saxa inter muscos per sylvas totius Sveciæ frequenter; β in lapidibus siccioribus; γ in subalpinis rarius.

Forma maxima interdum bis lineam lata, laete viridis, fascias crispas referens.

1463. JUNGERMANNIA *asplenioides:* surculis erectiusculis, foliis cauli subparallelis obovato-rotundis dentato-ciliatis, perichætio terminali compresso ciliato. *Linn. spec. pl. p.* 1597. *Fl. Dan. t.* 1061. *Hedwig theor. t.* 18. 19. *Hook. jung. n.* 7. *t.* 13. *Dill. musc. p* 482. *t.* 69. *f.* 5. *Wahlenb. lapp. n.* 721.

Hab. in sylvis muscosis umbrosis totius Sveciæ ubique; fructificans in monte Omberg versus Vettern et in Skurugatan Smolandiæ.

Interdum pedalis longitudinis; caulibus sterilibus planis Asplenium viride non parum referentibus. Sed caules fertiles praecipue superne foliis crebrioribus fere bifariam imbricatis fulcrantibus perichaetium iisdem duplo longius fere tres lineas longum, fere maximum in toto genere. Formae minutae ubique occurrunt.

1464. JUNGERMANNIA *pusilla:* caulibus procumbentibus subsimplicibus, foliis cauli parallelis subcuneiformibus superne undulatis sinuatisque obtuse trilobis, perichætio terminali campanulato: capsula irregulariter dehiscente. *Linn. svec. n* 1050. *Web. et Mohr cr. p.* 429. *musc. hep. p.* 87. *Hedw. theor. t.* 20. *f.* 1-4. *Hook. jung. t.* 69. *Dillen. musc. p.* 513. *t.* 74. *f.* 46. *Wahlb. gothob. p.* 116.

Hab. in ripis limosis lacuum Sveciæ temperatioris rarius, ut Gothoburgi, in Kolmorden etc.

Lineas tantum paucas longa, eximie cellularis et subgelatinosa, transitum ad sequentem subdivisionem efficiens. Perichaetium saepe planta reliqua majus.

2. *Frondosæ* acaules (Blasia *Fries phys. sållsk. årsber.* 1823. *p.* 95.) a) enerves n. 1465. 1466. b) nervo instructæ n. 1467-1469.

1465. JUNGERMANNIA *palmata:* frondibus palmatis: laciniis linearibus enervibus spongiosis, perichætiis subradicalibus exsertis cylindraceis muricatis. *Hedwig theor. p.* 159. *t.* 20. *f.* 7. *et t.* 21. *f.* 1. 2. 3. *Web. et Mohr cr. p.* 433. *musc. hep. p.* 95. *Wahlenb. lapp. n.* 723. *ups. n.* 815.

β. multifida: frondibus elongatis bipinnatifidis. J. multifida *Hook. jung. t.* 45. (nec Linn. svec.) *Dill. musc. p.* 511. *t.* 74. *f.* 43.

Hab. in lignis aliisque vegetabilibus putridis locis humidis occultis totius Sveciæ passim; β in fluviis purioribus frigidioribus ad lapides sub aqua hærens ex. gr. Vermlandiæ ferrimontonæ paroecia Kroppa in Tvärelfven optime.

Cellulosa grandiori et laxiori composita quam insequens, itaque magis inaequalis etiam fructificatione. Laciniarum latitudo tantum semilinearis.

1466. JUNGERMANNIA *pingvis:* fronde sparsim ramosa: laciniis oblongatis decumbentibus enervibus lævigatis, perichætiis marginalibus cylindraceis lævibus. *Linn. svec. n.* 1048. *Hook. jung. n.* 74. *t.* 46. *Dillen. musc. p.* 509. *t.* 74. *f.* 42.

Hab. in paludibus aquosis et rivulis saltem Sveciæ mediæ ab Upsalia ad Vermlandiam passim.

Ob cellulosam tenuiorem laevior et quasi lubrica. Laciniae plerumque lineas duas et ultra latae. Fructificatione omni oblongata a sequente facile distingvitur. Ceterum hujus et praecedentis fructificatio submarginalis quasi a ramulis propriis formatur, cum contra in sequentibus e nervo definito egreditur.

1467. JUNGERMANNIA *epiphylla:* fronde subdichotoma latinervi; lobis rotundatis extrorsum membranaceis reticulatis, perichætiis e fine nervi in latere superiore subovatis. *Linn. svec. n.* 1047. *Hedwig theor. t.* 23-25. *Hook. jung. n.* 77. *t.* 47. *Dillen.*

musc. p. 508. *t.* 74. *f.* 41. *Wahlenb. lapp. n.* 724. *Aspegren bleking. p.* 78.

Hab. in terra uliginosa occulta totius Sveciæ passim.

Multo latior caeteris omnibus; lobis saepius quadrilinearis latitudinis. Nervus totus radiculis terrae adfigitur etiam magis quam in reliquis, unde vegetatio ejus fortior et frequentior videtur. Pedunculus quoque longissimus saepe palmam emetiens.

1468 JUNGERMANNIA *Blasia:* fronde subdichotoma uninervi subtus radiculosa; lobis subrotundis undulatis crenatisque, pedunculo e sacculis terminalibus nervorum ad apicem frondis nudo egrediente. *Hook. jung. n.* 76. *t.* 72-74. *fl. scot. p.* 118. — J. biloba *Swartz summ. p.* 45. *Web. musc. hep. p.* 91. Blasia pusilla (sine capsulis) *Linn. svec. n.* 1053. *Flor. Dan. t.* 45. *Hedwig theor. p.* 191. *t.* 50. *f.* 4-12. *Dillen. musc. p.* 237. *t.* 31. *f.* 7.

Hab. in terra subhumida umbrosa fere totius Sveciæ passim; capsulifera (Jung. biloba) ad Vårby-källa paroeciæ Huddinge prope Stockholmiam (*Swartz* sec. specim. in collect. mea).

Plerumque orbes unciae latitudinis efficit; marginibus undique adscendentibus utplurimum pulvere sic dicto masculino laete virente vario modo efflorescentibus (ut in fig. Dillenii). Rarius sacculi fructiferi formantur ut in figg. Hedwig., e quibus sacculis rarissime reperiuntur exserti pedunculi, quos tamen forsan primus vidit noster oculatissimus Swartz.

1469. JUNGERMANNIA *furcata:* fronde dichotoma lineari membranacea uninervi subtus pilosiuscula, perichætiis e nervo lateris inferioris egredientibus pilosiusculis. *Linn. spec pl. p.* 1602. *svec. n.* 1049. (J. multifida). *Hedwig theor. t* 21. 22. *Hook. jung. n* 78. *t.* 66. *Dill. musc. p.* 512. *t.* 74. *f.* 45. *Web. musc. hep. p.* 97. *Wahlenb. lapp. n.* 722. *Aspegren bleking. p.* 78.

Hab. in rupibus umbrosissimis sicciusculis totius Sveciæ usque ad Nordlandiam norvegicam passim.

Angustissima, tantum lineam lata, subtus libera, itaque ibi fructifera.

453. MARCHANTIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1661. Hedw. theor. p. 172. t. 26-28.

Receptaculum commune subpileiforme radiis angulisve 8-4, stipite frondibus conjunctum. Capsulæ sub radiis angulisve pilei calyptra vel perichætio obvolutæ, laciniis superne dehiscentes seminulaque inter filia spiralia emittentes. Partes aliæ vel masculæ peltiformes vel gemmiferæ cyathiformes præcipue in spec. 1. — *Frondes subdichotomæ nervo radicante terra innascentes,* A) *stipite basi nudo, pileo* 1) *circiter octoradiato n.* 1470. 2) *quadricapsulari* a) *hemisphærico n.* 1471. b) *subgloboso n.* 1472. B) *stipite ex antro quadrilobo n* 1473.

1470. MARCHANTIA *polymorpha:* pileo suboctoradiato planiusculo: loculamentis interjacentibus fimbriatis pluricapsularibus. *Linn. svec. n.* 1051. *Fl. Dan. t.* 1427. *Dillen. musc. p.* 527. *t.* 77. *fig.* 7. *Wahlenb. lapp. n.* 725 α.

β. fontana: magis extensa subdiaphana, nervo reticuloque nigricantibus. *Dill. musc. p.* 523. *t.* 76. *f.* 6.

Hab in terra culta ad domos vel exusta sylvarum totius Sveciæ ubique; β locis aquosis præsertim fontanis.

Maximus et maxime compositus omnium muscorum hepaticorum; laciniis saepe digitum latis. Frondes in locis siccioribus quasi verrucis pertusis compositae; in aqua eximie pellucidae.

1471. MARCHANTIA *hemisphærica:* pileo subhemisphærico quadrangulari 4:capsularique: loculamentis integris, calyptris non exsertis. *Linn. svec. n.* 1052. *Dill. musc. p.* 519 *t.* 75. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 726.

Hab. in terra occulta paludosa sylvarum fere totius Sveciæ passim.

Frondes minoribus areolis compositae fere ut in M. polymorpha, sed verruculis saepe rubicundis. Capitula magis carnosa videntur quam in ceteris; forma autem earum satis inconstans interdum fere conica.

1472. MARCHANTIA *pilosa:* pileo subgloboso quadricapsulari; calyptris exsertis fimbriatis. *Horneman*

Flor. Dan. 8. *t.* 1426. *Wahlenb. lapp. n.* 727. *ups. n.* 822.

M. tenella *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 270. (*Michaux am.* 2. *p.* 276. *Dillen. musc. p.* 521. *t.* 75. *f.* 4.)

M. gracilis *Weber musc. hep. p.* 105.

β. radiculis quoque in fimbrias marginem frondis cingentes mutatis, fimbriis calyptræ apice diutius cohærentibus.

M. fragrans *Wallroth ann. bot. p.* 120. *t.* 6. *f.* 9. (nec Balbis).

Hab. ad rupes irrigatas occultas Sveciæ frigidioris a Lapponia summa usque ad Upsaliam passim; *β* in rupibus soli magis obversis in Saltdalen Nordlandiæ inferalpinæ: *Sommerfelt.*

Praecedentibus pluries angustior utpote frondis laciniis et capitulis linea parum latioribus. Ceterum substantia fere antecedentis, sed quia capsulae marginibus pilei minus teguntur calyptrae tam insignes factae videntur. Inprimis *β* fimbriis non tantum calyptrae verum etiam frondis luxuriat et se tegit ne, ut videtur, calore laedatur.

1475. MARCHANTIA *conica:* stipite ex antro quadrilobo frondis areolatæ, pileo conico subquadricapsulari; loculamentis integris, calyptris non exsertis. *Linn. spec. pl. p.* 1604. *Fl. Dan. t.* 274. *Dillen. musc. p.* 516. *t.* 75. *f.* 1. *Hedw. theor. t.* 27. 28. *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 270. *Osbeck göthe. handl.* 4. *p.* 52. *Wikström Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 445. 450. *Aspegren bleking. p.* 78.

Hab. ad rivulos præcipue regionum littoralium rarius, ut Hallandiæ, Blekingiæ, Gevaliæ ad Texelbäcken in Tolfforshagen (*Hartman*); etiam ad Mälaren prope Westerås.

A praecedentibus eximie differt: frondis areolis pluries majoribus verruca albescente fere lepadis instar sese demum aperiente in centro obsitis; pileis ab antro quadrilobo sese primum solventibus (nec initio latus suum inferius tegentibus ut in speciebus praecedentibus), iisque multo magis membranaceis demum longitudinaliter corrugatis.

454. ANTHOCEROS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1664. Hedw. theor. p. 186. t. 29. 30.

Capsula acicularis compressa (siliquæformis) bivalvis: columna capillari seminula undique extra arillos gerente; pedunculo ad basin perichætio diviso — *Frondes enerves.*

1474. ANTHOCEROS *punctatus:* fronde laciniata crispa multiplicataque in formam turbinatam. *Linn. spec. pl. p.* 1606. *Hoffm. germ.* 3. *t.* 5. *Fl. Dan. t.* 396. *Dill. musc. p.* 479. *t.* 68. *f.* 1. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 34. *Wikström Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 445. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 32. (A. lævis).

Hab. in agris uliginosis Sveciæ temperatioris usque ad Vermlandiam ex. gr. ad lacum Fryken prope Öjervik, Gevaliam et Upsaliam rarissime.

Foliorum orbiculi lineas tantum paucas lati, eximie squarrosi, cellulosa grandiori compositi siccitate nigrescentes. Fructus et semina fuscescunt.

455. RICCIA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1666. Hedw. theor. p. 197. t. 31.

Fructificatio utricularis frondi immersa: apiculo styliformi tantum emergente. — *Frondes enerves vix radicantes.*

1475. RICCIA *crystallina:* terrestris, fronde cavernosa. *Linn. svec. n.* 1055. *herbat. ups. in amoen. ac.* 3. *p.* 442. *Dillen. musc. p.* 535. *t.* 78. *f.* 12.

Hab. in ripis fluviorum campestrium ex. gr. Upsaliæ rarius.

1476. RICCIA *minima:* terrestris, fronde reticulato-punctata. *Linn. svec. n.* 1054. *Dillen. musc. p.* 534. *t.* 78. *f.* 11.

β. lobis latioribus. R. glauca *Hedwig theor. t.* 31. *Wikström Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 445.

Hab. in terra subhumida campestri usque ad Upsaliam passim.

Frondes in latitudinem ampliatae ita ut cellulosa quadrata. Fructus puncta demum nigricantia.

1477. RICCIA *fluitans:* aquatica, frondibus dichotomis

linearibus elongatis. *Linn. svec. n.* 1056. *Dillen. musc. p.* 514. *t.* 74. *f.* 47.

Hab. in aquis stagnantibus Scaniæ copiosissime, aliarum provinciarum planiorum usque ad Upsaliam passim.

In longitudinem unciarum nonnullarum extensa: cellulis quoque elongatis.

3. ORD. ALGÆ.

CONSPECTUS.

1. ALGÆ TERRESTRES (s. aëreæ): fructus quo completior eo magis apertus.

A. Receptaculis a crusta vel fronde vel stipite formatis.

a). apertis (1. *Hymenothalamœ*).

* discoideis (scutelliformibus).

Scutella plerumque concava formata a stirpe cellulari - - 456. LICHEN

Peltæ explanatæ adnatæ folio coriaceo - - - - - 457. PELTIDEA

Orbilli radiati formati stipite intus vasculari (fibroso) - - 458. USNEA

** tuberculiformibus.

Tubercula immarginata in stipite cellulari sæpius fistuloso 459. BAEOMYCES

marginata in stipite vasculari (fibroso) solido 460. STEREOCAULON

b). clausis (2. *Gasterothalamœ*) foventibus nucleum:

* gelatinosum.

Verrucæ nigrescentes magis sclerocarpæ in crusta - 464. VERRUCARIA

Bursulæ magis membranaceæ intra crustam vel frondem 465. ENDOCARPON

** pulveraceum

in stipite fragiliore inclusum - - - - - - 466. SPHAEROPHORON

B. Patellulis a crusta etc. non formatis (3. *Idiothalamœ* s. *Sclerocarpœ*).

a). seminulis tectis.

Patellulæ gyroso-plicatæ induratæ in fronde umbilicata - 461. GYROMIUM

elongatæ simplices in crusta - - - - 462. OPEGRAPHA

orbiculatæ planæ in crusta plus minus effigurata - 463. LECIDEA

b). seminulis nudis.

Capitula stipite proprio supra crustam elevata - - - 467. CALICIUM

C. Fructificatio nulla nisi pulverulenta (4. *Coniothalamœ* s. *Pulveraceœ*).

Pulvis ex orbiculis erumpens - - - - - - - - 468. VARIOLARIA

per crustam dispersus - - - - - - - - - 469. BYSSUS

2. ALGÆ AQUATICÆ: fructus clausus sæpiusque inclusus nisi seminula superficialia.

A. *Fucoideæ: capsulæ receptaculis propriis inclusæ nisi seminula nuda in fronde plus minus coriacea olivacea* - - - 470. FUCUS

B. *Florideæ: capsulæ magis solitariæ exsertæ sphæroideæ simulque seminula dispersa in fronde cartilaginea v. membranacea rosea* 471. SPHAEROCOCCUS

C. *Ulvoideæ: seminula potius nuda in fronde laxius cellulari herbaceo-virente* - - - - - - - - - - - - - 472. ULVA

D. *Confervoideæ:* fructificatio in tubulis subarticulatis.

Capsulæ extra tubum plus minus striatum (longitudine compositum) 473. CERAMIUM

Seminula intra tubum torulosum - - - - - - - - 474. LEMANIA
tenuem (membranaceum) - - - 475. CONFERVA
reticulatim conjunctum viviparum 476. HYDRODICTION
in rosulas conjuncta demum copulantia 477. ZYGNEMA
in annulis mobilibus - - - 478. OSCILLATORIA
fixis - - - - - - 479. SCYTONEMA
planum: articulis angulo cohærentibus 480. DIATOMA
ramulis heterog. verticillat. 481. BATRACHOSPERMUM

E. *Tremellinæ: seminula intra fila confervoidea in frondem gelatinosam coacervata (eaque) geniculata* - - - 482. RIVULARIA
moniliformia - - - 483. NOSTOC

456. LICHEN.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1668. (excl. sequ.) *Parmelia Ach. meth. p. 164.*

Receptaculum apertum scutelliforme: disco sub stratum tenue perispermiis seminula bina ternave includentibus; margine a substantia stirpis formato vel rarius quasi duplici: interiore disci (Biatora Fries n. 1485-1488. 1491-93). — *Stirps magis cellularis (et vix unquam evidenter vascularis s. fibrosa)*, 1) *crustacea* a) *leprosa n.* 1478-1529. b) *lobata n.* 1530-1540. c) *squamacea n.* 1541-1548. 2) *foliolis liberis imbricata n.* 1549-1571. 3) *latifolia n.* 1572-1577. 4) *convexifolia n.* 1578-1585. 5) *concavifolia n.* 1586-1592. 6) *loriformis n.* 1593-1587. 7) *corniculata n.* 1598-1606. 8) *gelatinosa n.* 1607-1623. — *quas subdivisiones vide infra s. l. ulterius explicatas.*

1. *Crustacei: crusta adnata* (*rarius effigurata*), *scutellis rarius immersis* (Urceolaria Ach. syn. p. 137-145. nobis n. 1494. 1495. 1497. 1502. 1504. 1516-1523. 1528.) *plerumque plus minus superficialibus* (Lecanora Ach. ib. p. 145-194).

a) Leprosi: *crusta plus minus leprosa non effigurata; scutellis* *) *albis pallidisve n.* 1478-1481. **) *luteis n.* 1482-1487. ***) *rubris n.* 1488-1502. ****) *fuscis n.* 1503-1510. *****) *nigrescentibus n.* 1511-1529.

1478. LICHEN *Upsaliensis:* crusta tenui inæquali albescente, scutellis concoloribus elevatis margine tumidulo demum extenuato. *Linn. svec. n.* 1073. *herbat. ups. in am. ac.* 3. *p.* 433. *Wahlenb. ups. n.* 827.

Hab in cespite graminum muscorumque emortuorum Upsaliæ alibique rarius.

Totus multo tenuior et albidior quam proximi, itaque locum primum in nostra enumeratione occupans.

1479. LICHEN *pallescens:* crusta verrucosa compacta lactea, scutellis pallide lutescentibus margine incrassato. *Linn. svec. n.* 1071.

Hab. in cortice annoso arborum frondosarum saltem Sveciæ temperat. a Gotlandia ad Vermlandiam passim.

Praecipue in truncis populorum Vermlandiae ferrimontanae insignis: crusta verrucosa et scutellis semper concavis vere cupularibus.

1480. LICHEN *parellus:* crusta tartarea verrucosa lactea, scutellis pallidis margine turgido discoque demum verrucoso. *Linn. mant. p.* 132. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 142. *lapp. n.* 733.

Hab. in petris præcipue ad littora maris tam occidentalis quam orientalis meridionalioris passim.

Crusta tartarea saepe lineam crassa. Scutella non raro sesquilineam lata, tam crassa et quasi calcarea ut inde svecicum nomen *Kråftstenslaf.*

1481. LICHEN *tartareus:* crusta tartarea granulata inæquabili albo-cinerascente, scutellis lateritiis albo-

marginatis. *Linn. svec. n.* 1070. *Sv. Bot. t.* 77. *Flor. Dan. t.* 712. *Vestring Vet. Ac. Handl.* 1791. *p.* 133.

β. frigidus: crusta papillosa spinulosaque. *Wahlenb. lapp. n.* 734. β.

γ. gonatodes: crusta ramulosa: ramulis divaricatis tortuosis. *Wahlenb. l. c.*

Hab. in saxis sylvaticis declivibus passim, sed optime versus litora maris; β et γ in terra alpina Lapponiæ et alpestri Oelandiæ.

Crusta cohaerens demum a rupe sponte solvitur latitudine plurium palmarum, ob materiem tinctoriam ipsa quoque *Byttelet* (i. e. *Byttefårg*) dicitur (nisi *Bôtelet* a *Bôte* Ihre gloss. 1. p. 254. quasi *Bergsfårg*). Ob locum marinum cum svecorum *Hafsôrn* communem etiam *Ornmossa* Blekingis audire videatur.

1482. LICHEN *varius:* crusta tenui subverrucosa pallide virescente, scutellis confertis disco planiusculo lutescente varioque margine subinflexo repando. *Ehrh. crypt. n.* 68. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1666. *Ach. meth. p.* 178. *Wahlenb. lapp. n.* 735. *Fries exs. n.* 46.

β. sarcopis: crusta crassiore, scutellis rubicundis. *Ach. lich. univ. p.* 378. *Wahlenb. lapp. n.* 744.

Hab. in lignis denudatis parietum, sepimentorum etc. ubique, rarius in schisto Lapponiæ maritimæ.

Colore admodum variat praecipue in regionibus montanis elatioribus praesertim Smolandiae occidentalis.

1483. LICHEN *cerinus:* crusta subgranulata cinerea, scutellis planis confertis flavis margine tenui cinereo. *Hedw. st. cr.* 2. *t.* 21. B. *Wahlenb. lapp. n.* 736.

β. marginibus disco fulvescenti magis magisque concoloribus. *Flor. lapp. l. c.*

Hab. in populorum truncis, parietibus ligneis etc. regionum elatiorum inprimis Lapponiæ copiose; ubi præsertim β non tantum in muscis verum denique in ipso quartzo alpium inprimis maritimarum.

Scutella tenuia magis bracteata margine melius et citius se expandente quam in proximis. Sic in corticibus junioribus, sed in muscis praesertim ad saxa indurescunt scutella

adeo ut non tantum Biatoram verum denique Lecideam referant.

1484. LICHEN *vitellinus:* crusta granulata flava, scutellis planis elevato-marginatis vitellinis. *Ehrh. cr. n.* 155. *Fl. Dan. t.* 1547. *f.* 2. *Wahlenb. lapp. n.* 737.
Hab. in parietibus ligneis ubique.
Saepius crusta nulla alia quam initia scutellorum.

1485. LICHEN *aurantiacus:* crusta inæquabili cinerascente, scutellis confertis demum convexis aurantiacis margine dilutiore. *Ehrh. cr. n.* 28. *Engl. Bot. t.* 432. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 275. *exs. n.* 41. (Biatora).
β. salicinus: crusta granulata lutescente.
L. salicinus *Schrad. spicil. p.* 82.
Hab. in cortice annoso populorum Sveciæ temperatioris passim; β præsertim in salicibus.

1486. LICHEN *luteolus:* crusta granulosa cinereo-pallida, scutellis demum subglobosis fulvo-luteis immarginatis. *Schrad. spicil. p.* 85. *Ach. syn. p.* 41. (Lecidea). *Fries Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 272. (Biatora).
Hab. inter muscos in cortice frustuloso inprimis Aceris passim.

1487. LICHEN *Ehrhartianus:* crusta subcartilaginea granulata rimosaque albo-virescente, scutellis planiusculis difformibus flavescentibus subimmarginatis. *Achar. prodr. p.* 39. *t.* 2. *f.* 1.
L. graniformis *Dicks* — *Schrad. diar.* 1801. 1. *p.* 70.
Hab. in cortice antiquo Quercûs saltem prope lacum Mälaren passim.
Scutella explanata inter granula crustae.

1488. LICHEN *icmadophila:* crusta effusa subpulveracea inæquabili albo-virescente, scutellis planis incarnatis subimmarginatis. *Ehrh. cr. n.* 40. *Fl. Dan. t.* 472. *f.* 4. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 273. *exs. n.* 67. (Biatora).
Hab. locis paludosis præcipue in sphagno putrescente regionum frigidiorum passim.
Scutella in latitudinem sesquilineae explanata et immediate supra crustam expansa. Ceterum substantia totius Lichenis fere Baeomycidis.

1489. LICHEN *citrinus:* crusta leprosa granulato-pulverulenta citrina, scutellis depressis demum convexis flavis subimmarginatis. *Ach. prodr. p.* 73. *Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 148. *synops. p.* 176. (Lecanora). L. lucidus *Schrad. diar.* 1801. 1. *p.* 71. sec. exempl. Cel. Kunth e Saxonia — an etiam Ach. syn. p. 48?

β. totus citrinus, scutellis minutis concoloribus.

γ. flavus: crusta quoque flavescente. *Hoffm. germ.* 1795. *p.* 198.

Hab. in rupibus occultis ad mare orientale ex. gr. Ostrogothiæ passim; β in regionibus alpestribus ex. gr. in Bispbergsklack Dalecarliæ in granite ob feltspathum fatiscente et delabente; γ in muris calce illinitis.

Scutella ex minutissimis vix unquam semilineam lata, in β non nisi attentius inspecta a granulis crustae distingvenda.

1490. LICHEN *intricatus:* crusta diffracto-areolata ochrolevca, scutellis depresso-innatis cervinis demum convexis subimmarginatis. *Schrad. diar.* 1801. 1. *p.* 72. *Achar. syn. p.* 154. (Lecanora). *meth. p.* 178. *lich. univ. p.* 380.

Hab. in lapidibus sylvarum frigidiorum Smolandiæ ex. gr. ad Femsjö: *Fries*; Vermlandiæ ferrimontanæ in paroecia Kroppa.

Crusta primum vix nisi granulata, sed granula demum in areolas crenatas fere squamaeformes dilatuntur fere ut in Psoromate. Scutella areolis saepe minora, demum valde irregularia subfusca.

1491. LICHEN *vernalis:* crusta tenuissima cinerascente, scutellis demum subglobosis confertis helvolo-ferrugineis. *Linn. syst. veg. ed. Murr. p.* 957. *Wahlenb. lapp. n.* 739. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 271. (Biatora).

Hab. muscos incrustans ad radices arborum, lapides etc. totius Sveciæ passim.

Humiditate magis tumet quam ceteri, itaque verno tempore praesertim conspicuus. Scutella juniora eximie pallescunt (L. sphaeroides Dicks.), vetustiora fuscescunt, nec ulla tam fulvescentia ac in L. luteolo, neque crusta granulata sed potius pulveracea.

1492. LICHEN *cæsio-rufus:* crusta areolata cinerea demum rugis subcæsio-efflorescentibus, scutellis rufis tumidis margine verrucarum albescente. *Achar. prodr. p.* 45. *meth. p.* 71. (Lecidea). *Fries Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 274. (Biatora).

β. inundata: crusta non efflorata, scutellis decoloratis obfuscatisque *Fries l. c. p.* 270.

Hab. optimus in petris calcareis ad Salbergam fodinam Vestmanniæ, in meridionalibus frequentius.

Magis diversicolor quam affines crusta primum obscure vel umbrino-cinerea, demum verrucis summitate fere albis, scutellis saturate rufis.

1493. LICHEN *rupestris:* crusta leprosa rimulosa umbrino-cinerascente, scutellis minutis planiusculis supra crustam vix elevatis fulvo-rufis. *Persoon* sec. spec. götting. — V. rufescens *Hoffman germ.* 1795. *p.* 173. *Flor. Dan. t.* 825. *f.* 2.

Parmelia erythrella *Ach. meth. p.* 174. (sec. spec. in calce ab Achar. communicatum).

Hab. in petris calcareis formationis transitionis Ostrogothiæ passim, Dalecarliæ in Osmundsberget copiose.

Scutella puncto vix majora et lapidi innata adeo ut nisi rupestris tamen petraeus magis quam affines.

1494. LICHEN *cupularis:* crusta leprosa albo-cinerascente demum evanescente, scutellis subglobosis demum cupularibus; margine albo tumido; disco testaceo. *Ehrh. beitr.* 4. *p.* 45. *Hoffm. germ.* 1795. *p.* 176. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 58. *t.* 20. B. *Achar. meth. p.* 56. (Lecidea). *synops. p.* 46.

L. marmareus *Hoffm. en. lich p.* 44. *t.* 6. *f.* 4.

Hab. in rupibus marmoreis ad Fagervik in Kolmorden et in schisto montis Omberg Ostrogothiæ.

Scutella tumida supra crustam tenuissimam magis elevata et conspicua quam in ceteris. Ceterum substantia potius Gyalectae Ach. quam subcornea illa Biatorae Fries.

1495. LICHEN *foveolaris:* crusta leprosa inæquali albo-pallescente, scutellis immersis urceolatis testaceis elevato-marginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 740.

Achar. Vet. Ac. Handl. 1808. *p.* 229. (Gyalecta Wahlenbergiana).

Hab. in muscis putridis locis pingvioribus occultis alpium Lapponicarum rarius.

Urceoli saepe ultra lineam lati, ocellis similes, substantia subgelatinosi.

1496. LICHEN *subcarneus*: crusta gyroso-rimulosa sublimitata albescente, scutellis elevatis carneis pruinosis lævibus demum convexissimis conglomeratis. *Vestring Vet. Ac. Handl.* 1791. *p.* 126. *Achar. ib.* 1794. *p.* 187. *t.* 6. *f.* 4. *syn. p.* 45. (Lecidea). L. angulosus *Rutström dissert. p.* 8.

Hab. in scopulis litoralibus Sveciæ mediæ præcipue Bahusiæ copiose, Hallandiæ, Ostrogothiæ parcius.

Crusta plerumque tenuis subradians, sed scutella saepius plus quam lineam elevata, turgida et tamen dura.

1497. LICHEN *Acharii*: crusta lævigata rimulosa ferrugineo-ochracea, scutellis urceolatis immersis rubicundis. *Ach. prodr. p* 53. *et fig. tit. Wahlenb. lapp. n.* 741. *ups. n.* 858. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 131.

β crusta rufescente, scutellis subfuscis.

Hab. in saxis et lapidibus aqua perfusis Sveciæ frigidioris usque ad Upsaliam et Stockholmiam satis frequenter; *β* Finmarkiæ.

Scutella vix puncto majora nisi in *β*.

1498. LICHEN *hæmatomma*: crusta pulverulenta albida demum tartarea subsulphurea, scutellis demum convexiusculis irregularibus coccineo-sangvineis submarginatis. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 157. *Achar. prodr. p.* 45. *Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 143. *Flor. Dan. t.* 712. *f.* 2. *Vestring färglaf. t.* 21. *Wahlenb. lapp. p.* 406. *n.* 742.

Hab. in rupibus et lapidibus granitoideis occultioribus ad littora maris tum orientalis usque a Norrköping tum occidentalis usque ad Nordlandiam Norvegiæ passim; ceterum sterilis nisi in cote ad Näs-udden lacus et Roxen et Vettern Ostrogothiæ.

Scutella elegantissime sangvinea nomen dederunt, quod svecice quoque *Blodplåttlaf* redditur. Quo tenuior crusta eo non tantum elevatiora verum etiam majora scutella.

1499. LICHEN *ventosus:* crusta tartarea verrucosa luteo-pallescente, scutellis irregularibus demum convexis rubro-brunneis pallide marginatis. *Linn. svec. n.* 1065. *Vestring fårgl. t.* 6.

Hab in saxis apricis siccis alpium Lapponicarum frequenter et regionum altiorum frigidiorumque saltem usque ad Upsaliam passim.

Scutella insignis coloris et saepe ultra lineam lata, cum pustulis variolarum comparata, unde Svecis *Blåsmossa.*

1500. LICHEN *ulmi:* crusta gelatinoso-membranacea demum inæqualiter verrucosa alba, scutellis confertis concavis ruberrimis margine tumidulo inflexo crenulato. *Swartz Nov. Act. Ups.* 5. *p.* 247. *Vestring Vet. Ac. Handl.* 1791. *p.* 158. *Wahlenb. ib.* 1806. *p.* 142. *Osbeck götheb. handl* 4. *p.* 52.

Lecanora rubra *Achar. syn. p.* 177. *Vet. Ac. H.* 1810. *p.* 145. *Fries exs. n.* 47.

Hab. in caudicibus putrescentibus ulmi, quercus etc. provinciarum meridionalium præcipue Gotlandiæ copiose, ad Norrköping parce, Halandiæ.

Pulcherrimus scutellis rubricae coloris, quorum multa stratum coloratum amiserunt et fundum subgelatinosum ostendunt fere ut in Gyalectis Acharii, unde totus eo magis marmoratus.

1501. LICHEN *ammiospilus:* crusta tenui demum verrucosa cinerascente, scutellis aggregatis planis rufis margine tenui cinereo. *Wahlenb. lapp. n.* 745.

Lecidea ammiospila *Achar. syn. p.* 44.

Hab. in parietibus ligneis Finmarkiæ præcipue maritimæ parcius; Smolandiæ occidentalis raro.

L. cerino proximus, sed scutella majora an Biatorae Fries Vet. Ac. Handl. 1822. p. 274.

1502. LICHEN *cinereo-rufus:* crusta tenui nigricante cinereo-verrucosa, scutellis planiusculis rufis margine elevato tumido cinereo. *Wahlenb. lapp. n.* 746. *Achar. syn. p.* 141. (Urceolaria).

Hab. in lapidibus siccis quartzosis alpestribus prope Alten Finmarkiæ copiose.

1503. LICHEN *subfuscus:* crusta tenui læviuscula demum granulata albo-cinerascente, scutellis subfuscis nigrescentibusve: margine elevato tumidulo. *Linn. svec. n.* 1072.

Hab. in cortice arborum frondosarum frequenter; in lignis et lapidibus rarius inprimis Lapponiæ summæ.

Forma primaria scutellis crebris cupulaeformibus fuscis Svecice *Bull-laf* facile distingvenda; sed in cortice laeviori, ligno, lapidibus scutella explanata in album nigrumque versicolora variant magis quam in ipso L. vario.

1504. LICHEN *pynargus:* crusta subverrucosa corrugata albissima, scutellis suburceolatis subimmersis livescenti-pruinosis demum subatris: margine turgido integro subelevato cum crusta subconfluente. *Wahlenb. lapp. n.* 748. *Ach. syn. p.* 139. (Urceolaria).

Hab. in radicibus denudatis fruticulorum per alpes Lapponiæ præcipue Tornensis rarius.

1505. LICHEN *epibryon:* crusta subcartilaginea rugosa inæquabili effusa albescente, scutellorum disco planiusculo fusco nitido; margine tenui integro elevato crustæ concolori. *Wahlenb. lapp. n.* 749. *Achar. synops. p.* 155.

Hab. in muscis putrefactis Finmarkiæ maritimæ ex. gr. Maasöæ satis copiose.

1506. LICHEN *turfaceus:* crusta subcartilaginea corrugata grisea opaca, scutellis congregatis varieque pressis: disco planiusculo fusco-atro opaco: margine elevato ruguloso crustæ concolori. *Wahlenb. lapp. n* 750. *Achar. syn. p.* 156.

Hab. in terra aprica subuliginosa a muscis putrefactis orta Finmarkiæ maritimæ ex. gr. Qualöæ copiose.

1507. LICHEN *badius:* crusta verrucosa effusa olivaceo-fusca, scutellis demum convexis nitidis nigro-umbrinis. *Achar. prodr. p.* 64. *syn. p.* 154.

Hab. in saxis apricis sylvaticis totius Sveciæ passim. Saepe non tantum scutella verum etiam crusta nitida.

1508 LICHEN *aipospilus:* crusta papillata fusco-cinerea ambitu sulcato-radiata nigro-limitata, scutellis in apice papillarum sessilibus convexis rufo-fuscis subimmarginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 752. *t.* 27. *f.* 2. *Achar. synops. p.* 155.

Hab. in scopulorum maritimorum scrobiculis et fissuris per Finmarkiam totam ubique copiose.

Papillae saepe lineam altae, crassiusculae et satis discretae, scutellis vix angustiores.

1509. LICHEN *spodophæus:* crusta rimosa papillato-ramulosa fusco-virescente ambitu subradiata, scutellis planis brunneis marginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 753. *Achar. synops. p.* 155.

Hab. in scopulis maritimis planioribus vento maxime expositis per insulas exteriores Finmarkiæ passim.

Papillae multiplo tenuiores superficiem granulatam quasi constituentes; scutella vero saepe lineam lata vel papillis multiplo latiora.

1510. LICHEN *poliophæus:* crusta rimosa papillato-ramulosa cinerea ambitu byssacea alba, scutellis planis hepaticis marginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 754. *t.* 27. *f.* 3. *Achar. synops. p.* 159.

Hab. in scopulis maritimis Finmarkiæ præcedente rarior.

Crusta omnino praecedentis, sed color et margo diversus, nec nisi tardius aquam attrahit tuncque vix virescit

1511. LICHEN *sophodes:* crusta suborbiculari verruco-so-granulata obscure cinerea, scutellis confertis planis nigris margine tumidulo elevato subpruinoso. *Achar. prodr. p.* 64 *synops. p.* 155 *n.* 22. *β. Schrad. diar.* 1801. 1. *p* 71. *Wahlenb. lapp. n.* 755.

Hab. in parietibus ligneis et cortice Betulæ Sveciæ septentrionalis passim.

1512. LICHEN *milvinus:* crusta effusa granulata areolato-rimulosa ferrugineo-fusca, scutellis planiusculis crustæ æquabilibus nigris elevato-marginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 756. *Achar. synops. p.* 151. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 178.

Hab. in petris inprimis maritimis Lapponiæ passim; alias rarius ex. gr. Uplandiæ.

1513. LICHEN *atrosulphureus:* crusta tartarea inæquabili glebuloso-coacervata pallide sulphurea, scutellis convexiusculis crusta marginatis aterrimis. *Wahlenb. lapp. n.* 757. *Achar. syn. p.* 149.

Hab. in petris quasi arenariis siccis insulæ Maasöæ Finmarkiæ copiose.

1514. LICHEN *tephromelas:* crusta sublimitata inæquali verrucosa albo-cinerascente, scutellis demum convexiusculis atris margine elevato albo. *Ehrh. cr.* — *Achar. syn. p.* 146.

L. ater *Vestring fårgl. t.* 15.

Hab. in petris etiam calcareis transitionis saxisque præcipue campestribus totius Sveciæ frequenter.

1515. LICHEN *argopholis:* crusta lævigata subcartilaginea verrucoso-glebulosa pallescente demum glebulis sublobatis subimbricatis, scutellis fusco-atris urceolatis acute marginatis nitidis elevatis. *Wahlenb. lapp. n.* 759. *Achar. synops. p.* 147.

Hab. in rupibus irrigatis umbrosis ad radices alpium Finmarkiæ passim; (in Svecia meridionali crusta virescente: *Acharius l. c.*)

1516. LICHEN *cinereus:* crusta subtartarea areolato-verrucosa rimosaque cinerea, scutellis suburceolatis immersis nigris: margine inconspicuo lævi. *Linn. mant. p.* 132. *Vestring fårgl. t.* 18.

Hab. in petris, lapidibus saxisque inprimis campestribus ubique.

Indumentum maxime vulgare lapidum nostrorum granitoideorum constituit saepissime cinereum (Svecis *Askgrålaf*), sed interdum in virescentem et albescentem admodum varians. Locis humidis crusta laevigata ut Sagedia laevata Ach.

1517. LICHEN *geoicus:* crusta leprosa inæquali cinerea, scutellis globoso-urceolatis immersis aggregatis minutis intus subgelatinosis concoloribus. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 142. *t.* 4. *f.* 6. *Achar. syn. p.* 9. (Gyalecta).

Hab. in terra ad petras calcareas Gotlandiæ ex. gr. ad Wisby.

Minutissimus scutellis puncto vix majoribus.

1518. LICHEN *mazarinus:* crusta crassa molli glebulosa pallescente, scutellis urceolatis immersis immarginatis nigris suboccultis. *Wahlenb. lapp. n.* 761. *Achar. synops. p.* 138. (Urceolaria).
Hab. ad lapides sub aqua rivulorum alpinorum rarius ex. gr. ad Käimiäkaisse Finmarkiæ.
Crusta mollis fere ut pulti similis (unde nomen), scutellulis pluribus vix nisi poro apertis.

1519. LICHEN *protuberans:* crusta verrucoso-nodulosa radiato-effusa pallescente, scutellis urceolatis in apice nodulorum immersis marginatis nigris. *Wahlenb. lapp. n.* 762. *Achar. synops. p.* 138.
Hab. in saxis et rupibus siccis absconditis prope mare ad Altenfjord Finmarkiæ rarius.
Crusta ipsa satis tenuis demum subferruginea, sed nodulis omnino sphaericis et discretis cinerascentibus obsita.

1520. LICHEN *pelobotryus:* crusta subspongiosa rugosa subgrisea demum verrucoso-subareolata, scutellis urceolatis immersis subimmarginatis nigris. *Wahlenb. lapp. n.* 763. *Achar. syn. p.* 138. (Urceolaria).
(β ocellata *Achar. l. c. Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 166).
Hab. in schisto alpium semper aqua perfuso rarius ex. gr. in Rastekaisse Finmarkiæ.

1521. LICHEN *scruposus:* crusta tartarea rugoso-plicata granulataque cinerascente, scutellis urceolatis immersis nigrescentibus margine cinereo inflexo. *Schreb. lips. p.* 133. *Hoffm. en. lich. t.* 6. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 764.
β. impressus: crusta ambitu passim lobato foliolaceo.
L. impressus *Swartz Nov. Act. Ups.* 5. *p.* 245. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 144. *Vestring ib.* 1791. *p.* 135.
Urceolaria bryophila *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 169. *synops. p.* 10. (Gyalecta).
Hab. in petris omnibus saxisque occultioribus passim; β in muscosis Gotlandiæ, Ostrogothiæ, Oelandiæ.

1522. LICHEN *calcareus:* crusta tenuissime rimulosa albissima ambitu limitato crenulato, scutellis immersis nigris punctiformibus confertis demum confluen-

tibus. *Linn. svec. n.* 1061. *it. vestrog. p.* 29. *gotl. p.* 183. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 143. *Achar. ib.* 1809. *p.* 169. (Urceolaria).

β. contortus: areolis crustæ subdiscretis scutellisque majoribus. *Achar. synops. p.* 143.

Hab. in lapidibus calcareis formationis transitionis Gotlandiæ, Oelandiæ et montis Kinnekulle Vestrogothiæ frequenter; β etiam in muris usque ad Upsaliam, Salbergam.

1523. LICHEN *calcivorus:* crusta effusa tenui subcontigua albo-cinerascente, scutellis lapidi immersis atris planis demum sese cortrahentibus dilabentibusque. *Ehrh. cr. n.* 244.

L. immersus. *Schrad. spicil.* 1. *t.* 1. *f.* 7. *Engl. Bot. t.* 193. *Achar. prodr. p.* 70. *synops. p.* 27. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 143.

Hab. in lapidibus petrisque calcareis formationis transitionis passim, ut Gotlandiæ Oelandiæque parcius, Ostrogothiæ ad Omberg, Vestrogothiæ in Kinnekulle, Dalecarliæ in Osmundsberg et ad Rättvik omnium optime.

Praecipue scutellis suis calcem rodit magis quam ullus alius Lichen. In monte Osmundsberg Dalecarliae foveolas magnitudine seminis Sinapis in petra relinquit. Ad Rättvik e foveolis ejus frequentes fructus excrescunt in modum Lecideae vel fere Calicii elevati (β emergens Achar. syn.).

1524. LICHEN *illimatus:* crusta subtartarea papillata albida: papillis obconicis, scutellis marginatis nigris. *Wahlenb. lapp. n.* 765. *Ach. syn. p.* 148. (Lecanora).

Hab. in summis petris alpium maritimarum Finmarkiæ rarius.

1525. LICHEN *mastrucatus:* crusta granulato-ramulosa coacervata globulifera virescente, scutellis planis atris margine crustæ concolore. *Wahlenb. lapp. n.* 766. *Achar. synops. p.* 148. (Lecanora).

Hab. in rimis scopulorum prope littora maris Nordlandiæ et Finmarkiæ.

1526. LICHEN *dactyliferus:* crusta papillato-ramulosa albida: ramulis discretis, scutellis subbacillatis atris

concavis margine tumidulo coloris crustæ. *Wahlenb. lapp. n.* 767.
Lecanora oculata *Achar. synops. p.* 148.
Hab. supra muscos in uliginosis alpinis Lapponiæ rarius, et non nisi ad mare Finmarkiæ cum scutellis.

1528. LICHEN *diamartus:* crusta subdeterminata rimoso-areolata rubro-ochracea, scutellis planis subimmersis immarginatis angulatis atris. *Wahlenb. lapp. n.* 768. *Achar. synops. p.* 157. (Urceolaria).
Hab. in lapidibus parum elevatis præcipue ad littora maris tum septentrionalis tum sinus Bottnici passim copiose.

1529. LICHEN *helicopis:* crusta rimuloso-areolata livido-cinerea albo-limitata, scutellis sessilibus planis subimmarginatis livido-nigricantibus. *Wahlenb. lapp. n.* 769. *Achar. syn. p.* 149.
Hab. in lapidibus littoralibus aqua marina interdum conspersis Finmarkiæ passim.

b) Lobati: *crusta ambitu lobata* (Placodium Achar. prodr. — Vet. Ac. Handl. 1810. p. 154.); *scutella incipiendo a pallidis procedendo ad nigrescentia.*

1530 LICHEN *lentigerus:* crusta subcoriacea alba: ambitu lobato flexuoso crenato subimbricato, scutellis planiusculis flavo-cervinis margine tumido. *Web. spic. p.* 192. *t.* 5. *Fl. Dan. t.* 1185. *f.* 2. *Swartz Nov. Act. Ups.* 5. *p.* 246. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 144. *Achar. ib.* 1810. *p.* 154. (Lecanora). *syn. p.* 179.
Hab. in terra supra petram calcaream transitionis Gotlandiæ et Oelandiæ frequenter, montis Kinnekulle rarius.

Crusta plerumque rosulas pollicis latitudine consituit. Scutella elevata et tumida etiam colore lentibus parvulis non dissimilia, circiter lineam lata.

1531. LICHEN *saxicola:* crusta subcartilaginea pallido-virescente ambitu multipartita planiuscula, scutellis ochraceis demum convexis. *Pollich. pal. p.* 225.

Engl. Bot. 24. *t.* 1695. *Wahlenb. lapp. n.* 772. *Achar. syn. p.* 180.

Hab. in lapidibus et saxis præcipue campestribus frequenter; in petris calcareis parcius.

Saxis granitoideis se arctius et frequentius applicat quam ullus affinium.

1532. LICHEN *chlorophanus:* crusta glebulosa saturate sulphurea ambitu convexe radiosa incisa, scutellis subconcoloribus convexis immarginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 773. *t.* 28. *f.* 2. *Achar. synops. p.* 183.

Hab. in rupium lateribus occultis sæpius quartzo constitutis per alpes lapponicas passim.

Substantia crassior et color vividior quam in sequentis varietatibus omnibus.

1533. LICHEN *murorum:* crusta rugoso-radiata vitellina ambitu plicato-lobata, scutellis saturatioribus planiusculis elevato-marginatis. *Hoffm. en. lich. p.* 63. *t.* 9. *f.* 2. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 144. *fl. ups. n.* 847. *lapp. n.* 774. *Achar. syn. p.* 181. *Dillen. musc. p.* 136. *t.* 18. *f.* 18. *Aspegren bleking. p.* 85.

β flavescens *Swartz Nov. Act. Ups.* 5. *p.* 1446.
L. miniata *Achar. synops. p.* 182.

Hab. in petris calcareis Gotlandiæ etc. frequentissime, in muris antiquis passim et denique β ad mare septentrionale satis copiose.

Petris calcareis laevibus (non granulosis) se arctissime applicat fere membranae instar simulque dilutior fit (α); contra quo magis in granite inaequali ad littora maris eo magis discretae et crassiores laciniae β ad sequentem formam accedentes.

1534. LICHEN *elegans:* crusta multipartita aurantiaca: laciniis teretiusculis flexuosis subdiscretis, scutellis concoloribus concavis. *Linck ann.* 1. *p.* 37 *Wahlenb. lapp. n.* 775 *Achar. syn. p.* 182. *Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 158.

Hab. in rupibus et lapidibus apricis alpium lapponicarum præcipue versus mare septentrionale frequenter, ad lacus majores altioresque rarius.

Laciniae interdum fili tenuitatis; color vero semper saturatissimus.

1535. LICHEN *fulgens:* crusta subcoriacea dilute flavescente ambitu radiato-plicata lobata: lobis extrorsum sulphureis, scutellis rubris planiusculis subimmarginatis. *Swartz Nov. Act. Ups.* 5. *p.* 246. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 144. *Achar. ib.* 1810. *p.* 159.

β. bracteatus: crusta granulata amorpha scutellis majoribus. *Achar. l. c. Wahlenb. lapp. n.* 770.

Hab. in campis supra petram calcaream transitionis Gotlandiæ passim; *β* etiam Oelandiæ et in alpibus Lapponiæ versus mare rarius.

Crustae substantia fere ut in L. lentigero, sed minus perfecta demumque omnino obliterata at scutella eo latiora fiant.

1536. LICHEN *gelidus:* crusta membranacea rimoso-radiata crenata cinereo-carnea: centro aucto rosula crassiore, (scutellis rubris). *Linn. mant. p.* 133. *Engl Bot.* 10. *t.* 699. *Fl. Dan. t.* 470. *f.* 2 (Heclæ). *Wahlenb. lapp. n.* 771. *Achar. syn. p.* 186.

Hab. in lapidibus micaceis vel hornblenda compositis ad latera alpium declivia nimbosa prope mare septentrionale rarius.

Singularis rosulà centrali incipiente alterà supra alteram.

1537. LICHEN *stramineus:* crusta crassiuscula straminea multipartita: laciniis convexis subteretibus contiguis, scutellis rubro-fuscis planis margine tumido. *Wahlenb. lapp. n.* 776. *t.* 28. *f.* 1. *Ach. syn. p.* 180.

Hab. in scopulis summis alpium maritimarum Finmarkiæ copiose.

Crassitudine satis variat fere ut L. murorum, sed color semper fere idem indeterminabilis stramineo-rufescens.

1538. LICHEN *molybdinus:* crusta glebulosa umbrino-fusca extrorsum radiis carinatis, scutellis nigro-fuscis urceolatis margine tumido. *Wahlenb. lapp. n.* 777. *t.* 29. *f.* 1. *Achar. syn. p.* 185.

β crevticus: radiis tantum convexis fusco-brunneis, scutellis minus concavis.

γ. microcyclos: radiis planiusculis, scutellis subimpressis

Hab. in saxis et rupibus prope mare septentrionale Finmarkiæ passim.

Quantum hic crassitudine et omni dimensione variat difficilius concipitur.

1539. LICHEN *hysginus:* crusta subimbricata stellata fusco-castanea: lobis convexiusculis obtusis, scutellis immersis rubris immarginatis urceolatis. *Wahlenb. lapp. n.* 778. *t.* 27. *f.* 1. *Ach. syn. p.* 186.

Hab. in saxis siccis Finmarkiæ rarius.

Forsan tantum status peculiaris praecedentis.

1540. LICHEN *circinatus:* crusta rimoso-areolata cinerascente ambitu plicata lineari-laciniata, scutellis confertis demum angulosis planis fusco-nigris submarginatis. *Pers. in Ust. ann.* 7. *p.* 25. *Achar. prodr. p.* 100. *Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 189. *t.* 6. *f.* 5. *synops. p.* 184. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 143. *ups. n.* 848.

Hab. in petris calcareis transitionis Gotlandiæ, Oelandiæ, Ostrogothiæ, Vestrogothiæ frequenter; ceterum ad muros antiquos Upsaliæ etc. rarius.

Circulos eximie continuos et regulares demum fuscescentes efficit in lapidibus calcareis inprimis caesis (sepulcralibus).

c) Squamacei: *crusta squamulis plus minus incisis constituta* (Psoroma Ach. prodr. — Vet. Ac. Handl. 1810. p. 150.); *scutella a pallidis ad nigrescentia.*

1541. LICHEN *cartilagineus:* crusta squamacea cartilaginea pallida; lobis adscendentibus, scutellis murinis planiusculis margine elevato demum crenulato. *Vestring Vet. Ac. Handl.* 1791. *p.* 307. *Achar. ib.* 1795. *p.* 133. *t.* 5. *f.* 4. *ib.* 1810. *p.* 152. *syn. p.* 191. *Web. et Mohr schwed. reis p.* 129. *Aspegr. blek. p.* 85.

Hab. in scopulis granitoideis maris orientalis Roslagiæ rarius, Sudermanniæ et Ostrogothiæ frequenter, Blekingiæ passim

Squamis creberrimis durioribus fere totus constat, L. saxicolae ut videtur proxime affinis.

1542. LICHEN *crassus:* crusta squamaceo-imbricata subcoriacea virente alba; lobis incisis subtus nigricantibus, scutellis fuscescentibus planiusculis demum immarginatis. *Huds. angl.* p. 530. *Dillen. musc.* p. 179 *t.* 24. *f.* 74. *Swartz Nov. Act. Ups.* 5. *p.* 257. *Achar. syn. p.* 190 *Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 151. *Wahlenb. ib.* 1806. *p.* 143. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 110.

Hab. in muscis emortuis terraque supra petram calcaream transitionis Gotlandiæ, Oelandiæ et montis Kinnekulle Vestrogothiæ copiose, in Kolmorden alibique Ostrogothiæ rarius.

Substantia L. lentigero proximus, sed major, coloratior, subtus nigricans.

1543. LICHEN *candelarius:* crusta squamaceo-lacinulata ramulosaque flava superne granulata, scutellis planiusculis concoloribus integerrimis. *Linn. svec. n.* 1069. *Vestring fårgl. t.* 5. *Ach. syn. p.* 192.

Hab. in lignis, muris, lapidibus ruderalibus campestribusve totius Sveciæ ubique.

Omnium forsan maxime varians, incipiendo crusta omnino pulverulenta, excrescendo demum foliolis linearum nonnullarum longitudinis. Itaque continua serie Lichenes crustaceos et foliaceos conjungit, quare heic in medio positus. Color candelarius (s. candelarum i. e. cerae flavissimae) satis contans.

1544. LICHEN *muscigenus:* crusta squamacea lobataque demum crenulata hepatico-fuscescente, scutellis lateralibus fuscis concavis margine integerrimo nudo. *Wahlenb. lapp. n.* 787. — L. hypnorum *Liljebl.* — *Achar. prodr. p.* 93. — L. muscorum *Achar. syn. p.* 193. Biatora *Fries Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 276. *exs. n.* 44. — L. carnosus *Dicks.* — *Hook. scot. p.* 51.

β. glaucescens: explicatior, scutellis demum nigrofuscis crenatis.

Hab. ad latera saxorum rarius irrigatorum inter muscos pulvinatos (Campylopos), quos saepe incrustat. per Sveciam septentrionalem magis campestrem vel elatam ab Upsalia usque ad mare septentrionale passim.

Apud nos Upsaliae omnino hujus subdivisionis scutellis parvis ad latera loborum latiorum, sed ad mare glaciale luxuriat foliis latis sequentis subdivisionis totis glaucis, scutellis magnis crenatis.

1545. LICHEN *brunneus*: crusta squamuloso-granulata cinereo-hepatica, scutellis granula intermixtis planis rufo-fuscis: marginibus granulatis crustæ similibus. *Swartz Nov. Act. Ups.* 5. *p.* 247. *Engl. Bot.* 18. *t.* 1246. *Achar. syn. p.* 193.

β. lepidorus: major, marginibus scutellorum et crustæ evidentius squamulosis.
Parm. Lepidora *Achar. meth. p.* 185. — L. hypnorum *Fl. Dan. t.* 956. *Hoffm. germ.* 1795. *p.* 166.

Hab. in terra vegetabili ad rupes subhumidas et paludes regionum montosarum a Lapponia ad Vermlandiam passim; etiam Gotlandiæ, Ostrogothiæ in Omberg et Kolmorden; *β* in Hypnis vix extra Lapponiam nisi Ostrogothiæ.

Locis humidioribus omnino crustaceus scutellis magnis inter granula parva; locis vero siccioribus Lapponiae crusta magis dissolvitur in squamulas sparsas circa scutella maxima aggregata. Hoc sese explicandi modo optime differt a praecedente.

1546. LICHEN *glaucocarpus*: squamaceus fusco-virescens: squamis discretis sublobatis crenatis subtus pallidioribus, scutellis cæsiis planis margine elevato duplici flexuoso. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 143. *t.* 4. *f.* 4. *Ach. ib.* 1810. *p.* 151. *syn. p.* 189.

Hab. in lateribus præruptis petræ calcareæ transitionis Gotlandiæ prope Wisby; Oelandiæ, Dalecarliæ prope Silfberget ad Boda Capell.

Crusta fere Lecideae luridae, sed major et scutella praecipue valde insignia, statu humido fere rubra, saepe duas lineas lata.

1547. LICHEN *cervinus*: glebuloso-squamaceus sublobatus castaneo-cervinus, scutellis adpressis fuscescentibus demum marginatis. *Persoon.* — *Wahlenb. lapp. n.* 782. *ups. n.* 851. *Ach. syn. p.* 188. *Aspegren bleking. p.* 85.

β. smaragdulus: virescens, fructibus immersis plus minus Endocarpi. End. smaragdulum *Wahlenb. lapp. n.* 878.

Hab. in lapidibus siccis campestribus a Lapponia saltem ad Upsaliam passim, Blekingiæ; *β* in rimis scopulorum occultioribus ad mare septentrionale passim.

Mirum quantum variat non tantum scutellis in verruculas minutas mutatis, verum etiam ab altera parte tam magnis ut in praecedentem transire videatur, qualis occurrit in calce arenariis granis mixta ad Rättviks kyrka Dalecarliae.

1548. LICHEN *leucolepis:* squamulaceus: squamulis adpressis incisis albo-glaucescentibus subtus nigro-fibrillosis, scutellis planis nigris margine elevato crenato albo. *Wahlenb. lapp. n.* 781. *Ach. syn. p.* 194. L. Hookeri *Engl. Bot. t.* 2283. *Hook. scot.* 2. *p.* 51.

Hab. in muscis putrefactis ad montes inferalpinos Nordlandiæ rarius.

Minutus fere ut Lecidea muscorum.

2. *Imbricati: foliis plus minus imbricatim adfixis radiculis in latere inferiore, scutellis modice elevatis* (Parmeliæ Achar. syn. p. 195-220. — Vet. Ac. Handl. 1810. p. 215-224). *Species pallidiores n.* 1549-1557., *definitius coloratæ n.* 1558-1571.

1549. LICHEN *melanaspis:* subimbricatus adnatus cinereo-glaucescens: laciniis linearibus convexis contiguis subtus læviuscu is dilutioribus, scutellis convexis nigris subimmarginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 783. *Achar. synops. p.* 185.

Hab. in lapidibus saxisque humectatis ad radices montium inferalpinorum et sylvaticorum Lapponiæ nec non ad fluvios inde delabentes rarius.

1550. LICHEN *alphoplacus:* subimbricatus incrassatus cinereo-albidus: laciniis teretiusculis rugosis subtus læviusculis pallidis, scutellis planis rufo-cæsiis marginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 784. *Achar. syn. p.* 187.

Hab. in rupibus subalpinis irrigatis Finmarkiæ ex. gr. ad Altenfjord copiose.

Magnitudine insignis placentas spithamam latas et digitum crassas saepe constituens.

1551. LICHEN *cæsius:* imbricatus albo-cinerascens; laciniis sublinearibus planiusculis subtus nigro-fibrillosis; pulvinulis cæsiis, scutellis concavis nigris margine tenui subinflexo. — *Achar. syn. p.* 216.

β. dubius: laciniis subfiliformibus. *Fl. Dan. t.* 957. *Dillen. musc. p.* 176. *t.* 24. *f.* 70.

Hab. in lapidibus petrisque vento expositis ubique; *β* etiam in cortice arborum.

Exemplaria pulvinulifera habent scutella omnino nigra, sed in *β* pulvinuli plerumque desiderantur et scutella interdum rore glaucescente quamvis tenuissimo insperguntur.

1552. LICHEN *stellaris:* imbricatus virenti-cinereus albo-pruinosus planiusculus radiatus; laciniis linearibus subtus albo-fibrillosis, scutellis nigro-glaucescentibus margine tumido. *Linn. svec. n.* 1082. *Dillen. musc. p.* 177. *t.* 24. *f.* 71.

β. pulverulentus. *Achar. prodr. p.* 112. *synops. p.* 114. *Fries exs. n.* 76.

γ. aipolius: laciniis denudatis.

Hab. in cortice arborum frondosarum ubique; *γ* præsertim in sepimentis ligneis.

Crassior sed substantiae mollioris, itaque pulverulentus aquam cito imbibens et loco succosiori gaudens in truncis majoribus, unde Svecis *Bolmossa.*

1553. LICHEN *alevrites:* imbricatus corrugatus dilute cinerascens lobatus; lobis undulatis crenatis demum medio albo-pulverulentis, scutellis planis nigro-fuscis margine crenulato. *Achar. prodr. p.* 117. *syn. p.* 208.

Hab. in parietibus tectisque ligneis passim.

Uti L. caesius vix nisi defectu scutellarum efflorescit pulvere s. d. masculino, qui vero in hoc magis per totam superficiem dispergitur. Foliola quoque pluries latiora.

1554. LICHEN *cycloselis:* imbricatus cinereo-lividus; laciniis subdigitatis nigricanter dentatis, scutellis fuscis concavis tenuiter marginatis. *Achar. prodr. p.* 113. *synops. p.* 216.

Hab in lapidibus corticibusque magis humidis occultis passim.

Ex minoribus ut proxime insequens, sed laciniis convexis.

1555. LICHEN *ulothrix:* imbricatus explanatus sublividus; laciniis dichotomis linearibus nigro-ciliatis, scutellis nigro-fuscis subtus nigro-fibrillosis. *Ach. prodr. p* 113. *syn. p.* 217. *Dillen. musc. p.* 178. *t.* 24. *f.* 72.

Hab in cortice rimoso populorum fere ubique.

Laciniae semilineam tantum latae quasi supra villum nigrum explanatae. Scutella quoque in laciniis angustis ita posita ut villus radiculosus ad eadem adscendat, quod vix in ullo alio Lichene patriae.

1556. LICHEN *scorteus:* imbricatus lævis albescens demum cinereo-granulosus; lobis sinuatis crenatisque subtus fuscis nigro-radiculosis, scutellis badiis planiusculis margine tumidulo glabro. *Achar. prodr. p.* 119. *syn. p.* 197. *Wahlenb. ups. n.* 865. L. tiliaceus *Rutström dissert. p.* 11.

Hab. in tectis ligneis ad lacus majores Sveciæ temperatioris rarius.

Ceteris hujus subdivisionis latior et magis latilobus simulque paullo crassior vel magis alutaceus (subcoriaceus, unde nomen). Etiam albidior pallidiorque quam insequens species, cujus quasi status maxime explanatus et laevigatus esse videtur.

1557. LICHEN *saxatilis:* imbricatus lacunoso-reticulatus subglaucescens demum cinereo-granulosus: laciniis oblongis truncatis dilatatisque subtus fuscis nigro-radiculosis, scutellis saturate badiis concavis margine granulosis. *Linn. svec. n.* 1075. *Westring fårgl. t.* 2. *Dill. musc. p.* 188. *t.* 24. *f.* 85. *Ach. prodr. p.* 115. *syn. p.* 203.

Hab. in saxis lapidibusque granitoideis ubique omnium frequentissime, in cortice arborum passim.

Lacunis suis angulosis saxi compositionem crystallinam quasi imitat hic Lichen Svecis praesertim *Bergmossa* vel *Stenmossa,* sive ob usum *Fårgmossa, Letmossa.* In cortice arborum quoque magis magisque saxatilem faciem amittit et laevigatur, ut denique versus praecedentem regredi videatur.

1558. LICHEN *omphalodes*: imbricatus æneo-fuscus lævissimus punctatus; laciniis subtruncatis crenatisque subtus nigris, scutellis saturate badiis urceolatis margine extenuato corrugato glabro. *Linn. svec. n.* 1076. *Westring fårgl. t.* 7. *Dill. musc. p.* 185. *t.* 24. *f.* 80. *Achar. prodr. p.* 114. *synops. p.* 203. *Fries exs. n.* 108.

Hab. in saxis apricis ventosis præcipue ad lacus majores paludesque passim.

Superficies densior, itaque loco granulorum puncta impressa et crassities folii minor. Laciniae quoque magis adscendunt et cingunt scutella primum ampullacea, dein marginibus sphinctere quasi constrictis, demum laceratis, adeoque in omni statu umbilicum quodammodo referentia, unde nomen speciei (Svecis *Nafvel-laf*).

1559. LICHEN *ambiguus*: imbricatus sulphureus dichotomus; laciniis sublinearibus planis truncatis subtus fuscis, scutellis planis dilute fuscis. *Wulf. in Jacqu. coll.* 4. *p.* 239. *t.* 4. *f.* 2. *Ach. syn. p.* 208.

β. albescens: scutellis saturatius fuscis.

Hab. in cortice frustuloso pini sylv. ubique frequenter, *β* in lignis rarius.

Ex angustioribus speciebus laciniis vix semilinea et scutellis linea latioribus, utrisque ceterum tenuibus et explanatis, quibus a sequentibus distingvitur. Pulvinuli elevati et satis discreti in utraque varietate.

1560. LICHEN *centrifugus*: imbricatus albo-virescens dichotome radianterque partitus; laciniis sublinearibus convexiusculis obtusis subtus albis, scutellis rufo-fuscis. *Linn. svec. n.* 1074. *Achar. prodr. p.* 118. *syn. p.* 209. *Fries exs. n.* 48.

Hab. in saxis siccioribus ab alpibus lapponicis per regiones sylvaticas frigidiores Sveciæ frequenter; rarissime in lignis regionum frigidiorum ut Dalecarliæ.

"Progrediendo a centro ad peripheriam, sensim in medio deliquescendo, primo intuitu dignoscitur" Linn. Qui modus crescendi hyeme perfici videtur magis quam in ceteris (unde Svecis *Vintermossa*), parte interiore dein citius delabente.

1561. LICHEN *conspersus:* imbricatus sulphureo-lividus lævigatus demum nigro-punctatus sinuato-laciniatus; laciniis explanatis divergentibus subtus fuscis, scutellis spadiceis. *Ehrh. cr. n.* — *Westring fårgl. t.* 24. *Achar. prodr. p.* 118. *synops. p.* 209. *Dillen. musc. p.* 180. *t.* 24. *f.* 75.

Hab. in lapidibus saxisque campestribus Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam frequenter; dein ad littora maris parcius.

Praecedentibus duobus longe latior, praecipue scutellis explanatis saepe tres quatuorve lineas latis placentulas referentibus, Svecis *Kak-laf.*

1562. LICHEN *rubiginosus:* imbricatus membranaceus adpressus livido-plumbeus incisus crenatusque subtus nigrescenter ciliatus, scutellis rufofuscis planis elevato-marginatis. *Achar. prodr. p.* 99. *synops. p.* 202. *Wahlenb. lapp. n.* 791. *Fries exs. p.* 107.

Hab. in saxis sylvaticis irrigatis et cortice Betulæ Salicisque ad mare occidentale Nordlandiæ norvegicæ meridionalis copiose; etiam Smolandiæ prope Hallandiam.

Sequenti similis, sed scutella multo magis efformata saepe sesquilineam lata, disco e rufo fuscoque vario.

1563. LICHEN *plumbeus:* imbricatus submembranaceus radiosus livido-plumbeus: ambitu lobato crenatoque extra marginem nigro-bombycino, scutellis convexiusculis subimmarginatis fuscis. *Lightf. scot. p.* 826. *t.* 26. *Dill. musc. p.* 179. *t.* 24. *f.* 73. *Wahlenb. lapp. n.* 792. *Achar. prodr. p.* 120. *Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 215. *syn. p.* 202. *Fries exs. n.* 68.

Hab. in truncis arborum frondosarum rupibusque proximis ad mare occidentale Nordlandiæ norvegicæ meridionalis frequenter, Hallandiæ rarius.

Singularis margine ob telam bombycinam saepe duas lineas latam elevato et scutellis minutis numquam ultra dimidiam lineam latis semper totis saturate fuscis fere tubercularum instar, qualia non in proximis.

1564. LICHEN *elæinus:* imbricatus membranaceus radioso-plicatus umbrino-olivaceus ambitu lobulis ex-

planatis subtruncatis subtus nudiusculis, scutellis umbrino-nigris elevato-marginatis. *Wahlenb. lapp. n.* 793. *t.* 28. *f.* 3. *Achar. synops. p.* 200.

Hab. in lapidum lateribus occultis ad alpem Rossmollen maritimam Qvalöæ Finmarkiæ occidentalis copiose.

Affinis praecedentibus, sed totus tenuissimus glaberrimus.

1565. LICHEN *balaninus:* imbricato-adnatus torulosus brunneo-castaneus; lacinulis teretiusculis fastigiatis contiguis, scutellis subimmersis fuscis. *Wahlenb. lapp. n.* 794. *Achar. synops. p.* 185.

Hab. in petris ad litora maris Finmarkiæ rarius.

Vix major Lichene murorum, sed colore et substantia sequenti speciei proximus, ut forsan ejus tantum varietas minuta corrugata.

1566. LICHEN *aquilus:* imbricatus multipartitus fusco-castaneus: laciniis subpinnatifidis fimbriatisque planiusculis, scutellis fusco-nigris margine elevato crenulato. *Achar. prodr. p.* 109. *syn. p.* 205. *Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 223. *Wahlenb. lapp. n.* 795. *Engl. Bot.* 14. *t.* 982. *Dillen. musc. p.* 175. *t.* 24. *f.* 69. L. fuscus *Rutström diss. p.* 10.

Hab. in saxis rupibusque siccis ad littora maris occidentalis a Finmarkia summa usque ad Hallandiam borealem frequenter, etiam orientalis ad Ostrogothiam et Sudermanniam passim.

Non tantum color verum etiam laciniae pennaeformes quodammodo aquilae. Ceterum L. ciliari proximus videtur.

1567. LICHEN *encaustus:* imbricato-adnatus corrugatus pallido-griseus: lacinulis compaginatis gibbulis demum nigro-verrucosis, scutellis griseo-nigris demum planiusculis submarginatis. *Smith act. linn.* 1. *p.* 83. *Westring färglaf. t.* 19. *Achar. synops. p.* 206. *Vet. Ac. Handl* 1810. *p.* 223. *Wahlenb. lapp. n.* 796.

Hab. in saxis siccis ventosis omnium alpium et montium subalpinorum frequenter.

Versicolor: primum griseo-murinus in album tabe vergens, demum praecipue verrucis suis nigrescens, semper vero sine nitore, quo a sequentibus distingvitur.

1568. LICHEN *stygius:* imbricatus subcartilagineus utrinque piceo-ater palmato-laciniatus; laciniis distantibus convexiusculis incurvis, scutellis concoloribus margine crenulatis. *Linn. svec. n.* 1079. *herbat. ups. in amoen. ac.* 5. *p.* 439.

Hab. in saxis apricis præsertim ad oras maris orientalis et in alpinis.

Color hujus constantior quam similium.

1569. LICHEN *fahlunensis:* imbricatus subcartilagineus æneo-piceus digitatus; laciniis divergentibus planis, scutellis explanatis æneo-fuscis crenulatis. *Linn. svec. n.* 1078. *Jacqu. misc.* 2. *p.* 90. *t.* 10. *fig.* 2. *Achar. syn. p.* 204. *Westring Vet. Ac. H.* 1791. *p.* 304. *Wahlenb. lapp. n.* 798.

Hab. in lapidibus saxisque siccis apricis præsertim regionum septentrionalium ubique; copiosissime Fahlunæ; rarius ad Norrköping.

Interdum angustus et crassus fere ut praecedens; aliis locis tam explanatus, membranaceus et dilutus ut aegre a sequente distingvatur.

1570. LICHEN *olivaceus:* imbricatus utrinque olivaceo-umbrinus rotundato-lobatus crenatusque adpressus, scutellis concoloribus. *Linn. svec. n.* 1077. *Dill. musc. p.* 184. *t.* 24. *f.* 78. *Wahlenb. lapp. n.* 805.

Hab. in cortice læviori arborum et fruticum frondosarum ubique frequenter.

Totus tenuiori membrana constat.

1571. LICHEN *parietinus:* imbricatus flavissimus crispus; lobis dilatatis adpressis subtus pallidioribus læviusculis, scutellis concoloribus margine lævi. *Linn. svec. n.* 1080. *Sv. Bot. t.* 648. *Fl. Dan. t.* 1005.

Hab. in parietibus ligneis, cortice arborum et lapidibus locorum ruderalium ubique, excepta Lapponia altiore.

3. *Latifolii: foliis planis decumbentibus liberis subtus villo non radicante obsitis; scutellis* a) *tenuioribus n.* 1572-1574. b) *crassioribus a folio parum elevatis* (Sticta Ach. syn. p. 250. Vet. Ac. Handl. 1810. p. 212) *n.* 1575-1577.

thiæ raro, ut Ostrogothiæ in Kolmorden supra Rödmosse (*Westring*), in districtu Kinda (*Christ. Stenhammar*); Smolandiæ occidentalis (*Fries*).

Ad Lichenes exoticos discedit bursulis inter villum interdum citrinum, odore foetido fere marino (v. forsan urinoso).

4. *Convexifolii: foliis angustis supra convexis infra plerumque concavis* (exc. n. 1582-5) *glaberrimisque; scutellis eximie elevatis discoloribus* (Borrera et Evernia Achar. syn. p. 220 et 244. Vet. Ac. Handl. 1810. p. 209-225.).

1578. LICHEN *ciliaris:* convexifolius dichotomus subdecumbens virescenti-cinereus subtus albicans marginibus nigrescenter fimbriatis, scutellis nigro-fuscis. *Linn. svec. n.* 1083. *Dillen. musc. p.* 150. *t.* 20. *fig.* 45. *Flor. Dan. t.* 711. *Hedwig theor. t.* 32. *Wahlenb. lapp. n.* 817.

Hab. in truncis arborum frondosarum præcipue ad urbes et pagos Sveciæ cultioris frequentissime; denique non nisi ad petras littorales versus Nordcap rarius.

Stratum ejus interius viride in truncis arborum humiditate bene transparet, sed in saxis alpium maritimarum epidermis cinerascens induratur et denique nigrescit ita ut in L. intestiniformem forsan abeat.

1579. LICHEN *tenellus:* convexifolius digitatim partitus utrinque albescens marginibus nigro-fimbriatis, scutellis atris. *Scop. carn. p.* 1406. *Achar. prodr. p.* 172. *syn. p.* 221. *Flor. Dan. t.* 1186. *f.* 1. (L. hispidus). *Dill. musc. p.* 152. *t.* 20. *f.* 46.

Hab. in cortice præcipue fruticum Sveciæ temperatioris ubique, dein in parietibus ligneis et petris prope littora maris septentrionalis passim.

Praecedente semper multiplo minor et tenerior, totus epidermide (sine strato subjacente viridi) constitutus, quare etiam laciniae adscendentes facile inflatae evadunt (Svecice *Snutlaf*). Denique ad mare septentrionale versus L. dactyliferum abire videtur.

1580. LICHEN *furfuraceus:* convexifolius cinereo-pa-

pillulosus subtus violaceo-nigricans dichotomus; laciniis linearibus demum angustatis, scutellis hepaticis. *Linn. svec. n.* 1088. *Engl. Bot.* 9. *t.* 984. *Dillen. musc. p.* 157. *t.* 21. *f.* 52.

Hab. in arboribus acifoliis sylvarum majorum saltem Sveciæ minus frigidæ frequenter.

Interdum laciniae digitum latae, sed magnitudine valde variat. Quo antiquior eo magis papillulis cinerascens Svecis *Kli-laf.* Papillulae marginales aliquando fere in formam ciliorum praecedentium elongantur; ceterum substantia fere sequentis et color paginae inferioris propemodum L. physodis; itaque omnes hos quasi in fasciculum connectere videtur.

1581. LICHEN *prunastri:* subconvexus pallidus subtus albissimus rugoso-lacunosus dichotomus adscendens: laciniis lineari-attenuatis, scutellis rufescentibus. *Linn. svec. n.* 1092. *Westring fårgl. t.* 11. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1797. *p.* 196. *synops. p.* 245.

β. utrinque concolor elongatus. — L. arenarius *Retz. scand.* 2. *p.* 292.

Hab. in truncis præcipue betulinis Sveciæ meridionalioris elevatioris ex. gr. in Kinda härad Ostrogothiæ et adjacentis Smolandiæ optime fructificans, dein præprimis in prunastro Sveciæ mediæ copiose; *β* ad terram in arena violatili littorali Scaniæ passim.

Substantiae mollioris quam praecedentes. Fructificans circiter palmam longus; laciniis saepius tres lineas latis; sed sub prunastris ad terram arenosam maritimam semper humidam valde elongatur et formam fere L. vulpini praecipue quod ad apices exteriores induit.

1582. LICHEN *physodes*: subimbricatus convexiusculus lævigatus albescens subtus ater nitidusque multipartitus; laciniis obtusis apice subtus inflatis margineque fuscis, scutellis hepaticis. *Linn. svec. n.* 1081. *Flor. Dan. t.* 1186. *f.* 2. *Dillen. musc. p.* 154. *t.* 20. *f.* 49. *Achar. syn. p.* 218.

Hab. in cortice arborum et lignis frequenter, in saxis parcius.

Superficies utriusque lateris magis discolor quam in ullo

thiæ raro, ut Ostrogothiæ in Kolmorden supra Rödmosse (*Westring*), in districtu Kinda (*Christ. Stenhammar*); Smolandiæ occidentalis (*Fries*).

Ad Lichenes exoticos discedit bursulis inter villum interdum citrinum, odore foetido fere marino (v. forsan urinoso).

4. *Convexifolii: foliis angustis supra convexis infra plerumque concavis* (exc. n. 1582-5) *glaberrimisque; scutellis eximie elevatis discoloribus* (Borrera et Evernia Achar. syn. p. 220 et 244. Vet. Ac. Handl. 1810. p. 209-225.).

1578. LICHEN *ciliaris:* convexifolius dichotomus subdecumbens virescenti-cinereus subtus albicans marginibus nigrescenter fimbriatis, scutellis nigro-fuscis. *Linn. svec. n.* 1083. *Dillen. musc. p.* 150. *t.* 20. *fig.* 45. *Flor. Dan. t.* 711. *Hedwig theor. t.* 32. *Wahlenb. lapp. n.* 817.

Hab. in truncis arborum frondosarum præcipue ad urbes et pagos Sveciæ cultioris frequentissime; denique non nisi ad petras littorales versus Nordcap rarius.

Stratum ejus interius viride in truncis arborum humiditate bene transparet, sed in saxis alpium maritimarum epidermis cinerascens induratur et denique nigrescit ita ut in L. intestiniformem forsan abeat.

1579. LICHEN *tenellus:* convexifolius digitatim partitus utrinque albescens marginibus nigro-fimbriatis, scutellis atris. *Scop. carn. p.* 1406. *Achar. prodr. p.* 172. *syn. p.* 221. *Flor. Dan. t.* 1186. *f.* 1. (L. hispidus). *Dill. musc. p.* 152. *t.* 20. *f.* 46.

Hab. in cortice præcipue fruticum Sveciæ temperatioris ubique, dein in parietibus ligneis et petris prope littora maris septentrionalis passim.

Praecedente semper multiplo minor et tenerior, totus epidermide (sine strato subjacente viridi) constitutus, quare etiam laciniae adscendentes facile inflatae evadunt (Svecice *Snutlaf*). Denique ad mare septentrionale versus L. dactyliferum abire videtur.

1580. LICHEN *furfuraceus:* convexifolius cinereo-pa-

pillulosus subtus violaceo-nigricans dichotomus; laciniis linearibus demum angustatis, scutellis hepaticis. *Linn. svec. n.* 1088. *Engl. Bot.* 9. *t.* 984. *Dillen. musc. p.* 157. *t.* 21. *f.* 52.

Hab. in arboribus acifoliis sylvarum majorum saltem Sveciæ minus frigidæ frequenter.

Interdum laciniae digitum latae, sed magnitudine valde variat. Quo antiquior eo magis papillulis cinerascens Svecis *Kli-laf.* Papillulae marginales aliquando fere in formam ciliorum praecedentium elongantur; ceterum substantia fere sequentis et color paginae inferioris propemodum L. physodis; itaque omnes hos quasi in fasciculum connectere videtur.

1581. LICHEN *prunastri:* subconvexus pallidus subtus albissimus rugoso-lacunosus dichotomus adscendens: laciniis lineari-attenuatis, scutellis rufescentibus. *Linn. svec. n.* 1092. *Westring fårgl. t.* 11. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1797. *p.* 196. *synops. p.* 245.

β. utrinque concolor elongatus. — L. arenarius *Retz. scand.* 2. *p.* 292.

Hab. in truncis præcipue betulinis Sveciæ meridionalioris elevatioris ex. gr. in Kinda härad Ostrogothiæ et adjacentis Smolandiæ optime fructificans, dein præprimis in prunastro Sveciæ mediæ copiose; *β* ad terram in arena violatili littorali Scaniæ passim.

Substantiae mollioris quam praecedentes. Fructificans circiter palmam longus; laciniis saepius tres lineas latis; sed sub prunastris ad terram arenosam maritimam semper humidam valde elongatur et formam fere L. vulpini praecipue quod ad apices exteriores induit.

1582. LICHEN *physodes*: subimbricatus convexiusculus lævigatus albescens subtus ater nitidusque multipartitus; laciniis obtusis apice subtus inflatis margineque fuscis, scutellis hepaticis. *Linn. svec. n.* 1081. *Flor. Dan. t.* 1186. *f.* 2. *Dillen. musc. p.* 154. *t.* 20. *f.* 49. *Achar. syn. p.* 218.

Hab. in cortice arborum et lignis frequenter, in saxis parcius.

Superficies utriusque lateris magis discolor quam in ullo

alio simulque magis chartacea vel impenetrabilis, ex qua forsan vesiculosa dilatatio apicum extremorum, unde nomen, quod Svecice *Qveslaf*. Color aterrimus lateris inferioris demum etiam in paginam superiorem hinc inde transit.

1583. LICHEN *intestiniformis:* stellatim decumbens depressusque utrinque convexus niger vesiculoso-articulatus torulosusque; apicibus bifidis subtus pallidioribus, scutellis sessilibus tumidulis atris margine albescente. *Bellardi append. fl. ped in Act. Taur.* — *Achar. synops. p.* 220.

Hab. in saxis elatis inter L. lanatum fructificantem summarum alpium Bradfjeldet et Botuvandfjeld regionis Saltensis Nordlandiæ Norvegicæ: *Sommerfelt.*

Quantum ex specimine unico dijudicare licet praecedenti utique proximus, sed neque a degeneratione atra alpina L. ciliaris longe distare videtur, unde nexus omnium horum Lichenum forsan evidentior.

1584. LICHEN *divaricatus:* convexo-angulosus lacunosusque subfiliformis pallidus demum articulatus pendulus: ramis divaricatis compressis, (scutellis rubris). *Linn. syst. nat.* 12. 2. *p.* 713. *Retz. prod. scand.* 2. *p.* 293. *Achar. prodr. p.* 226. *Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 209. *synops. p.* 244. *Dillen. musc. p.* 62. *t.* 12. *f.* 5.

Hab. in arboribus acerosis Norrlandiæ maritimæ ex. gr. ad Stigslund prope Gefle: *Östling.*

Mollissimus omnium et maxime flaccidus, filo vix crassior; epidermide demum rupto ut sola substantia interiore stuppea cohaereat et articulatus fiat. Rami quoque molles adeo ut nomen Linnaeanum non convenientissimum sit. Diu conservatus ochrolevcus, sed recens potius albescens.

1585. LICHEN *vulpinus:* convexo-angulosus lacunosusque flavo-virescens ramosissimus attenuatus: ramis compressiusculis flexuosis, (scutellis fuscis). *Linn. svec. n.* 1129. (*it. oel. p.* 29). *Dillen. musc. p.* 73. *t.* 13. *f.* 16. *Flor. Dan. t.* 226. *Ach. syn. p.* 245. *Wahlenb. ups. p.* 413. *Hagström jemtl. p* 796.

Hab. in tectis ligneis campanisteriorum vel templorum

rusticorum Smolandiæ, Vestrogothiæ, Uplandiæ, Dalecarliæ ad Boda Capell etc. Jemtlandiæ aliarumque regionum elevatiorum vel campestrium passim.

Ejusdem substantiae ac praecedentis, sed solidior nunquam ruptus potius transversim corrugatus, per se stans nisi nive humida deflexus. Color superficiei ejus citrino-virescens forsan partim ab aerugine campanarum pulsarum, unde forsan etiam venenosus quare Svecis *Ulfmossa* utpote lupibus necandis idoneus. Neque apud nos in lignis aliis, multo minus arboribus lectus.

5. *Concavifolii: foliis supra concavis, infra convexis glaberrimis; scutellis itaque plus minus adnatis folioque magis concoloribus* (Cetraria Achar. syn. p. 226. Vet. Ac. Handl. 1810. p. 227).

1586. LICHEN *glaucus:* concavifolius scarioso-membranaceus glauco-albescens glaberrimus subtus fusco-niger sinuato-lobatus undulatus crispusque, (scutellis spadiceis). *Linn. svec. n.* 1094. *Flor. Dan. t.* 598. *Fries exs. n.* 112.

Hab. in lapidibus saxisque siccis sylvarum majorum passim, in arboribus rarius.

Frons quasi sola epidermide scariosa constituta (Svecis *Nåfvermossa*).

1587. LICHEN *juniperinus:* concavifolius canaliculatusque undique flavus laciniatus erosus crispus, scutellis badiis crenulatis. *Linn. svec. n.* 1095. *Flor. Dan. t.* 1004. — *Ach. syn. p.* 226.

β. pinastri: marginibus pulverulentis, scutellis rarissimis minoribus tumidioribus. — Cet. pinastri *Sommerfelt Vet. Ac. Handl.* 1823. *p.* 116.

γ. alvarensis: incrassatus angulosus scrobiculatusque sterilis maxime pulverulentus.

Hab. in junipero ubique, in maxime meridionalibus regionibus tamen parcius; β in pinis, betulis, ubi rarissime fructificat in Saltdalen Nordlandiæ; γ in terra sterilissima alfvaren dicta Oelandiæ meridionalis copiose.

Etiam intus flavet, quâ notâ γ specie sua jungitur, quamquam crassitie folii potius similis L. vulpino, cui vero semper substantia interior albissima. Nec mihi mirum esset, si in hac fructificatio sic dicta Dufoureae reperiretur.

1588. LICHEN *sepincola:* concavifolius castaneus subtus dilutior lobatus undulatus crenatusque, scutellis concoloribus. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 95. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 8. *t.* 2. *f.* 1-10.

β. ulophylla: marginibus farinosis.

Hab. in sepimentis ligneis et junipero ubique.

Praecedenti speciei maxime analoga etiam modo variandi.

1589. LICHEN *nivalis:* folio subcanaliculato lacero-laciniato lacunoso dentato albo, scutellis pallescentibus. *Linn. svec. n.* 1086. *lapp. n.* 446. *t.* 11. *f.* 1. *Sv. Bot. t.* 384. *Flor. Dan. t.* 227. *Retz. oec. p.* 384. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 146.

Hab. optime fructificans in subalpinis a Dalecarlia usque ad regionem Fælles dictam copiosissime; ceterum in omnibus alpibus et regionibus magis elatis ventosis saltem ad Upsaliam usque, nec non in arena volatili Gotlandiæ septentrionalis Scaniæque passim.

Latior est ceteris Lichenibus niveis (Svecis *Snômossa*).

1590. LICHEN *cucullatus:* folio canaliculato dichotomo pallescente basi purpurascente; marginibus undulatis, scutellis pallescentibus. *Bellard.* — *Ach. prodr. p.* 171. *synops. p.* 228. *Dillen. musc. p.* 162. *t.* 21. *f.* 56. B. *Westring Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 20.

Hab. cum præcedente, sed magis viget inter muscos sylvarum.

Praecedente saltem duplo angustior; nec fructificantem vidimus nisi in alpibus Europae australioris.

1591. LICHEN *islandicus:* folio canaliculato dichotomo olivaceo-castaneo; marginibus nigro-spinulosis, scutellis folio concoloribus. *Linn. svec. n.* 1085. *Sv. Bot. t.* 34. *Westring fårgl. t.* 16.

Hab. in terra arenosa et glareosa ubique, sed parcius meridionales provincias versus.

Utilissimus nostrorum Lichenum (Svecis *Hedemossa* Vet. Ac. Handl. 1743. p. 308. — 1744. p. 79.) benignissime va-

riis locis applicatus et inde maxime varians a latitudine digiti ad fili angustiem. Semper tamen membranaceus supra canaliculatus et ad axillas lacunosus.

1592. LICHEN *odontellus:* folio depresso pulvinato palmatim ramoso fusco-castaneo; marginibus denticulatis. *Achar. prodr. p.* 215. *Wahlenb. lapp. n.* 815. *ups. n.* 882. *Fries exs. n.* 115.

Hab. ad saxa sylvatica aprica ab Upsalia ad Lapponiam passim.

Quamvis planiusculus praecedenti minus affinis videtur quam L. aculeato. Nec unquam filo latior, ubique convexiusculus.

6. *Loriformes: foliis linearibus utrinque planiusculis æqualibusque induratis; scutellis ejusdem substantiæ (subcorneæ) et coloris* (Ramalina Achar. syn. p. 293. Vet. Ac. Handl. 1811. p. 107).

1593. LICHEN *fraxineus:* loriformis lineari-attenuatus deflexusque cinerascens rugoso-lacunosus, scutellis marginalibus planis. *Linn. svec. n.* 1091. *Sv. Bot. t.* 485. A. *Vestring fårgl. t.* 12. *Fries exs. n.* 71.

β. abbreviatus undique farinosus. L. pollinarius. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1797. *p.* 263. *t.* 11. *f.* 2.

Hab. in ramis vetustioribus fraxini aliisque arboribus durioribus Sveciæ temperatioris copiose, ultra Upsaliam parum procedens.

Maximus hujus subdivisionis, saepe ultra spithamam longus, ramis digitum latis.

1594. LICHEN *calicaris:* subloriformis utrinque convexo-jugatus albo-glaucescens glaber fastigiatus superne tumidus, scutellis immersis cyathiformibus terminalibus subtus appendiculatis. *Linn. svec. n.* 1090. *Sv. Bot. t.* 485. B.

β. tenuior: *Fries. exs. n.* 72.

Hab. in ramis truncisque arborum frondosarum duriorum inprimis regionum maritimarum copiose.

Ceteris tumidior subinflatus et saltem sub scutellis inanis vel cavus, semper nudus vel laevis, superficie minus permeabili (fere ut L. physodis).

1595. LICHEN *polymorphus:* loriformis rigidus pallidus rimoso-lacunosus; lacinulis fariniferis scutellisve planis lateralibus. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1797. *p.* 270. *t.* 11. *f.* 3. *prodr. p.* 292.
L. tinctorius *Ehrh. cr.*
Hab. in petris lapidibusque ventosis regionum campestrium passim; prope mare usque ad Nordcap.
Substantia eximie compacta magis tinctoria quam farinacea.

1596. LICHEN *farinaceus:* loriformis angustato-attenuatus dichotomus albo-pallescens lævigatus, pulvinulis marginalibus fariniferis albissimis. *Linn. svec. n.* 1089. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1797. *p.* 257. *t.* 11. *f.* 1. *syn. p.* 297. *Wahlenb. lapp. n.* 821. *Fries exs. n.* 73.
Hab. in truncis arborum campestrium præcipue quercus frequenter; denique tantum in scopulis maritimis.
Albidior quam praecedentes, plerumque etiam angustior, interdum subfiliformis.

1597. LICHEN *scopulorum:* loriformis turgidus passimque impressus lævigatus subcartilagineus dichotomus pallescenti-lividus: ramis attenuatis, scutellis sparsis pedicellatis pallidioribus. *Retz. scand.* 2. *p.* 282. *obs.* 4. *p.* 30. *Westring Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 25. *fårglaf. t.* 23. *Achar. syn. p.* 297.
L. calicaris *Flor. Dan. t.* 959. *f.* 2. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1797. *p.* 211. *t.* 9. *f.* 2.
Hab. in scopulis m ris occidentalis Bahusiæ, Hallandiæ et copiosissime in Kullaberg Scaniæ; (etiam ad mare orientale Ostrogothiæ non raro, sed ibi ad præcedentem revergens).
Vix nisi varietas praecedentis a loco scopulorum maritimorum, quo majoris maris eo magis distans, sed Ostrogothiae omnino cum praecedente confluens pulvinulis suis farinaceis marginalibus. Pulvinuli hi loco optime maritimo supprimuntur et eo copiosius scutella erumpunt; attamen demum margines dehiscunt et totam substantiam farinosam interiorem explicant.

7. *Corniculati: stirpe tota teretiuscula fruticulosa vel jubata; ramulis corniculatis,*

scutella sæpe fimbriarum instar cingentibus; scutellis plerumque concoloribus (Cornicularia Ach. syn. p. 299.) *rarius magis discoloribus* (Alectoria ibid. p. 291. Vet. Ac. Handl. 1811. p. 112). n. 1604-1606.

1598. LICHEN *aculeatus:* fruticulosus corniculatusque compresso-lacunosus fusco-castaneus; ramulis fasciculatis squarrosis dentato-spinulosis. *Ehrh.* — *Ach. prodr. p.* 213. *meth. p.* 302.

β. minor. L. muricatus. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1801. *p.* 344. *t.* 4. *f.* 5. *meth. p.* 302. *t.* 6. *f.* 2.

Hab. in saxis sylvaticis tenui terra tectis ubique; *β* præcipue in maritimis.

Raro uncia longior quamvis pennam columbinam crassus, intus spongiosus.

1599. LICHEN *divergens:* corniculatus erectiusculus castaneus albo-punctatus angulatus divergenter dichotomus: ramulis furcatis nodulosis elongatis. *Ach. meth. p.* 303. *t.* 6. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 826. L. chalybeiformis *Flor. Dan. t.* 262.

Hab. ad terram in alpibus omnibus frequenter.

Magis unicolor et constantis coloris quam affines. Ceterum fere magnitudine sequentis, saepius palmam longus.

1600. LICHEN *ochroleucus:* corniculatus erectiusculus pallidus rimulosus divergenter dichotomus: ramulis furcatis nigricantibus. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 82. *Ach. prodr. p.* 215. *Wahlenb. lapp. n.* 825.

Hab. ad terram per alpes elatiores a Lapponia usque in Dalecarliam frequenter.

Maxime bicolor omnium simulque versicolor prout plus minusve aëri expositus.

1601. LICHEN *tristis:* corniculatus cæspitosus cartilagineus piceus distiche dichotomus; ramis erectis læviusculis obtusiusculis, scutellis nigro-fuscis. *Web. spicil. p.* 260. *t.* 5. *f.* 1-3. *Engl. Bot.* 10. *t.* 720. *Hoffm. pl. lich.* 2. *p.* 56. *t.* 34. *f.* 1. *Swartz musc. illustr. p.* 120. *Retz. scand.* 2 *p.* 292. *Ach. syn. p.* 299. *lich. un. p.* 610. *Wahlenb. lapp. n.* 828. L. normoericus *Gunner norv.* 2. *p.* 123. *t.* 2. *f.* 9-14.

Hab. in saxis lapidibusque alpium maritimarum Nordlandiæ norvegicæ meridionalis parcius (an Hallandiæ secund. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 33?)

Optime distingvitur substantia fucoidea et habitu subsimili fere Fuci fastigiati. Tum caulis cum rami fere ejusdem crassitiei, fili tenuioris, vix plusquam unciam longi. Scutella quoque magis terminalia quam in ceteris, saepe sesquilineam lata.

1602. LICHEN *lanatus:* corniculato-setaceus decumbens dichotomus elevato-punctulatus flexuosus niger. *Linn. svec. n.* 1125. *Achar. prodr. p.* 216. *syn. p.* 302. *Dillen. musc. p.* 66. *t.* 13. *f.* 8.

β. alpicola: repens nodulosus reticulum quasi constituens, scutellis planis initio marginatis ramulo uno alterove dentatis aterrimis. *Wahlenb. lapp. n.* 829. *Wulf. in Jacqu. coll.* 2. *t.* 9. *f.* 6. 7.

Hab. in rupibus saxisque sylvaticis apricis passim, sed ibi semper sterilis, nec nisi in alpibus ipsis *β* fructificans copiose.

Totus usque e radice vix seta equina ullibi crassior, subtus tantum cinerascens. Uti Lichenes plerique inprimis hujus subdivisionis non fructificat nisi locis maxime apricis (alpinis), idque eo uberius quo magis in minutiem deprimitur. Fructificatio primum fere Endocarpi ut in sequentis *β*, sed demum plana sesquilineam lata ut in praecedente.

1603. LICHEN *pubescens:* corniculato-capillaceus decumbens niger nodulosus ramulosusque; ramulis implexis rigidulis. *Linn. svec. n.* 1126.

β. hispidulus: minor, ramulis subfasciculatis, scutellis subglobosis disco impresso minuto. *Wahlenb. lapp. n.* 830. *Achar. syn. p.* 302.

Hab. in rupibus et saxis occultis aqua interdum perfusis passim; *β* ad fluvios regionum alpinarum præsertim Dalecarliæ.

Tenuissimus omnium capillo nullibi crassior, nec lineis aliquot longior. Scutellis omnino lectus est *β* Dalecarliae, quamvis minimis capillo vix triplo latioribus fere ut fructus Lichiniae Agh. formatis, nec ullo modo Confervoideae plantae. Forsan tamen sterilis noster status in Scytonema abit.

1604. LICHEN *chalybeiformis:* filiformis reptans plumbeus axillis compressiusculis, ramis attenuatis flexuosis, ramulis divergentibus acicularibus nigris. *Linn. svec. n.* 1127. *Dill. musc. p.* 66. *t.* 13. *f.* 10. L. — instar fili chalybei. *Cels. herb. n.* 433.

β. basi albescens. L. bicolor *Ehrh.*

γ. totus albens. Corn. arenaria *Fries exs. n.* 114.

Hab. in saxis siccioribus supra muscos passim (ibique ad penultimum accedens, sed in truncis arborum sequenti propinquior); *β* præcipue in alpinis; *γ* in arena volatili Scaniæ orientalis.

Inter L. lanatum et L. jubatum ita medius ut dubium sit cum quo magis confluat. Ab utroque quodammodo distingvitur modo suo reptanter crescendi, quo caulis valde horsum vorsum flexus fere instar fili chalybei (unde Svec. *Stål-trådslaf*), ramulis fere angulo recto divergentibus. Ceterum quo magis ab infima basi tectus eo albidior, unde varietates.

1605. LICHEN *jubatus:* subsetaceus attenuatus pendulus dichotome ramosissimus pallens lividusve; axillis compressis; apicibus capillaribus rectiusculis. *Linn. svec. n.* 1124. *Westring fårgl. t.* 14. *Dill. musc. p.* 64. *t.* 12. *f.* 7.

Hab. in ramis et truncis arborum sylvaticarum totius Sveciæ frequenter.

Praecedentibus longior saepe pedalis et tamen ab insitione vix fili crassitie.

1606. LICHEN *sarmentosus:* filiformis compressiusculus pendulus dichotome ramosissimus pallido-lutescens; axillis lacunosis; apicibus flexuosis, scutellis concavis lividis; marginibus acutis inflexis. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 212. *t.* 8. *f.* 2. *syn. p.* 295. *Wahlenb. lapp. n.* 822. *Schrad. diar.* 1799. 1. *p.* 65. *t.* 3. *f.* 3. (Usnea dichotoma).

Hab. ad truncos pineos in sylvis maximis elevatioribus Smolandiæ, Vermlandiæ superioris præsertim in Tolfmilskogen inter Dalby et Lima optimus passim.

Longissimus totius generis saepe semiorgyalis, prope basin filo crassior, ob axillas non tantum compressas verum etiam

lacunosas totus non parum compressus. Scutella maxima hujus subdivisionis lineas duas lata, colore livido a stirpe lutescente facile distingvenda.

8. *Tremelini* (*potius quam Gelatinosi*): *foliis aqua distentis quasi gelatinosis vel potius tremellinæ substantiæ; scutellis fere ejusdem mollitiei et coloris* (Collema Ach. syn. p. 308 Vet. Ac. Handl. 1811. p. 117.) a) *ramulosi n.* 1607-1610. b) *foliacei* *) *crassiores n.* 1611-1613. **) *tenuiores n.* 1614-1620. ***) *subtus pubescentes vel granulosi n.* 1621-1625.

1607. LICHEN *niger*: gelatinosus ramuloso-crustaceus fusco-niger, ramulis subgraniformibus, scutellis demum convexis nigris. *Swartz Nov. Act. Ups.* 4. *p.* 245. *Hoffm. en. lich. t.* 3. *f.* 6. *Ach. syn. p.* 308.

Hab. in lapidibus calcareis vel calce conspersis ruderatis a Scania ad Upsaliam rarius; etiam in Dalecarlia transitionis.

Etiamsi minimus et crustaceus, tamen optime gelatinosus et aquam mox imbibens. Ambitus radiis tenuissimis vere crustaceis vel lapidi innatis nigerrimis fere radicularum instar cingitur.

1608. LICHEN *asperellus*; subgelatinosus fusco-niger crustaceo-ramulosus; ramulis ad ambitum decumbentibus divisis torulosis obtusis, scutellis planis nigris. *Wahlenb. lapp. n.* 831. *Ach. in Web. beitr.* 2. *p.* 152. *t.* 3. *f.* 2. (inter Placodia!) *lich. univ. p.* 629.

Hab. in petris schistosis juxta mare septentrionale Finmarkiæ rarius.

Uti a petra magis solutus ita et tam parum gelatinosus ut aquae guttula diu supra crustam stare possit nec dein nisi lente imbibitur. Itaque non possum non in hoc saltem transitum ad praecedentis subdivisionis species tenuissimas videre, ut nulla sit necessitudo ob limites definitos et evidentes genus Collematis distingvendi.

1609. LICHEN *muscicola*: gelatinosus ramulosus cæspitosus nigro-fuscus; ramulis suberectis furcatis subulatis, scutellis concavis subbrunneis. *Swartz*

Nov. Act. Ups. 4. *p.* 248. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 12. *t.* 1. *f.* 3. *synops. p.* 328. *Bernh. in Schrad. diar.* 1799. 1. *p.* 22. *t.* 2. *f.* 8. *Wahlenb. lapp. n.* 852. *ups. n.* 893.

β ramulis confertissimis passim confluentibus.

L. subtilis *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 145.

Hab. in muscis pulvinatis ad lapides occultiores passim; β Gotlandiæ.

Major et evidentior proximis; ramis nudo oculo distingvendis capillo non angustioribus, saepe lineas aliquot inter muscum longis. Annon status hujus abbreviatus sit L. byssinus Flor. lapp.?

1610. LICHEN *velutinus*: gelatinosus fibrillosus pulvinato-decumbens niger; fibrillulis simpliciusculis extenuatis rugosis, scutellis concavis subimmersis marginatis fuscis. *Ach. prodr. p.* 218. *synops. p.* 329. *Ejusd. in Web. beitr.* 2. *p.* 150. *t.* 3. *f.* 1. (P. pannosa). *Wahlenb. lapp. n.* 855. *Aspegr. blek. p.* 83.

Hab. in lapidibus et saxis umbrosissimis ex. gr. Bekingiæ, Vermlandiæ, Lapponiæ.

Praecedenti proximus substantia et scutellis, sed fibrillulis multiplo tenuioribus capillo saltem triplo angustioribus.

1611. LICHEN *crispus*: gelatinoso-pulposus atrovirens imbricatus; lobis crenatis obtusis, scutellis rufescentibus concavis marginatis undique erumpentibus. *Linn. syst. nat. ed.* 12. *p.* 710. *Achar. lich. un. p.* 632. (C. pulposum). *Bernh. in Schrad. diar.* 1799. 1. *p.* 7. *t.* 1. *f.* 1. 6. *Dillen. musc. p.* 139. *t* 19. *f.* 25.

Hab. inter gramina et muscos collium elatiorum campestrium saltem Sveciæ orientalis mediæ passim.

A tenui et saepe jamdudum scutellifero initio orbatim crescit pulpositate plerumque aucta, quo denique valde multiplicatus et crispus. Ceterum quoque insignior reliquis frequentioribus formis hujus subdivisionis, scutellis saepe duas lineas latis praeditus.

1612. LICHEN *tenax*: gelatinoso-coriaceus glaucescenter virens subimbricatus; lobis rotundatis planiusculis, scutellis rufescentibus concavis immersis demum

folio fatiscente albo-marginatis. *Swartz Nov. Act. Ups.* 4. p. 249. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1795. p. 9. t. 1. f. 1. *prodr.* p. 128. *lich. un.* p. 655. *syn.* p. 314. *Bernh. in Schrad. diar.* 1799. 1. p. 14. t. 2. f. 3. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. p. 145.

Hab. in muscis ad petras extimas Oelandiæ et Gotlandiæ rarius.

Crassus fere ut praecedens, sed firmioris fere coriaceae substantiae (qualis in calce non inconsveta), quae destructione albescit et quasi fatiscit (forsan ob calcem inclusam), remanentibus scutellis solis rufescentibus et hoc modo albomarginatis.

1613. LICHEN *hydrocharus*: gelatinoso-cartilagineus virenti-fuscescens subimbricatus; lobis subtruncatis repandis incisis, scutellis elevatis concavis pallide rufescentibus. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. p. 145. t. 4. f. 5. *Achar. meth.* p. 222. *lich. un.* p. 643. *synops.* p. 319.

Hab. in petra calcarea nuda subinde irrigata insulæ St. Carlsö ad Gotlandiam.

Vix ullus in statu sicco tam induratus, in humido autem tam firmiter crassus.

1614. LICHEN *myriococcus*: gelatinoso-foliaceus atrovirens adscendens; lobis confertissimis complicatis crispis granulatis; scutellis marginalibus granuliformibus aggregatis concoloribus: disco impresso punctiformi. *Ach Vet. Ac. Handl* 1801. p. 159. t. 3. f. 2. *meth.* p. 258. *lich. univ.* p. 658. — L. polyanthes *Bernh. in Schrad. diar.* 1799. 1. p. 12. t. 1. f. 4.

Hab. in muscis rupium infra Kolmorden ad Pampus et ad Norrköping extra Sjötullen Ostrogothiæ littoralis rarius.

Maxime granulatus omnium marginibus suis confertis superficiem quasi totam granulatam constituens. Granula, quae disco punctiformi in scutella abeunt, tam minuta ut nudo oculo parum distingvantur verrucis Endocarporum fere similia.

1615. LICHEN *fascicularis*: gelatinoso-foliaceus atrovirens exterius imbricatus interius plicatus crispusque; scutellis marginalibus congregatis demum pla-

nis rufescentibus. *Linn. mant. p.* 133. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 10. *prodr. p.* 129. *meth. p.* 239. *syn. p.* 317. *Bernh. in Schrad. diar.* 1799. 1. *p.* 13. *t.* 1. *f.* 3. *Dill. musc. p.* 141. *t.* 19. *f.* 27. *Fries exs. n.* 50.

Hab. in lapidibus vel calcareis vel littoralibus utriusque maris, etiam septentrionalis Finmarkiæ, passim.

Praecedente multoties major et magis evolutus; an autem a loco evolutioni suae magis favente ortus, difficile est dictu.

1616. LICHEN *plicatilis:* gelatinoso-foliaceus atrovirens subimbricatus ambitu radiatim plicatus, scutellis lateralibus sessilibus concavis rufescentibus. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 11. *t.* 1. *fig.* 2. *prodr. p.* 129. *meth. p.* 240. *syn. p.* 314. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 103. *Fries exs. n.* 96.

Hab. in lapidibus subinundatis vel aqua undarum sæpe conspersis ad lacus majores et altiores ut Vettern prope Vadstena, Yngen ad Persberg Vermlandiæ.

Ambitu multiplicato magis luxuriat quam affines.

1617. LICHEN *melænus:* gelatinoso-foliolaceus nigrescens; marginibus elevatis gyroso-undulatis crenatis, scutellis submarginalibus demum explanatis concoloribus margine crenulatis. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1801. *p.* 160. *t.* 3. *f.* 3 *meth. p.* 240. *lich. un. p.* 636. *syn. p.* 315. *Wahlenb. lapp. n.* 836. *ups. n.* 888. L. jacobææfolius *Bernh. in Schrad. diar.* 1799. 1. *p.* 11. *t.* 1 *f.* 5.

Hab. in saxis inter muscos per regiones campestres vel litorales fere totius Sveciæ passim.

Foliola ejus contigua superficiem totam atram constituunt, scutellis magnis interdum lineas duas latis.

1618. LICHEN *scotinus:* gelatinoso-foliolaceus glauconigrescens; foliolis adscendentibus incisis plicatisque reticulato-rugosis, scutellis submarginalibus concavis nigrescentibus. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1801. *p.* 162. *t.* 3. *f.* 4. *meth. p.* 257. *lich univ. p.* 651. *syn. p.* 323. *Wahlenb. lapp. n.* 835.
L. sinuatus *Bernh. in Schrad. diar.* 1799. *p.* 20. *t.* 2. *f.* 1.

Hab. in muscis pulvinatis rupium apricarum per regiones campestres et littorales rarius.

Modus crescendi fere praecedentis, sed substantia et rugositas foliolorum affinitatem summam cum L. lacero indicant. Interdum tenuitate ad L. Schraderi Bernh. accedit.

1619. LICHEN *flaccidus:* gelatinoso-membranaceus virescens demum atro-granulosus fuliginosusque; lobis flaccidis rotundatis, scutellis lateralibus planis rufis. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 14. *t.* 1. *f.* 4. 1801. *p.* 163. *t.* 3. *f.* 5. (rivularis). *meth. p.* 229. *synops. p* 322.

β abbreviatus. L. furvus *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1801. *p.* 164. *t.* 3. *f.* 6.

γ. elongatus pinnatifidus. L. tunæformis *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 17. *t.* 1. *f.* 6.

Hab. in rupibus aqua sæpe perfusis regionum frigidiorum passim, sed fructificans vix nisi in fodinis Bispberg et Silfberg ad Boda Dalecarliæ, ad Sala, in Kolmorden et ad Gammalkil Ostrogothiæ.

Demum Gyromium deustum refert, fuligine atra inter scutella rufa singularis.

1620. LICHEN *nigrescens:* gelatinoso-membranaceus latifolius nigro-olivaceus plicato-radiatus subtusque scrobiculatus; lobis rotundatis, scutellis proboscideis rufo-nigrescentibus. *Linn. suppl. p.* 451. *Achar. Vet. Ac Handl.* 1795. *p.* 13. *prodr. p.* 130. *syn. p.* 321. *Wahlenb. lapp. n.* 839. *Fries exs. n.* 69. *Dillen. musc. p.* 138. *t.* 19. *f.* 20.

L. Vespertilio *Flor. Dan. t.* 1125. *f.* 2.

Hab. in caudicibus populorum regionum sylvaticarum passim.

Interdum ad latitudinem palmae expansus alae Vespertilionis instar; subtus valde reticulatus. Vetustate crassescit et eo similior Gyromio pustulato evadit.

1621. LICHEN *saturninus:* gelatinoso-alutaceus latifolius atro-virens subtus incanus; lobis oblongis undulatis, (scutellis planis rubris). *Dicks. cr.* 2. *p.* 21. *t.* 6. *f.* 8. *Ach. Vet. Ac. H.* 1795. *p.* 16. *t.* 1. *f.* 5. (discolor). *meth. p.* 221. *syn. p.* 320. *Wahlenb. lapp. n.* 840.

Hab. in caudicibus occultis populorum sylvaticarum passim parcius.

Siccitate neutiquam corrugatur ut proximi, sed tantum flectitur, idque ob substantiam crassiorem magis alutaceam quam in ceteris. Superficies inferior quasi saccharo vel cinere saturni conspersa, unde nomen.

1622. LICHEN *lacerus:* gelatinoso-membranaceus reticulato-rugulosus adscendens; lobis lacero-ciliatis supra cæsiis infra fibrilluloso-glaucescentibus, scutellis lateralibus urceolatis rubicundis. *Ach. prodr. p.* 155. *syn. p.* 327. *Engl. Bot. t.* 1982. *Wahlenb. lapp. n.* 838 *ups. n.* 892. *Fries exs. n.* 49.
Tremella lichenoides *Linn. svec. n.* 1138.

Hab. inter muscos ad rupes umbrosas passim.

Semper rugulosus manet et ob fibrillulas minus diaphanus quam insequens. Bene fructifera exemplaria margines fimbriatos plerumque amittunt (β ateleum Achar.) simulque paullo crassescunt: scutella minuta fere L. Acharii sed margine duplici (Biatorae!) in statu sicco, in humido autem demum tota tumescunt et virescunt omnino ut folia. Status hic duplex forsan optime commonstrat Lichenes sola siccitate in Biatoram abire, ut etiam ab altera parte in Ramalinam. Itaque formas has tam ab humiditate ortas (Collema) quam a siccitate nimia productas (Biatora in stirpe humidiore, Ramalina et partim quoque Cornicularia in sicciore) potius ut degenerationes Lichenis generi subsumere vel appendicis modo adjungere quam pro generibus diversis habere, consultius duxi. Quantum fieri potest certe evitandum, ne status diversi a loco evidenter orti fiant species, multo minus genera!

1623. LICHEN *tremelloides β:* gelatinoso-membranaceus subdiaphanus virenti-cæsius; lobis rotundatis flexuoso-crispis integerrimis subtus margineque pulvereo-granulatis. (*Linn. suppl. p.* 450). *Ach. lich. un. p.* 656 β cæsium (ex Helvetia). *synops. p.* 326. *Fries exs. n.* 70. *Hooker fl. scot.* 2. *p.* 72.

Hab. inter muscos rupium versus mare occidentale Hallandiæ adjacentisque Smolandiæ, nec non Gothoburgi (*Wahlberg*).

Membrana undique aequabilis (sine ullis rugis), magis vitreae vel potius tremellinae pelluciditatis. Constituitur haec membrana solis cellulis aqua distentis, nullam gelatinam multo minus gluten continentibus. Melius itaque hi Lichenes tremellini quam gelatinosi dicuntur. Inprimis nomen Collematis chemicae constitutioni ita adversariatur, ut ob hanc solam causam vix admittendum.

PELTIDEA.

Achar. meth. p. 282. Lichenes coriacei *Linn.*

Receptaculum explanatum peltiforme, frondi omnino adnatum immarginatumque vel tantum margine parum elevato laceroque cinctum, oblongatum; disco frondibus valde discolori, tenui. — *Frons maxime coriacea utrinque discolor* 1) *subtus venis villosis plus minus radicans, peltis anticis* a) *superficialibus n.* 1624. 1625. b) *marginalibus* *) *verticalibus n.* 1626. 1627. **) *horizontalibus n.* 1628. 1629. 2) *Frons subtus avenis peltis posticis n.* 1630. 1631.

1624. PELTIDEA *crocea:* peltis in pagina superiore media elevatis spadiceis, fronde subtus (venoso-) crocea. *Achar. meth. p.* 290. *syn. p.* 8. (Solorina). *Wahlenb. lapp. n.* 841.

Lichen croceus *Linn. svec. n.* 1101. *lapp. n.* 443. *t.* 11. *f.* 3. *Westring fårgl. t.* 9.

Hab. in terra denudata sicciore alpium Lapponicarum et Norrlandicarum nec non sylvarum adjacentium ubique; Dalecarliæ in Lumsheden copiose.

Frons congregata uncias nonnullas lata, supra in statu humido obscure viridis, in sicco cinnamomea. Peltae subtus liberae (nec radicantes), itaque sese elevantes convexae.

1625. PELTIDEA *saccata:* peltis in pagina superiore media demum depresso-saccatis subfuscis, fronde subtus (venuloso-)albicante. *Achar. meth. p.* 291. *Wahlenb. lapp. n.* 842. *ups. n.* 900.

Lichen saccatus *Linn. svec. n.* 1102. *Westring Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 54.

β. peltis primariis, fronde obsoleta. Lecanora Sommerfeltii *Flörke MS.*

Hab. in muscis ad terram irrigatam vel rupes umbro-

sissimas præcipue regionum montosarum occidentalium passim; β in subalpinis Nordlandiæ (*Sommerfelt*).

Frons in ordinaria forma primum evolvitur plus minus lata, supra semper viridis peltis initio cinnamomeis omnino superficialibus, sed dein radicando sese deprimentibus fuscescentibusque, idque ita ut frons demum obliteratur solis superstitibus peltis eo magis sacciformibus, nomen svecicum *Säckmossa* optime merentibus. Statum hunc ab initio jamdudum refert β, in qua frons vix unquam explicatur, sed solae peltae in conspectum veniunt margine crasso albo fere farinaceo (propemodum ut in Lichene hypnorum).

1626. PELTIDEA *aphtosa:* peltis anticis marginalibus adscendentibus rotundatis rubris, fronde viridi fusco-verrucosa (subtus demum fusco-venosa). *Ach. meth. p.* 287. *syn. p.* 239. *Sv. Bot. t.* 518. *Wahlenb. lapp. n.* 844.

Lichen aphtosus *Linn. svec. n.* 1098.

Hab. inter muscos sylvarum locis declivioribus frequenter.

Frons omnium latissima saepe ultra palmam lata Svecis *Ålf-nåfver,* alias *Torskmossa;* verrucis (aphtis) praecipue in crassiore varietate planis, scutella Stictarum non parum referentibus. Ceterum frons inter hypna locis occultissimis subtus tota tomentosa sine evidentibus venis, in caudicibus emortuis subtus fusco-venosa, alibi grandius albo-venosa inter venas tenuior, quibus formis a loco pendentibus varietates sequentis speciei quasi praeparantur et confirmantur.

1627. PELTIDEA *canina*: peltis anticis marginalibus adscendentibus demum elongatis rufescentibus, fronde cinereo-rufove-virescente subtus albescente. *Wahlenb. lapp. n.* 843. *ups. n.* 902.

Lichen caninus *Linn. svec. n.* 1100.

α. malacea: fronde crassius coriacea subtus ubique tomentosa.

P. malacea *Achar. syn. p.* 240. *Aspegr. blek. p.* 83. *lich. univ. p.* 518.

* margine crispo farinaceo *Wahlenb. lapp. n.* 843 β. P. canina δ inflexa *Achar. lich. univ. p.* 518.

β. albescens: fronde inter venas crassiores albidas radiculasque albo-tomentosas tenuiore (magis membranacea), supra pulverulenta.
P. canina *Hoffm.* — *Fries exs. n.* 111. — P. levcorrhiza *Flörke.* — *Dill. musc. p.* 200. *t.* 27. *f.* 102.

γ. rufescens: fronde coriacea supra lævigata rufescente subtus fusco-venosa radiculosaque. *Sv. Bot. t.* 137.
P. rufescens *Hoffm. germ. p.* 107. *Ach. meth. p.* 285. *Fries exs. n.* 110. *Dill. musc. p.* 203. *t.* 27. *f.* 103.
P. ulorrhiza *Flörke lich. exs. n.* 154
P. spuria *Achar. meth. p.* 283. *t.* 5. *f.* 2.
P. polydactyla *Achar. syn. p.* 240.

Hab. in sylvis totius Sveciæ frequenter: α inter Hypna majora erectioraque locis umbrosissimis sed * apricis saxorum etiam montium Godtsundensium Upsaliæ; β in Hypnis repentibus aliisque muscis; γ in lignis caudicibusque emortuis putrescentibus.

Quin formae hae ab origine communi pendeant et saltem ab initio a loco ortae sint, vix dubium videtur. Tamen saepe eximie differunt: α fronde supra alutacea vel praecipue in *) malicorium (corticem fructus Punicae Granati) paene referente, margine demum albo-pollinifero; β fronde infirmata vel tenuior facta tum ob radiculas maximas saepius eleganter albo-plumosas tum pulverem superficiei superioris; γ superficie frondis laevigata et pagina inferiore ad sequentem speciem accedere videtur, et nihilo tamen minus interdum formam veteriorem praecedentis varietatis refert.

1628. PELTIDEA *horizontalis:* peltis anticis in apice loborum adscendentium subhorizontalibus transversim oblongis badiis, fronde glauco-virente lævigata inter venas fuscas albo-maculata. *Achar. meth. p.* 288. *lich. un. p.* 515. *syn. p.* 238. *Wahlenb. lapp. n.* 845. *ups. n.* 903.
Lichen horizontalis *Linn. mant. p.* 132. *Fl. Dan. t.* 533. *Dill. musc. p.* 205. *t.* 28. *f.* 104. *Westring Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 49.

β. collina: minor, peltis subrotundis obscurioribus, fronde cinerascente. *Achar. lich. univ. p.* 516.
L. collinus *Achar. prodr. p.* 162. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 95. (*et p.* 74? P. chlorophylla).

P. scutata β collina *Achar. synops. p.* 257. *Aspegren bleking. p.* 83.

Hab. inter hypna ad rupes saxaque sylvarum majorum montosarum passim; β locis collinis magis denudatis regionum temperatiorum ex. gr. Omberg supra Vesterlösa Ostrogothiæ, Blekingiæ.

Frons tota magis papyracea quam in praecedentibus itemque lobi fructificantes breviores, hinc peltae crassiores non retrorsum convolvuntur, sed planae persistere possunt, supra frondem parum elevatae, unde nomen aptum svecicum *Platt-laf.* Nec β differre videtur nisi explicatione minore a loco minus favente. Etiam ejus pagina inferior inter venas fuscas confluentes quasi rimas albissimas ostendit.

1629. PELTIDEA *venosa:* peltis subanticis horizontalibus nigro-fuscis, fronde adscendente supra viridi subtus venis nigris excurrentibus. *Achar. meth. p.* 282. *lich. univ. p.* 514. *synops. p.* 257. *Wahlenb. lapp. n.* 846.

Lichen venosus *Linn. svec. n.* 1097. *Flor. Dan. t.* 1125. *f.* 1. *Dillen. musc. p.* 208. *t* 28. *f.* 109.

Hab. in terra declivi subhumida occulta passim.

Venae quam in omnibus ceteris longe validiores, fere stipitem peltarum referentes, fronde tenui minoreque quasi connexae et alatae.

1630. PELTIDEA *resupinata:* peltis posticis subhorizontalibus rufo-fuscis, fronde crispa castaneo-livida subtus pallescente (pubescente granulosave). *Achar. meth. p.* 289. *syn. p.* 241. (Nephroma). *Wahlenb. lapp. n.* 847.

Lichen resupinatus *Linn. svec. n.* 1096. *Dill. musc. p.* 206. *t.* 28. *f.* 105.

β. lævigata: subtus lævis, peltis dilutioribus.

P. lævigata *Ach. synops. p.* 242.

γ. parilis: subtus lævis nigricans. — *Ach. syn. p.* 242.

Hab. in saxis apricis sylvarum et ad caudices arborum usque in alpes ubique; β et γ præsertim in subalpinis Lapponiæ.

Respectu coloris et pubescentiae satis variat, sed semper sequente multiplo minor.

1631. PELTIDEA *arctica:* peltis posticis aurantiacis, fronde expansa sulphurea subtus nigra. *Ach. meth. p.* 288. *syn. p.* 241. (Nephroma polaris). *Wahlenb. lapp. n.* 848. *Sv. Bot. t.* 522.

Lichen arcticus *Linn. svec. n.* 1099. *Westring Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 45. *Fl. Dan. t.* 466 *et* 1430.

Hab. in terra muscosa subalpina et sylvatica elatiore Lapponiæ et totius Norrlandiæ usque in Dalecarliam ex. gr. ad Styggforssen frequenter; dein tantum in jugis altioribus Vermlandiæ, Vestrogothiæ et Ostrogothiæ rarius.

Maxime expansa hujus generis. Inprimis peltae majores quam ulla alia fructificatio Algarum saepe ultra unciam latae, siccitate coccineae et eo magis conspicuae.

458. USNEA.

Achar. meth. p. 306. Lichenes filamentosi optimi *Linn.*

Orbilli (receptacula orbicularia tenuia) planiusculi, stirpi substantia et colore subæquales, margine radiis numerosissimis. — *Stirps filiformis: filo centrali tenaci vasculari (fibrilloso) intra corticem plus minus disrumpentem; ramulis divergentibus.*

1632. USNEA *hirta:* erectiuscula cinereo-virens, ramulis ultimis divaricatis fibrillosis pulverulentisve, orbillis maximis subterminalibus albo-virescentibus. *Wahlenb. ups. n.* 906.

U. florida *Achar. meth. p.* 307. *lich. univ. p.* 620. *synops. p.* 304. *Fries exs. n.* 120.

L. hirtus (pulverulentus) et floridus (orbillis præditus) *Linn. svec. n.* 1128. 1130.

Hab. in sepimentis ligneis, parietibus, truncis arborum præcipue regionum campestrium frequenter.

Orbilli interdum semiuncialis latitudinis in stirpe tantum unam alteramve unciam longa, hinc inter omnes maxime florida species, sed florescentia haec tam rara ut vix nomen speciei praebeat.

1633. USNEA *plicata:* pendula cinereo-virens subdichotoma; ramis ramulisque implexis subcapillaceis, orbillis concavis. *Achar. meth. p.* 410. *lich. univ. p.* 622. *synops. p.* 305.

Lichen plicatus *Linn. svec. n.* 1122. *Westring fårgl. t.* 8.
β. erectior. L. comosus *Ach. Vet. Ac. H.* 1795. *p.* 209. *t.* 8. *f.* 1.
Hab. in arboribus inprimis frondosis passim.
Quodammodo media inter praecedentem et sequentem. Nec constat, an exsistant vel ubi positi sint limites inter has species.

1634. USNEA *barbata:* pendula cinereo-pallida; ramis ramulisque creberrimis demum elongatis. *Achar. meth. p.* 313. *lich. univ. p.* 624. *syn. p.* 306. *Wahlenb. ups. n.* 908. *lapp. n.* 824. *Dill. musc. p.* 63. *t.* 12. *f.* 6. *Fries exs. n.* 119.
Lichen barbatus *Linn. svec. n.* 1123.
Hab. in arboribus acifoliis sylvarum ubique frequenter.
Longissima omnium saepe pedalis et ultra, sed fructificatio vix ulla. Svecis *Skägg-laf* vel simpliciter *Lo* dicitur, quod lanuginem indicat, nec minime synonymon Licheni graeco-latino, magis crustaceum indumentum significanti.

459. BÆOMYCES.

Ach. meth. p. 319. Lichenes fruticulosi plerique et scyphiferi *Linn.*

Tubercula plus minus immarginata, obducta strato demum convexo tenui: seminulis in perispermio subsolitariis. — *Stipes ad basin plerumque foliolosus, rarius tantum granulosus, rarissime nudus, ceterum* 1) *fistulosus* (Cenomyce Achar. syn. p. 248. Vet. Ac. Handl. 1810. p. 304.) a) *axillis perforatis n.* 1635-1642. b) *scyphis diaphragmate occlusis* (Schyphiferi) *) *tuberculis fuscis n.* 1643-1649. **) *coccineis n.* 1650-1655. c) *scyphis nullis nec axillis perforatis n.* 1656-1659. 2) *pedicellis solidis* (Bæomyces Ach. syn. p. 279.) *n.* 1660-1662. 3) *papillis stipitibusve inflatis n.* 1663-1665.

1635. BÆOMYCES *rangiferinus:* pallide cinerascens lævis trichotome ramosissimus demumque radiatus, axillis perforatis, apicibus nutantibus. — *Linn. svec. n.* 1117. *Sv. Bot. t.* 47. *Dillen. musc. p.* 107. *t.* 16. *f.* 29. A. B. — *Achar. synops. p.* 277.
β. alpestris: ramulis implexis æqualibus. *Dillen. l. c. f.* E. F. *Flor. Dan. t.* 180.

γ. pungens: ramulis divergentibus subulatis. *Wahlenb. lapp. — Achar. syn. p.* 278. *Fl. Dan. t.* 539. *Dillen. musc. p.* 110. *t.* 16. *f.* 50.

Hab. in terra alpestri omnium frequentissime, ceterum ubique in sylvaticis sterilioribus.

Ut sequente longe ramosior ita quoque tenuior: stipite centrali utplurimum lineam tantum crasso. Omnium etiam utilissimus Svecorum *Ren-mossa.*

1636. BÆOMYCES *uncialis:* pallidus læviusculus dichotomus, axillis cribrosis, apicibus subconicis patentibus fuscescentibus. *Linn. svec. n.* 1118. *Dill. musc. p.* 99. *t.* 16. *f.* 22. *Achar. syn. p.* 276.

β. aduncus: major, apicibus demum aduncis. *Ach. l. c. Fries exs. n.* 87. *Hook. scot. p.* 64. *Dillen. musc. p.* 98. *t.* 16. *f.* 21.

Hab. ad saxa aprica sylvarum ubique frequenter.

Plerumque colore magis lutescente et crassitie facile distingvitur a praecedente. Interdum etiam scyphulos planos satis efformatos, quamquam semper cribrosos, gerit (B. amaurocraeus Fl. lapp. n. 667. — Achar. syn. p. 264).

1637. BÆOMYCES *subulatus:* cinereo-lividus læviusculus dichotomus, axillis perforatis, ramis subulatis curvatis: apicibus demum furcatis divergentibus. *Linn. svec. n.* 1119. *Dill. musc. p.* 102. *t.* 16. *f.* 26. *Fries exs. n.* 117. (conf. obs. n. 58).

β. furcatus: ramosior magisque divergens. *Wahlenb. ups. — Dill. musc. p.* 104. *t.* 16. *f.* 27.

Hab. in ericetis sylvaticis ubique.

Licheni aculeato quodammodo habitu analogus.

1638. BÆOMYCES *racemosus:* cinereo-virescens demum squamosus, stipite demum rupto dilatatoque curvato, ramis subsecundis, apicibus divergentibus spinulosis. *Hoffm. germ.* 1795. *p.* 114. *Dillen. musc. p.* 101. *t.* 16. *f.* 25. *Wahlenb. lapp. n.* 870. *Achar. syn. p.* 275. *Fries exs. n.* 58.

Hab. plerumque in truncis arborum dejectis putrescentibus passim.

Proximis plerumque longior, latere superiore rupto et hinc rami subsecundi.

1639. BÆOMYCES *squamosus:* albescens granulato-squamulosus, stipite ramoso elongato, axillis lateralibus subinfundibuliformibus. *Hoffm. germ.* 1795. *p.* 125. *Dill. musc. p.* 94. *t.* 15. *f.* 17. *Fries exs. n.* 57. Cen. sparassa *Achar. syn. p.* 273.

Hab. in caudicibus truncisque putrescentibus ad terram sylvarum passim.

Inferne squamuloso-, superne fere farinaceo-albicans. Ceterum magnitudine valde varians, ut in exs. Cel. Friesii optime videre licet.

1640. BÆOMYCES *crispatus:* lævis albescenti-lividus subdichotomus, axillis lateralibus infundibuliformibus oblique dilatatis crispis dentatisque. *Wahlenb. lapp. n.* 868. *Ach. syn. p.* 272. *Fries exs. n.* 56.

Hab. ad terram sylvarum passim.

Scyphi initio clausi omnino occurrunt, sed hi imperfecti esse videntur; plerique demum dilatantur in axillas, saepe tres lineas latas.

1641. BÆOMYCES *turgidus:* lævis albescenti-lividus dichotomus, axillis turgidis cribrosis scyphisque radiatis, foliis subradicalibus pinnatifidis. *Ehrh. cr. n.* 297. *Hoffm. germ.* 1795. *p.* 124.

Cen. parecha *Ach. syn. p.* 272. *Vet. Ac. H.* 1801. *p.* 340. *t.* 4. *f.* 2.

Hab. inter muscos ad stillicidia aquarum et rivulorum, saltem Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam, rarius.

Divisione stipitis, axillarum et scyphorum B. unciali analogus, sed saepe penna anserina crassior et insuper foliis radicalibus magnis diversissimus.

1642. BÆOMYCES *cenoteus:* cæsio-cinereus pulverulentus alternatim divisus, axillis infundibuliformibus subcylindricis, tuberculis subcontiguis cæsio-fuscis. *Achar. meth. p.* 345. *t.* 7. *f.* 7. *syn. p.* 271. *Wahlenb. ups. n.* 915.

Cen. brachiata *Fries exs. n.* 55.

Hab. ad caudices pinorum in sylvis densissimis saltem Sveciæ temperatioris passim copiose.

Exemplaria minora tota tantum pulvere obtecta, sed uncialia et ultra inferne squamulosa fere ut B. squamosus.

Crassioris subalutaceae substantiae est, unde margines axillarum mox inflectuntur et stirps tota subcylindrica obtusa.

1643. BÆOMYCES *degenerans:* glaber subverrucosus demum inferne nigrescens alboque guttatus, stipite subdichotomo polymorpho, scyphis irregulariter incisis cristatisque, tuberculis fuscis. *Flörke in Web. beitr.* 2. *p.* 308. *Dillen. musc. p.* 97. *t.* 15. *f.* 20. *Wahlenb. lapp. n.* 455. *Fries exs. n.* 54.
Cen. gonorega *Achar. syn. p.* 258.
Hab. in sylvis acerosis macris passim.
Quasi degenerationem sequentis vetustam refert.

1644. BÆOMYCES *gracilis:* lævigatus sublividus, stipitibus subfiliformibus divisis fastigiatisque: apicibus subulatis, scyphis cyathiformibus dentatis, tuberculis pedicellatis fuscis. — *Linn. svec. n.* 1113. *Dill. musc. p.* 88. *t.* 14. *f.* 13. *Fl. Dan. t.* 1356. *f.* 1. (radiatus). *Fries exs. n.* 53.
β. turbinatus: stipitibus superne inflatis. *Achar. prodr. p.* 192.
Hab. in apricis sylvarum vulgatissime; *β* locis occultioribus.
Plerumque simplicior et totus magis stipitiformis (Svecis *Stångel-laf*) coloratusque, sed locis aliquando irrigatis demum verticillatim ramosus albescens.

1645. BÆOMYCES *verticillatus:* glaber læviusculus sublividus, stipitibus cylindricis simplicibus, scyphis planiusculis e centro proliferis, tuberculis verticillatis sessilibus fuscis. *Flörke in Web. beitr.* 2. *p.* 283. *Dillen. musc. p.* 80. *t.* 14. *f.* 6. D-H. *Wahlenb. lapp. n.* 864. *Achar. syn. p.* 251.
β. foliaceus: foliis elongatis incisis. L. cervicornis *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1801. *p.* 342. *t.* 4. *f.* 3. — 1810. *p.* 291. *syn. p.* 251.
Hab. in terra aprica ad saxa sylvatica passim parcius.
Praecedenti propior quam sequenti. Scyphi diaphragma crassius quam in ceteris, in centro mox sese elevans et fere instar marium Polytrichorum proliferum. Demum verticilli foliosi fiunt. Quo pauciores scyphi eo majora folia unde *β.*

1646. BÆOMYCES *pyxidatus:* glaber verrucosus virenti-griseus, stipite obconico scyphoque dilatato patulo: fundo impresso, tuberculis subpedicellatis fuscis. — *Linn. svec. n.* 1111. *Sv. Bot. t.* 498. *f.* 1. *Westring färgl. t.* 17. *Dillen. musc. p.* 79. *t.* 14. *f.* 6. A-C. *Ach. syn. p.* 252.

β. Pocillum: e basi latior grandius verrucosus. *Sv. Bot. l. c. f.* 2. *Achar. syn. p.* 253.

Hab. in terra sterilissima ad saxa ubique.

Pyxides infundibuliformes omnium maximas, interdum digitum latas, gerit, unde Svecis notior *Tratt-laf.*

1647. BÆOMYCES *fimbriatus:* pulverulentus virescenti-cinereus æquabilis, stipite superne obconico scyphoque dilatato demum radiato, tuberculis pedicellatis fuscis. — *Linn. svec. n.* 1112. *Ach. syn. p.* 254. *Dillen. musc. p.* 84. *t.* 14. *fig.* 8. *Fries exs. n.* 86.

Hab. in caudicibus et lapidibus tenui terra tectis passim.

Praecedente saepius multiplo longior et angustior, magis radians; radiis vero erectioribus.

1648. BÆOMYCES *cornutus:* superne pulverulentus inferne livido-virescens, stipite cylindraceo attenuatoque, scypho angustato integro: tuberculis fuscis minutis. — *Linn. svec. n.* 1115. *Ach. prodr. p.* 192. *meth. p.* 343. *lich. univ. p.* 545. *Dill. musc. p.* 90. *t.* 15. *f.* 14. *Fries exs. n.* 116.

Hab. in truncis dejectis vetustis per sylvas deustas passim.

Cornua (stipites) sterilia hujus plerumque pennam gallinaceam crassa (cum in praecedente saepius filiformia), quod ad maximam partem obducta epidermide virescente passim se dissolvente.

1649. BÆOMYCES *alcicornis:* nudus subgranulatus pallescens, scyphis margine proliferis, tuberculis subfuscis, foliis subradicalibus maximis palmato-lobatis incisisque demum nigro-ciliatis. *Ach. meth. p.* 349. *prodr. p.* 184. *lich. univ. p.* 529. *syn. p.* 250. *Dillen. musc. p.* 87. *t.* 14. *f.* 12. A. *Vaill.*

par. t. 21. *f.* 3. *Flörke in Web. beitr* 2. *p.* 5.
Aspegren blek. p. 83. (cum Cen. endiviæfoli.
L. foliaceus *Hoffm. germ.* 1795. *p.* 123. *Retz*
prodr. 2. *p.* 290.

Hab. in terra supra petram calcaream Oelandiæ passim, Blekingiæ alibique raro.

Mira species foliis in toto genere maximis cornua Alcis referentibus interdum uncialis longitudinis luxurians, sed eo rariores et minores plerumque sunt scyphi.

1650. BÆOMYCES *cocciferus:* glaber subverrucosus, stipite scyphoque obconico subintegro pallido, tuberculis coccineis. — *Linn. svec. n.* 1109. *Ach. syn. p.* 269. *Engl. Bot.* 29. *t.* 2051. *Dill. musc. p.* 82. *t.* 14. *f.* 7. *Wahlenb lapp. n.* 856.

Cap. extensa *Flörke in Berlin. Mag.* 1808. *p.* 222.

β. cornucopioides: tuberculis copiosioribus e centro *Linn. fl. lapp. n.* 432. *svec. n.* 1110. *Dillen. l. c. f.* K-M. *Fries exs. n.* 83.

Hab. in saxis terraque sylvestri duriori ubique.

Nullus vulgatius nitet tuberculis coccineis, Svecis *Coccionell-laf.*

1651. BÆOMYCES *bellidiflorus;* glaber granulatus demumque squamulosus, stipite subcylindrico indiviso scyphisque angustis, tuberculis marginalibus minutis confertissimis coccineis *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1801. *p.* 339. *t.* 4. *f.* 1. *synops. p.* 270. *Flörke in Berl. Mag.* 1808. *p.* 224.

Hab. inter Polytricha humida in terra subalpina Dalecarliæ etc. passim; optime vero in Kolmorden ex. gr. ad Rödmossen Ostrogothiæ.

Plerumque ultra unciam longus et pennam gallinaceam crassus; scypho minutis suis tuberculis florem Bellidis non male referente.

1652. BÆOMYCES *plevrotus;* pulverulentus pallidus, stipite scyphoque obconico, radiis inæqualibus patentibus, tuberculis coccineis. *Flörke in Berlin. Mag.* 1808. *p.* 218. *Achar. syn. p.* 270. *Fries exs. n.* 84.

Hab. in terra præcipue regionum littoralium occidentalium passim.

Forma fere B. cocciferi, sed plerumque minor et contractior.

1653. BÆOMYCES *macilentus:* pulverulentus albescens, stipitibus cylindricis subindivisis scyphisque angustatis, tuberculis coccineis. — *Ehrh. dec. n.* 267. — *Flörke in Berlin. Mag.* 1808. *p.* 214. — *Wahlenb. lapp. n.* 859. *ups. n.* 922. *Fries exs. n.* 52.
Cen. bacillaris *Achar. syn. p.* 266.

Hab. ad saxa sylvestria aprica passim.

Maxime macilentus: stipitibus vix unquam penna columbina crassioribus scyphisque paullo tantum latioribus. Pulvis superficiei interdum conflatus in granula, quem statum maxime perfectum exhibere videtur Cen. Flörkeana Fries exs. n. 82.

1654. BÆOMYCES *deformis:* pulverulentus sulphureus, stipite cylindrico simplicissimo sursum ventricoso, scyphis urceolatis crenatis, tuberculis coccineis. — *Linn. svec. n.* 1116. *lapp. n.* 435. *t.* 11. *f.* 5. *Dill. musc. p.* 95. *t.* 15. *f.* 18. A. *Ach. syn. p.* 268. *Wahlenb. lapp. n.* 861. *ups. n.* 923. *Aspegr. blek. p.* 82.

Hab. in terra supra saxa elata frigidiora præcipue Sveciæ septentrionalis frequenter; Fahlunæ quam copiosissime.

Interdum digito minore non brevior et pennâ anserinâ vix angustior.

1655. BÆOMYCES *digitatus:* pulverulentus albicans, stipitibus demum dilatatis in scyphos dimidiatos digitatim divisos, tuberculis coccineis, foliolis radicalibus expansis subtus pulverulentis. — *Linn. svec. n.* 1114. *Dill. musc. p.* 96. *t.* 15. *f.* 19. *Ach. syn. p.* 267. *Wahlenb. lapp. n.* 861. *ups. n.* 924. *Fries exs. n.* 85.

Hab. in caudicibus putridis præcipue pinorum per sylvas majores passim.

Insignis species foliis et scyphis latis squarrosis.

1656. BÆOMYCES *symphycarpus:* squamaceus: squamis lobatis supra lividis subtus albidis, tuberculis subsessilibus conglomeratis fusco-nigris. *Ach. meth. p.* 326. *lich. univ. p.* 568. *syn. p.* 274. *Flörke in*

Web. beitr. 2. *p.* 281. *Wahlenb. lapp. n.* 853. *Aspegren bleking. p.* 82.

Hab. in terra alpestri montium subalpinorum Lapponiæ ex. gr. in Roussotjärro Lapponiæ Tornensis copiose; nec ceterum nisi in maritimis Blekingiæ, Ostrogothiæ.

Squamis suis altitudine fere fructuum Psoroma quoddam potius refert. Totus subcartilagineus rigidus.

1657. BÆOMYCES *botrytes:* stipite solidiusculo ramuloso lævi pallescente, tuberculis pallidis. — *Jacqu. coll.* 4. *t.* 4. *f.* 3. *Achar. syn. p.* 274. *Wahlenb. lapp. n.* 855. *Fries exs. n.* 80.

Hab. in caudicibus et truncis putrescentibus præcipue abietinis sylvarum majorum passim.

Tubercula sua in ramulis magis cymosis gerit quam affines, unde nomen.

1658. BÆOMYCES *delicatus:* stipite solido aciculari granuloso apice subdiviso, tuberculis fuscis, squamulis radicalibus subgranuliformibus. *Ehrh. dec. n.* 247. *Ach. meth. p.* 327. *syn. p.* 274. *Fries exs. n* 51. B. quercinus *Pers. in Uster. ann.* 7. *p.* 19.

Hab. in caudicibus quercinis provinciarum meridionalium rarius ex. gr. Smolandiæ occidentalis ad Femsjö.

Minutissimus omnium fere solis granulis constans, inter quae stipites vix linea altiores. Quasi induratus et comminutus a ligno quercus duro adstringente.

1659. BÆOMYCES *cariosus;* stipite solidiusculo fibroso rimosoque granuloso cinereo fasciculatim diviso, tuberculis fuscis, foliolis radicalibus divisis. *Ach. meth. p.* 326. *Vet. Ac. Handl.* 1803. *t.* 4. *fig.* 4. *syn. p.* 273.

Hab. in terra tenui loca uliginosa saxorum obducente a Smolandia ad Lapponiam passim.

Stipites plerumque unciam longi, sed interdum minuti fere ut praecedentis, quo in statu foliolis suis radicalibus longe majoribus cognoscuntur.

1660. BÆOMYCES *placophyllus:* crustaceo-imbricatus corrugatus albo-glaucescens: lobis squarrosis subtus candidis, tuberculis explanatis rufo-fuscis. *Achar.*

meth. p. 525. *t.* 7. *f.* 4. *lich. univ.* p. 574. *syn.* p. 281. *Wahlenb. lapp.* n. 851.

Hab. in terra arenosa macra ad devias sylvarum Lapponiæ rarius.

Praecedentes cum sequentibus bene conjungere videtur. Nec alium characterem genericum reperio, quam qui a stipite magis solido itaque receptaculis magis continuo pendet. In hoc stipites crassitie pennae gallinaceae et substantiâ squamarum radicalium.

1661. BÆOMYCES *rufus*: crustaceus granulosus virescenti-cinereus, tuberculis rufo-fuscis in pedicellis carneolis. — *Huds. angl.* p. 527. *Ach. prodr.* p. 82. *syn.* p. 280. *Linn. mant.* p. 133.

β. rupestris: granulis crustæ majoribus fructûs minoribus. *Ach. meth.* p. 521.

Hab in terra macra ad semitas etc. sylvarum præcipue Sveciæ septentrionalioris passim; *β* ad rupes rarius.

Quo tenuior eo magis pedicelli a crusta distincti et tuberculis analogi.

1662. BÆOMYCES *roseus*: crustaceo-leprosus albescens, tuberculis demum inflatis roseis in pedicellis subconcoloribus. *Ach. meth.* p. 521. *lich. univ.* p. 572. *syn.* p. 280. *Wahlenb. lapp.* n. 849.

(L. ericetorum *Linn. svec.* n. 1068. nisi sæpius L. icmadophila).

L. Bæomyces *Ehrh.* — *Linn. suppl.* p. 450.

Hab. in terra duriore denudata sylvatica regionum altiorum a Vestrogothia ad Lapponiam rarius.

Pedicelli et tubercula ita confluunt, ut conjuncta Gasteromyceen referant et fere eodem modo demum aperiantur. An inde transitus quidam ad sequentes anomalas species?

1663. BÆOMYCES *Papillaria*: crusta granulacea papillosaque cinerea, pedicellis papillaribus tumescentibus demum congregatis tubercula sphæroidea fusca exserentibus. *Ehrh. beitr.* 2. p. 105. *Engl. Bot.* 13. *t.* 907. *Dillen. musc.* p. 107. *t.* 16. *f.* 28. *Achar. meth.* p. 323. *syn.* p. 248. *Web. et Mohr. schwed. reis.* p. 131.

L. madreporoides *Rutström diss.* p.

Hab. in terra sterili elevata alpestri ex. gr. in Lumsheden Dalecarliæ, nec non in maritimis Roslagiæ, Hallandiæ.

Crusta quasi tubulis constituitur, et hinc in areolas irregulares frangitur. Papillae fructificantes in nostris speciminibus parum elevatae, omnino cavae; sed in hercynicis plures conjunctae altiores globulos fructiferos edunt.

1664. BÆOMYCES *ceratites:* ramosus solidus albissimus teres demumque corrugatus; ramis lævigatis conoideis apice cavis: cavitate flavescente. *Wahlenb. lapp. n.* 875. *Achar. syn. p.* 279.

Dufourea ceratites *Sommerfelt Vet. Ac. Handl.* 1823. *p.* 118.

Hab. in terra uliginosa alpium Nordlandiæ maritimarum passim.

An hujus apices cavi cum praecedentis analogi sint pro certo non constat. Interea novum genus assumere dubitavi. Saepe hic plus quam semiuncialis longitudinis et pennam columbinam crassus.

1665. BÆOMYCES *vermicularis:* fistulosus albissimus subdivisus; ramis subulatis; axillis imperforatis. — *Dicks. cr.* 2. *p.* 23. *t.* 6. *f.* 10. *Ach. meth. p.* 359. *syn. p.* 278. *Wahlenb. lapp. n.* 878.

Hab. in terra uliginosa alpestri Lapponiæ subalpinæ rarius; ceterum solummodo Oelandiæ in Södra Alfvaren ex. gr. inter Resmo et Stenåsa non parce.

Quamquam valde fistulosus, tamen praecedenti eximie affinis videtur.

460. STEREOCAULON.

Schreb. in gen. pl. n. 1668. p. Achar. lich. univ. p. 113.

Tubercula explanata marginata subcornea (undique magis concolora). — *Stipes valde solidus totus fibrosus ramosus: foliolis plus minus granulosis, versus tubercula frequentioribus.*

1666. STEREOCAULON *paschale:* stipite nudiusculo, tuberculis subterminalibus. *Achar. synops. p.* 284. *Fries exs. n.* 89.

Lichen paschalis *Linn. svec. n.* 1120.

β. pileatum: brevius fastigiatum, tuberculis solitariis terminalibus dilatatis. *Fries exs. n.* 88

Hab. in terra macra saxisque prope sylvas totius Sveciæ frequenter.

Stipes plerumque crassitudine fili valde ramosus, etiam Svecice *Fastlagsris.*

1667. STEREOCAULON *tomentosum:* stipite tomentoso, tuberculis lateralibus. *Fries exs. n.* 90.

Hab. inter muscos sylvarum elatiorum Smolandiæ, Helsingiæ etc. passim.

Praecedente majus et praesertim crassius; stipite tomentoso pennam gallinaceam interdum crasso.

461. GYROMIUM.

Gyrophora *Ach. meth. p.* 100. *t.* 2. *f.* 6. Lichenes umbilicati *Linn. svec. n.* 1103-1108. Umbilicaria *Hoffm.* - *Schærer in Sering mus. helv.* 1. *p* 85-114.

Patellulæ fructus subcarbonaceæ gyroso-plicatæ infra superficiem induratam seminula discreta foventes, vel in ultima specie planæ (Lecideæ) sine gyris induratis. — *Frons vero semper graniti infixa ex umbilico unico gyrose evolvitur instar gyrorum intestinalium (hinc Gyromium potius quam Gyrophora, quod nomen in ultimam speciem minus quadrat), ceterum omnino libera* 1) *subæqualis (non pustulata)* a) *subtus glabriuscula n.* 1668-1672 b) *subtus hirsuta n.* 1673-1675. 2) *pustulata n.* 1676.

1668. GYROMIUM *polyphyllum:* frondibus congestis lævibus glabrisque supra nigro-umbrinis subtus aterrimis, patellulis concentrice plicatis. — *Linn. svec. n.* 1104. *Dill. musc. p.* 225. *t.* 30. *f.* 129. *Wahlenb. lapp. n.* 925.

G. glabra *Achar. meth. p.* 101. *syn. p.* 65. *Flörke in Berl. mag.* 1810. *p.* 60.

(U. atropruinosa *Schærer l. c. p.* 109. *t.* 12-14. hujus forsan var. alpina?).

Hab. in lapidibus et scopulis elatis ubique.

Frons tenuissima omnium, sed durioris substantiae, hinc tam polyphylla et raro fructificans. Superficies inferior atropruinosa videtur, superior sine pulvere ut etiam nitore. Patellulae incipiunt omnino ut Lecideae margine integro humi-

li, intra quem dein alii margines elevantur (hinc impressio in pagina inferiore, ut recte Schaerer).

1669. GYROMIUM *deustum*: frondibus supra fuliginosis infra punctatis dilutioribus, patellulis concentrice plicatis. — *Linn. svec. n.* 1105. *Westring färgl. t.* 22. *Achar. meth. p.* 102. *syn. p.* 66. *Wahlenb. ups. n.* 930.

Hab. in lapidibus et saxis campestribus Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam passim.

Praecedenti forsan nimium affinis et status veterior vel alio modo mutatus, fronde quasi se dissolvente in fuliginem paginae superioris pro pruina inferioris. Patellulae omnino similes, sed frequentiores.

1670. GYROMIUM *hyperboreum*: fronde rugoso-verrucosa fusco-olivacea subtus nigra subscrobiculata glaberrima margine erosa, patellulis demum parallele plicatis. *Achar. meth. p.* 104. *synops. p.* 66. *prodr. p.* 146. *Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 89. *t.* 2. *f.* 2. *Wahlenb. lapp. n.* 924.

U. ænea β *Schærer l. c. p.* 194.

Hab. in saxis elatis apricis subalpinis ubique frequenter, Dalecarliæ copiosissime; etiam adjacentium regionum usque ad Upsaliam et Ostrogothiam maritimam passim.

Praecedentibus et longe crassior et latior et omnimodo explicatior.

1671. GYROMIUM *erosum*: fronde gyroso-cribrata erosaque olivaceo-fusca subtus cinerea ad gyros pertusos fimbriata papillosaque, patellulis gyrosis irregularibus. — *Swartz Nov. Act. Ups.* 4. *p.* 250. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 87. *t.* 2. *f.* 1. (*Westring ib.* 1793. *p.* 45.) *syn. p.* 65. *Wahlenb. lapp. n.* 925. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 110.

Hab. in saxis perflatis editis præcipue subalpinis omnibus frequenter, sed etiam ad littora maris Roslagiæ alibique passim; Upsaliæ rarissime.

Sequentibus propius accedit substantiâ suâ, gelatinam puriorem praecipue e pagina inferiore edente, in qua fimbriae gyris cribratis paginae superioris mire respondent.

1672. GYROMIUM *proboscideum:* fronde membranaceo-extenuata reticulato-rugosa olivaceo-nigrescens erosa subtus ad umbilicum nigrescente, patellulis margine prominentibus demum gyrosissimis. — *Linn. svec. n.* 1106. *spec. pl. ed.* 1. *p.* 1150. *ed.* 2. *p.* 1617. *Ach. prodr. p.* 147. *syn. p.* 64. *Wahlenb. lapp. n.* 926. L. mesenteriformis *Rutström diss. p.* 15.

Hab. in saxis alpium omnium frequentissime, dein per juga elatiora sylvarum usque ad Vermelandiam passim; Ostrogothiæ rarius, Hallandiæ.

Quodammodo medium inter sequens et G. hyperboreum.

1673. GYROMIUM *cylindricum:* fronde subcoriacea lævi livido-cinerea margine ambituque subtus nigro-fibrillosa ad umbilicum albescente, patellulis elevatis primum subcylindricis demum concentrice circinatis. — *Linn. am. ac.* 2. *p.* 243. (postea sub præcedente in spec. pl. ed. 2. p. 1617). *Achar. meth. p.* 107. *syn. p.* 65. *Wahlenb. lapp. n.* 927. *Hedwig st. cr.* 2. *t.* 1. A. (L. proboscideus). *Dillen. musc. p.* 218. *t.* 29. *f.* 116.

Hab. in scopulis maxime elatis summarum alpium passim; ceterum raro in montibus altioribus Vermelandiæ ferrimontanæ.

Certe differre videtur a praecedente: frondibus incrassatis, demum albescentibus aequabilibus, a sequentibus, patellulis insigniter elevatis.

1674. GYROMIUM *velleum:* fronde coriacea lævi cinerascente subtus nigro-hirsuta, patellulis impressis crassius marginatis circinatoque plicatis. — *Linn. svec. n.* 1103. *Wahlenb. lapp. n.* 928.
U. depressa *Schærer l. c. p.* 93. *t. t.* 10. 11.

β. spadochroum: fronde subtus tantum scabra aterrima. G. spadochroa *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 93. *t.* 2. *f.* 4.

δ. murinum: fronde subtus læviuscula nigra. G. murina *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 91. *t.* 2. *f.* 3. *syn. p.* 69. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 109.

γ. hirsutum: tenuius, subtus magis cinereo hirsutum. G. hirsuta *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1794. *t.* 3. *f.* 1. *syn. p.* 69. *Aspegren bleking. p.* 86.

Hab. in rupium lateribus irrigatis occultis Lapponiæ passim; dein præcipue *β* ad mare occidentale Bahusiæ, Vestrogothiæ etc. nec non ad orientale Ostrogothiæ alibique, ubi etiam *δ* locis siccioribus, passim; *γ* præsertim in Svecia interiore etiam Upsaliæ, sed rarissime et tenuiter fructificans.

Hae omnes formae in diversis nostris regionibus quam evidentissime confluunt, nec dubium eas humiditati aliisve causis similibus ortum debere. Itaque optime a Cl. Schaerer l. c. conjunguntur; sed neutra eorum ad sequens accedere vidi. In genere propriis observationibus in Svecia institutis nisus sum; nec tamen dubito, quin hujus generis species polymorphae, in alpium helveticarum cacuminibus granitoideis congregatae, longe aliter se sistant.

1675. GYROMIUM *polyrrhizon:* fronde subcartilaginea sinuata supra lævigata fusco-ænea subtus atra fibroso-pannosa, patellulis immarginatis tenuissime gyrosis nitidis. — *Linn. svec. n.* 1108 *Ach Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* — *t.* 3. *f.* 2. *syn. p.* 67. (G. pellita). *Wahlenb. ups. n.* 932. *Aspegr. blek p.* 86.

Hab. in lapidibus et scopulis elatis vento expositis præcipue ad lacus majores Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam passim.

A praecedentis varietatibus omnibus differt non tantum substantia dura fragili extus nitida, verum praecipue fructûs gyris omnium minimis, ex ipsa fronde discrete enatis, sine margine ullo communi. Saxo quoque adprimitur magis quam affinia, unde villus ejus radicularum officio perfungi saltem in humiditate conservanda videtur, hinc Linnaei nomen optimum.

1676. GYROMIUM *pustulatum:* fronde pustulata cinereo-virescente subtus scrobiculata glabra pallide umbrina, patellulis marginatis disco plano integro. *Linn. svec. n.* 1107. *Sv. Bot. t.* 65. *Westring färgl. t.* 13. *Ach. syn. p.* 66. *Wahlenb. ups. n.* 934. *Aspegren bleking. p.* 86.

Hab. in lapidibus et saxis campestribus Sveciæ temperatioris ubique.

Etiam glomerulis fruticulosis atris valde insigne, unde forsan Svecis *Tusch-laf.*

462. OPEGRAPHA.

Achar. meth. p. 16. (incl. Graphide *syn. p. 80*).

Patellulæ elongatæ (Lirellæ) indivisæ vel compositæ: disco lineari plus minus aperto intra margines subparallelos. — *Stirps crustacea inconspicua plus minus albescens; lirellis* 1) *a crusta bene diversis margine atro* (Opegrapha Ach. syn. p. 70.) a) *indivisis discretisve n.* 1677-1679. b) *subramosis conjunctisve n.* 1680-1682. 2) *a crusta potius marginatis: marginibus obsoletioribus* (Graphis Achar. synops. p. 80.) *n.* 1683-1685.

1677. OPEGRAPHA *notha:* crusta subleprosa albida, lirellis indivisis sparsis latiusculis difformibusque disco demum plano subimmarginato aterrimo. *Ach. meth. p.* 17. *syn. p.* 76. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1282. *f.* 1.

β. signata: crusta tenuissima, lirellis longioribus. *Achar. l. c. Fries exs. n.* 32.

Hab. in cortice rimoso arborum frondosarum nobiliorum ex. gr. Fraxini, Aceris, Tiliæ Sveciæ temperatioris ubique; *β* præsertim in Fago.

Fructificatio hujus magis elevata et conspicua quam in sequentibus, quamvis lineam raro longa.

1678. OPEGRAPHA *vulvella:* crusta tenuissima alba, lirellis indivisis sparsis oblongo-ellipticis disco aperto concavo intra margines subinflexos elevatos. *Achar. meth. p.* 19. *t.* 1. *f.* 9.

Hab. in cortice veteriore Betulæ rarius ex. gr. Upsaliæ, Vermelandiæ.

Fructus vix semilinea longiores, sed eximie regulares.

1679. OPEGRAPHA *rimalis*: crusta effusa tenuissima cinereo-virente variaque, lirellis emergentibus indivisis sublinearibus rectiusculis disco canaliculato-rimali marginibus tumidulis. *Achar. synops. p.* 77. *Fries exs. n.* 31.

β. rubella: lirellis magis irregularibus subdivisis. *Fries exs. n.* 64.

Hab. in cortice æquabili Fagorum Sveciæ meridionalioris passim.

Fructus inconspicui vix nisi rimularum instar brevissimarum hiantes.

1680. OPEGRAPHA *macularis:* crusta obsoleta, lirellis emergentibus contiguis demum rugosis rimulis hinc inde hiantibus. *Ach. syn. p.* 72. *Fries exs. n.* 50.
Hab. in cortice æquabili Fagorum passim, Quercuum rarius.

Maculas satis conspicuas aterrimas constituunt fructus, in quibus tamen rimulae pauciores tantum hiant.

1681. OPEGRAPHA *vulgata:* crusta subcartilaginea rimulosa albo-virente, lirellis confertis subteretibus flexuosis nitidulis rimis longioribus. *Achar. syn. p.* 73. — L. rugosus *Linn. svec. n.* 1059.
Hab. in cortice squamuloso Pinus Abietis sylvarum majorum saltem Sveciæ temperatioris passim.

Crusta crassula circa fructus se elevat.

1682. OPEGRAPHA *denigrata:* crusta determinata lævigata pallescente, lirellis elevatis longis flexuosis ramosisque passim anastomosantibus disco canaliculato. *Ach. lich. univ. p.* 259. *Fries exs. n.* 65.
Hab. in cortice æquabili Fagorum saltem Smolandiæ occidentalis.

Sequentem refert scripturis suis, sed hujus elevatae nigerrimae sunt.

1683. OPEGRAPHA *scripta:* crusta lævigata albescente sublimitata, lirellis emergentibus angustissimis nudis flexuosis ramosisque disco subrimæformi intra marginem crustæ. — *Linn. svec. n.* 1057. *Achar. syn. p.* 81. *Fries exs. n.* 33.
β. pruinosa, lirellis minoribus. *Achar. l. c.*
Hab. in cortice lævi arbuscularum præcipue Corylorum frequenter.

1684. OPEGRAPHA *serpentina:* crusta rimulosa albissima demum leprosa, lirellis immersis angustissimis curvatis ramosisque disco rimæformi sub margines crustæ. *Achar. syn. p.* 83.
Hab. in cortice vetustiore rimoso Fagorum Sveciæ meridionalis rarius.

Crusta multo crassiore fovente lirellas fere clandestine serpentes differt.

1685. OPEGRAPHA *radiata:* crusta tenuissima lævigata pallescente, lirellis immersis compositis radiis variis. *Fries exs. n.* 24.

Hab. in epidermide Fagorum rarius.

463. LECIDEA.

Ach. meth. p. 32. *t.* 2. *f.* 2. Lichenes crustacei aliquot *Linn.*

Patellulæ orbiculatæ a crusta totæ diversæ subcarbonaceæ, margine sibi simili sæpe obsoleto, disco æquabili infra superficiem duriusculam fovente seminula discreta. — *Stirps plus minus crustacea* 1) *leprosa vel verrucosa* a) *patellulis atris nudis n.* 1686-1704. b) *pruinosis n.* 1705-1709. 2) *effigurata plus minusve squamacea n.* 1710-1718.

1686. LECIDEA *parasema:* crusta tenui contigua cinerascente nigro-limitata, patellulis explanatis marginatis totis atris. *Ach. syn. p.* 17. *Hoffm. en. lich. p.* 27. *t.* 5. *f.* 3. 4. *Wahlenb. lapp. n.* 896.

Hab. in cortice arborum frondosarum præcipue Populi et Alni ubique.

1687. LECIDEA *sangvinaria:* crusta leprosa subverrucosa albicante, patellulis hemisphæricis atris subtus sangvineis. — *Linn. svec. n.* 1060. *Ach. syn. p.* 19. *Engl. Bot.* 3. *t.* 153. *Wahlenb. lapp. n.* 897.

Hab. in cortice arborum sylvestrium inprimis Juniperi passim.

Proximis major, patellulis saepe lineam latis.

1688. LECIDEA *dolosa:* crusta effusa subpulverulenta ferrugineo-cinerascente, patellulis minutis planis subimmarginatis atris. *Wahlenb. lapp. n.* 898. *Ach. meth. suppl. p.* 11. *lich. univ. p.* 181. *syn. p.* 19. *Fries exs. n.* 66.

Hab. in cortice frustuloso Abietis Lapponiæ et Smolandiæ rarius.

1689. LECIDEA *muscorum:* crusta granulacea effusa albicante, patellulis submarginatis demum hemisphæricis subconfluentibus totis atris. *Swartz Nov. Act. Ups.* 4. *p.* 245. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1003. *f.* 1.

Achar. meth. p. 53. — L. sabuletorum *Flörke in Berl. mag.* 1808. *p.* 309. *Wahlenb. lapp. n.* 899.

Hab. ad terram sabulosam supra muscos destructos locis elatis etiam alpinis passim.

1690. LECIDEA *decolorans:* crusta granulosa albo-cinerea; granulis demum in pulverem virescentem varium fatiscentibus, patellulis? planiusculis rubicundis fuscisve margine pallidiore demum difformi. — *Flörke in Berl. mag.* 1809. *p.* 195. *Ach. syn. p.* 37. *Wahlenb. lapp. n.* 915. *Fries Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 268.

Hab. in campis sterilissimis desertis Sveciæ septentrionalis frequenter, ceterum ad saxa sylvatica elata passim.

Ob affinitatem cum praecedente huc relata, sed charactere forsan magis cum Lichenibus convenit.

1691. LECIDEA *uliginosa:* crusta granulacea subgelatinosa viridi-fuscescente, patellulis demum hemisphæricis totis atris. *Achar. syn. p.* 25.

Hab. in terra atra vegetabili locis uliginosis passim.

Valde inconspicua species, ab humo atra difficilius distingvenda.

1692. LECIDEA *coniops:* crusta granulacea inæquabili ferrugineo-cinerea nigro-limitata: granulis sublobatis, patellulis planis elevato-marginatis atris. *Wahlenb. lapp. n.* 901. *Achar. meth. suppl. p.* 8. *lich. univ. p.* 171. *syn. p.* 20.

Hab. in petris littoralibus mari procelloso sæpe conspersis Finmarkiæ passim copiose.

Crusta cinerem fere refert, in qua patellulae eximie elevatae et tenuiter marginatae fere ut in Lichenibus.

1693. LECIDEA *atro-alba:* crusta effusa tenuissima atra: glebulis convexis elevatis albicantibus patellulis immixtis planiusculis atris. — *Linn. svec. n.* 1064. *Ach. syn. p.* 11. *Wahlenb. lapp. n.* 902.

Hab. in lapidibus et saxis apricis vulgatissime.

Plerumque glebulae albae puncto parum majores bene discretae, sed interdum increscunt et subcontiguae evadunt, itemque fuscescunt ut difficilius a sequente distingvatur.

1694 LECIDEA *fusco-atra:* crusta tenuissima nigricante: areolis planis castaneis nitidis dilutius marginatis, patellulis inter areolas elevatis convexis atris. — *Linn. svec. n.* 1063. *Jacqu. coll.* 2. *t.* 14. *f.* 3. *Achar. syn. p.* 12. *Wahlenb. lapp. n.* 906.

Hab. in saxis et scopulis magis sylvestribus frequenter.

Plerumque duplo triplove latior praecedente.

1695. LECIDEA *lapicida:* crusta tartarea rimosa sublævigata alba, patellulis inter areolas crustæ depressis confluentibus planisque margine tenui aterrimis. *Achar. prodr. p.* 61. *syn. p.* 13. *Engl. Bot.* 12. *t.* 821. (L. contiguus).

β. lithophila *Achar. lich. univ. p.* 160. — L. petræa *Wahlenb. lapp. n.* 912.

Hab. in lapidibus apricis ubique.

Patellulis suis depressis lapidem forsan magis rodit quam affines ex analogia Lichenis calcivori.

1696. LECIDEA *confluens:* crusta subeffusa rimulosa æquabili fumoso-cinerea, patellulis primum crustam subæquantibus demum convexis confluentibus aterrimis. — *Web. spicil.* 180. *t.* 1. *f.* 2. *Fl. Dan.* 8. *t.* 1350. *f.* 1. *Achar. syn. p.* 16.

Hab. in saxis et rupibus magis sylvestribus passim.

Crusta saepe locis humidis ochracea, patellulis multiplo majoribus et convexioribus quam in proximis.

1697. LECIDEA *rivulosa:* crusta rimulosa tartarea subspongiosa asperulaque umbrino-cinerea, patellulis elevatis concaviusculis marginatis fusco-nigris. *Ach. meth. p.* 58. *syn. p.* 29. *Wahlenb. lapp. n.* 905.

Hab. in lapidibus saxisque elatis alpium præsertim maritimarum Finmarkiæ et Nordlandiæ passim.

Crusta intus alba, superficie in sicco obscure cinerea in humido umbrina.

1698. LECIDEA *silacea:* crusta verrucosa inæquali rubra, patellulis subelevatis planis angulatis atris. *Achar. meth. p.* 48. *syn. p.* 22. *Engl. Bot.* 16. *t.* 1118. *Wahlenb. lapp. n.* 908.

Hab. in lapidibus scopulisque ferrugine correptis ad alpes et lacus majores etiam Sveciæ mediæ passim.

Crustae verrucae intus albissimae. Patellulae semper aterrimae explanatae; margine tenui vix elevato.

1699. LECIDEA *Oederi:* crusta tenui granulata subpulveracea ochraceo-ferruginea, patellulis minutis elevatis margine discoque tumidulo pulverulento nigricante. — *Swartz Nov. Act. Ups.* 4. *p.* 245. *Engl. Bot.* 16. *t.* 1117. *Achar. meth. p.* 49. *syops. p.* 22. *Wahlenb. lapp. n.* 909. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 258.

Hab. in lapidibus pæne ut præcedens a Lapponia ad Vermelandiam fere ubique; dein Smolandiæ.

Crusta intus concolor vel obsolete virens. Patellulae quasi contractae angustiores quam in praecedente.

1700. LECIDEA *atrata:* crusta tenui rimulosa punctulata aterrima, patellulis innatis urceolatis concoloribus. *Wahlenb. lapp. n.* 910. *Achar. lich. univ. p.* 152. *syn. p.* 11.

Hab. in petris siccis promontorii maritimi Rypklubb Qvalöæ Finmarkiæ occidentalis.

Verrucariae aractinae formam explicatiorem refert: patellulis fere verrucaeformibus supra excavatione hemisphaerica tantum insignitis.

1701. LECIDEA *fumosa:* crusta rimoso-areolata subcartilaginea lævigata grisea, patellulis innatis elevato-marginatis atris. *Flörke in Berlin. mag.* 1809. *p.* 312. *Achar. synops. p.* 12. *lichen. univ. p.* 157. *Wahlenb. lapp. n.* 911.

Hab. locis occultioribus in iisdem petris Finmarkiæ ac præcedens parcius.

Partes omnes duplo triplove majores quam in praecedente.

1702. LECIDEA *citrinella:* crusta granulato-pulverulenta viridi-flava, patellulis marginatis disco demum papillosis atris intus concoloribus. — *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 135. *t.* 5. *f.* 5. *syn. p.* 25. *lichen. univ. p.* 179. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1822. *p.* 157. *Schrad. diar. bot.* 1801. 1. *p.* 73. *Aspegren bleking. p.* 86.

Hab. in rupium fissuris terræ instrata per regiones

magis alpestres, ut in Åreskutan Jemtlandiæ et variis locis Smolandiæ occidentalis, Blekingiæ.

Eximie inaequabilis, saepe initio tota verrucosa et in hoc statu L. scabrosa dicta.

1703. LECIDEA *atrovirens*: crusta tenuissima nigricante: areolis planiusculis contiguis vivide citrinis, patellulis inter areolas depressis marginique earum adnatis planis atris. — *Linn. svec. n.* 1062. *Hoffm. pl. lich.* 1. *p.* 83. *t.* 17. *f.* 4. *Achar. meth. p.* 45. *synops. p.* 21.

β. alpicola: areolis sparsis lutescentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 907.

Hab. in lapidibus saxisque apricis ubique frequenter.

Color vividissimus satis constans, quamvis superficialis.

1704. LECIDEA *petræa*: crusta leprosa rimulosa orbiculari alba, patellulis crustæ innatis subconcentricis disco impresso margine tumidulo atris. — *Wulf. in Jacqu. coll.* 3. *p.* 116. *t.* 6. *f.* 2. *Achar. meth. p.* 57. *lich. univ. p.* 155. *syn. p.* 15. *Hoffm. germ. p.* 184. *pl. lich. t.* 50. *f.* 2.

L. concentricus *Davies in Linn. Act.*

Hab. in petris calcareis inprimis fodinarum Salæ Vestmanniæ non raro.

Patellulae hujus quoque lapidi calcareo fere innatae, quamvis minus quam in Lichene calcivoro et calcareo, quibus re vera affinis. Tota aequabilis est fere ut Lecidea lapicida.

1705. LECIDEA *amylacea*: crusta tartareo-pulverulenta inæquabili pallido-alba, patellulis emergentibus pruinosis convexis demum immarginatis atris. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 191. *t.* 6. *f.* 6. *meth. p.* 159. *lich. univ. p.* 173. *synops. p.* 16. *Wahlenb. lapp. n.* 913.

Hab. in rupibus schistosis occultis interdum irrigatis inferalpinis Lapponiæ norvegicæ passim, aliarumque regionum altiorum rarius ex. gr. Ostrogothiæ in monte Omberg ad Vettern et prope Kolmorden.

Praecedente multo magis inaequabilis, patellulis praecipue elevatis sparsis.

1706. LECIDEA *sulphurea:* crusta rimosa granulosa pallide sulphurea, patellulis subinnatis demum convexis pruinosis nigrisque. *Hoffm. pl. lich.* 1. *p.* 56. *t.* 11. *f.* 3. *Ach. meth. p.* 159. *syn. p.* 37. *Wahlenb. lapp. n.* 914. *ups. n.* 944.

Hab. in lapidibus petrisque campestribus et subalpinis passim.

Maxime inaequabilis patellulis per crustam eximie protuberantibus.

1707. LECIDEA *corticola:* crusta granulato-areolata inæquali albissima, patellulis minutis subimmersis glauco-pruinosis demum subglobosis atris. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 157. *t.* 5. *f.* 6. *syn. p.* 52. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1350. *f.* 2.

Hab. in cortice vetusto Quercus Smolandiæ, Ostrogothiæ, Upsaliæ etc. passim.

1708. LECIDEA *Dilleniana:* crusta leprosa molli demum gyrose corrugata plicataque rutilanter cæsia, patellulis planiusculis elevatis cæsio-pruinosis demum nigricantibus. — *Ach. prodr. p.* 57. *t.* 1. *f.* 1. *meth. p.* 55. *lich. un. p.* 188. *syn. p.* 30. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 109.

Hab. Norrcopiæ in rupe Ljuraberget dicta prope Presttorp non parce (et Stockholmiæ ad Nacka nec non Haga rarius: *Carl Stenhammar*).

Odorem Violae spargit quamvis debiliorem quam Jolithus. Crusta primum leprosa, demum fere alutacea eximie cohaerens et tenax intus alba spongiosaque. Sub patellulis substantia umbrina.

1709. LECIDEA *glaucoma:* crusta tartarea rimoso-areolata æquabili albo-cinerascente, patellulis crustæ immersis planis glauco-pruinosis demum convexis atris. — *Achar. meth. p.* 160. *syn. p.* 165. *Hoffm. pl. lich. t.* 52.

Hab. in lapidibus campestribus elatis saltem Veciæ mediæ et littoralis frequenter.

Primum Lichen videtur, sed demum Lecideam se esse aperte ostendit.

1710. LECIDEA *scalaris:* squamis subdiscretis crenatis adscendentibus utrinque pallido-cervinis subtus pul-

verulentis, patellulis marginatis nigro-glaucescentibus. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 127. *t.* 5. *f.* 1. *meth. p.* 78. *syn. p.* 52.

β. myrmecina: squamis magis obscure cervinis adpressisque, patellulis aterrimis dilatatis. *Achar. meth. p.* 78. *syn. p.* 52. *Wahlenb. lapp. n.* 916. (nec Friesii Vet. Ac. H. 1822. p. 257. Fries exs. n. 28).

Hab. in cortice frustuloso pini prope terram passim; *β* in ligno carbonato præsertim Lapponiæ frequenter.

Singularis omnino species non nisi in cortice maxime frustuloso Pini sylvestris vel etiam in ligno carbonato, nec unquam in putrescente ut Friesii l. c. a L. muscorum minus distantis.

1711. LECIDEA *microphylla:* squamacea effusa cervino-fusca; squamis papilloso-lobatis aggregatis, patellulis convexis nigris. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1795. *p.* 131. *t.* 5. *f.* 3. *prodr. p.* 91. *meth. p.* 76. *syn. p.* 53. *Wahlenb. lapp. n.* 917. *ups. n.* 949.

β. radiata: crusta tenuius lacinulata, scutellis concavis marginatis. *Ach. meth.* — *Wahlenb. lapp.* — Biatora *Fries Vet. Ac. H.* 1822. *p.* 276. *exs. n.* 43.

Hab. in rupium lateribus occultis interdum humectatis passim; *β* præcipue in corticibus.

Ipsa *α* optima est Lecidea, sed *β* discedit fere ut L. decolorans a muscorum.

1712. LECIDEA *atrorufa:* crusta rugosa cinereo-rufescente extus squamacea: squamis sublobatis, patellulis demum difformibus fusco-atris. — *Dicks. cr.* 4. *p.* 22. *t.* 12. *f.* 14. *Schrad. diar. bot.* 1801. 1. *p.* 75. *Achar. meth. p.* 74. *synops. p.* 51. *Wahlenb. lapp. n.* 918.

Lichen luridus *Vahl in Fl. Dan. t.* 1064. *f.* 2.

Hab. in terra uliginosa turfosa alpium maritimarum Lapponiæ passim.

Tota terrae eximie applicata, ut pagina inferior nullibi conspiciatur, sed sectione atra esse reperiatur. Superficies quoque mollior subalutacea.

1713. LECIDEA *rubiformis:* squamis crenatis cartilagineis lividis subtus albis cingentibus patellulas ag-

gregatas convexas immarginatas nigro-fuscas. *Wahlenb. lapp. n.* 919. *Achar. meth. p.* 324. *t.* 7. *f.* 5. *lich. univ. p.* 526. *syn. p.* 52.

Hab. in terra micacea humectata alpis Lyngentind Nordlandiæ septentrionalis.

Squamae maxime cartilagineae plerumque rigide adscendunt circa fructus congregatos, Rubi baccas fere referentes plus minus cuneiformes.

1714. LECIDEA *decipiens:* squamis discretis peltiformibus adnatis saturate rubris margine subtusque albis, patellulis marginalibus convexis subimmarginatis atris. — *Ehrh.* — *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 7. *t.* 1. B. *Achar. prodr. p.* 96. *meth. p.* 80. *lich. un p.* 409. *syn. p.* 52. *Wahlenb. lapp. n.* 921. *Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 143.

L. elveloides *Wulf. in Jacqu. coll.* 3. *p.* 108. *t.* 3. *f.* 3.

Hab. in terra elata madida per latera alpium maritimarum Nordlandiæ norvegicæ septentrionalis passim; in ericetis maritimis Gotlandiæ frequentius.

Squamae initio omnino discretae scutelliformes vel potius pezizaeformes (L. pezizoides Nov. Act. Ups. 4. p. 247.) margine orbiculari albo, sed dein dilatantur in formam peltae, quae denique irregularis fit et patellulis ipsa multiplo minoribus ad margines insignitur. Hinc diu decipit.

1715. LECIDEA *lurida:* squamis imbricatis suborbiculatis crenatis fusco-virentibus subtus pallidioribus, patellulis planis demum convexiusculis atris. *Swartz Nov. Act. Ups.* 4. *p.* 247. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1791. *p.* 297. — 1795. *p.* 129. *t.* 5. *f.* 2. *syn. p.* 51. *Wahlenb. Vet. Ac. Handl.* 1806. *p.* 143. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 110.

Hab. in terra ad petras calcareas Gotlandiæ, Oelandiæ et montis Kolmorden nec non Omberg Ostrogothiæ, Kinnekulle Vestrogothiæ copiose; etiam in ruderalibus ad Gripsholm.

Locis occultioribus magis irrigatis pallescit, in magis apricis siccis nigrescit verrucis numerosis fere Endocarpi. Substantiâ quoque satis crassus et tardus.

1716. LECIDEA *Wahlenbergii:* crusta gyroso-plicata flavo-viridi in ambitu lobata subimbricataque, patellulis convexis immarginatis aterrimis. *Ach. meth. p.* 81. *t.* 2. *f.* 2. *lich. univ. p.* 211. *synops. p.* 50. *Wahlenb. lapp. n.* 922.

Lichen pulchellus *Schrad. diar. bot.* 1801. 1. *p.* 74.

Hab. in lateribus rupium suboccultis humectatis per alpes summas inter Tromsö et Enontekis rarius.

Ut maxime alpina L. atrorufa haec quoque terrae maxime applicata superficiem inferiorem nullibi ostendens, quae tamen nigerrima esse videtur. Substantia valde alutacea et cohaerens, demum in glebulas insignes elevata. Color primum fere viridis, denique citrinus. Latitudo placentarum in nostris alpibus insignior saepe uncias nonnullas emetiens.

1717. LECIDEA *candida:* squamaceo-glebulosa: glebulis candido-pulverulentis plicatis crenatisque, patellulis impressis planis atris glauco-pruinosis. — *Web. spicil. p.* 193. *Ehrh. dec. n.* 49. *Hoffm. pl. lich.* 2. *p.* 33. *t.* 33. *f.* 2. *Ach. meth. p.* 79. *lich. un. p.* 212. *syn. p.* 50. *Wahlenb. lapp. n.* 920.

Hab. in muscis destructis ad radices et latera alpium maritimarum Lapponiæ norvegicæ passim.

Incipit glebulis aterrimis Collematis fere, quae demum candidissime efflorescunt, et sic magis atro-candida species quam ulla alia.

1718. LECIDEA *vesicularis:* glebulosa: glebulis vesicularibus demum difformibus subsquamosis glauco-pruinosis, patellulis immixtis planis atris. — *Hoffm. pl. lich. t.* 32. *f.* 3. *Ach. meth. p.* 78. *lich. un. p.* 214. *syn. p.* 51. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806. *p.* 143. (*Aspegren blek. p.* 86. L. candida?).

Hab. in littoribus maris Gotlandiæ passim (an etiam Blekingiæ?).

Status imperfectior littoralis esse videtur praecedentis, vesiculis magis discretis semper indeterminate coloratis.

464. VERRUCARIA.

Achar. meth. p. 113. t. 3. *f.* 1.

Verrucæ (receptacula fructus verrucæformia clausa) plus minus induratæ nigrescentesque; nucleo gelatinoso se-

minula fovente. — *Stirps parum conspicua crustacea* 1) *albescens n.* 1719 - 1724. 2) *fusco - nigrescens* a) *margines circa verrucam formans n.* 1726. 1727. b) *verrucas obtegens n.* 1725. 1728. 1729. c) *verrucas plus minus immersas fovens n.* 1730 - 1733.

1719. VERRUCARIA *epidermidis:* crusta tenuissima sublactea, verrucis oblongatis ostiolo eminentibus. *Ach. meth. p.* 118. *syn. p.* 89.
Hab. in epidermide betularum aliarumque arborum ubique.

1720. VERRUCARIA *stigmatella:* crusta subcartilaginea lævigata demum verruculosa pallescente, verrucis (fructus) minutis subastomis intus cinerascentibus. *Ach. meth. p.* 117. *lich. un. p.* 277. *syn. p.* 89.
V. cinerea *Persoon.* — *Schrad. spicil. p. - t.* 2. *f.* 2.
Hab. in cortice præsertim Populi tremulæ passim.
Quodammodo media inter proximas, sed verruculis crustae verrucas minutas fructûs punctulo omnino minores in summitate gerentibus satis diversa videtur.

1721. VERRUCARIA *gemmata:* crusta tenui effusa lævi alba, verrucis sparsis hemisphæricis papillatis. *Ach. meth. p.* 117. *t.* 3. *f.* 1. *lich. un. p.* 278. *syn. p.* 90. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 127. *Wahlenb. ups. n.* 964.
V. alba *Schrad. spicil. p.* 109. *t.* 2. *f.* 3.
Hab. in cortice frustuloso præcipue Quercus parcius.
Verrucae nudae insignes gemmulas atras quodammodo referunt. Demum totae dilabuntur relicto tantum fundo atro.

1722. VERRUCARIA *nitida:* crusta cartilagineo-membranacea lævigata pallido - cinerascens, verrucis per crustam protuberantibus confertis nitidis inæqualibus demum ostiolo depresso sese aperientibus. — *Ehrh. cr. n.* 60. *Ach. meth. p.* 121. *lich. univ. p.* 279. *t.* 4. *f.* 3. *syn. p.* 125. *Ejusd. in Berlin. Mag.* 6. *p.* 21. *Fries exs. n.* 35. *Aspegr. blek. p.* 87.
Hab. in cortice læviori Carpini et Fagi per provincias meridionales.
Insignior praecedentibus verrucis copiosis interdum seminis Sinapis magnitudine nunquam delabentibus.

1723. VERRUCARIA *muralis:* crusta subtartarea rimulosa alba, verrucis immersis papillatis ostiolo demum dilatato albo-pruinoso. *Ach. meth. p.* 115. *lich. un. p.* 288. *syn. p.* 95.

β. crusta magis continua, verrucis nudis. V. Schraderi *Ach. ll. cc.*

γ. papillosa: crusta magis rimoso-papillata, verrucis minoribus elevatioribus. *Achar. lich. univ. p.* 286 et V. lithina *ib. p.* 287. *Berlin. Mag.* 6. *p.* 24. *t.* 2. *f.* 27.

Hab. in muris calce illinitis antiquis passim; *β* in petris calcareis ex. gr. Oelandiæ et ad Marmorbruket in Kolmorden; *γ* in fodinis calcareis Salæ.

Varietas *α* Licheni calcareo analoga, *β* L. calcivoro quodammodo parallela, *γ* crustam fere Variol. lacteae habet; attamen eas ut species diversas proponere valde dubito.

1724. VERRUCARIA *epigea:* crusta tenui subspongiosa inæquabili pallida, verrucis minutis immersis ostiolo prominentibus. *Ach. meth. p.* 123. *syn. p.* 96.

Hab. in terra succosa declivi occulta passim, etiam in maritimis Finmarkiæ Endocarpo tephroidi proxime analoga.

1725. VERRUCARIA *umbrina:* crusta subgranulosa limitata umbrino-nigra, verrucis granulosis ostiolo eminente nudo. *Ach. meth. p.* 122. *lich. univ. p.* 291. *syn. p.* 126. (Pyrenula nigrescens). *Berl. Mag.* 6. *p.* 23.

Hab. in lapidibus præsertim lateritiis frequenter, ad littora maris etiam Finmarkiæ.

Crustae color variat ab umbrino ad nigrum; attamen status umbrinus verrucas granulis fere tectas optime ostendit.

1726. VERRUCARIA *clopima:* crusta rimuloso-tuberculata fusca intus albescente; tuberculis majoribus verrucam immersam supra concaviusculam ostiolo eminente gerentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 886 *et meth. lich. suppl. p.* 19. *Ach. lich. univ. p.* 287. *syn. p.* 120. *Berl. Mag.* 6. *p.* 13. *t.* 1. *f.* 10. *a-c.*

Hab. in rupibus inferalpinis aqua nivali sæpe irrigatis umbrosisque Finmarkiæ Nordlandiæque norvegicæ passim.

Crusta in intimis rimis rupium satis crassa subtartarea fusco-pallida diversissima a reliquis, sed in locis apricis tenuior granulosa nigrescens praecedenti non dissimilis.

1727. VERRUCARIA *fuliginea:* crusta pulveraceo-flocculosa conglomerataque aterrima; acervulis majoribus verrucam papillæformem foventibus. *Wahlenb. lapp. n.* 887. *Ach. syn. p.* 121.

V. lignyota *Ach. meth. suppl. p.* 20. *lich. univ. p.* 287. *Berlin. Mag.* 6. *p.* 13. *t.* 1. *f.* 11. *a-c.*

Hab. in rupibus aqua nivali interdum perfusis Finmarkiæ raro copiose.

Verrucae ipsae fructus duplo triplove minores quam in proximis, in acervulis crustae tam immersae ut fere occultatae sint: apiculo punctiformi tantum intra margines conspicuo.

1728. VERRUCARIA *margacea:* crusta rugosa rimulosaque inæquali cinerea, verrucis conoideis papillatis concoloribus. *Wahlenb. lapp. n.* 888. *Achar. lich. univ. p.* 315. *t.* 5. *f.* 3. *syn. p.* 127. *Berlin. Mag.* 6. *p.* 24. *t.* 2. *f.* 26.

β. æthiobola: verrucis tumidioribus, crusta fuscescente. *Wahlenb. l. c. Ach. lich. un. p.* 292. *syn. p.* 125. *Berlin. Mag.* 6. *p.* 21. *t.* 2. *f.* 23.

Hab. in petris aqua nivali sæpe perfusis inferalpinis Nordlandiæ et Finmarkiæ rarius.

1729. VERRUCARIA *aractina:* crusta æquabili rimulosa subnitida punctato-scabrida aterrima, verrucis conoideis supra plano-impressis. *Wahlenb. lapp. n.* 889. *Ach. lich. univ. p.* 292. *syn. p.* 121. *Berl. Mag.* 6. *p.* 14. *t.* 1. *f.* 13.

Hab. in petris littoralibus aqua marina sæpe adspersis per totam Finmarkiam et Nordlandiam frequenter.

1730. VERRUCARIA *maura:* crusta æquabili rimulosissima lævigata atra, verrucis minutis occultis apice prominentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 890. *Ach. lich. un. p.* 291. *syn. p.* 95. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 131. *Aspegren bleking. p.* 87.

Hab. in saxis petrisque maritimis ubique, etiam ad lacus frigidiores rarius.

1731. VERRUCARIA *striatula:* crusta dendritica virente-atra limitata; radiis convexis, verrucis conoideis supra excavatis. *Wahlenb. lapp. n.* 891. *Ach. lich. univ. p.* 293. *syn. p.* 95.
Hab. in petris quartzosis littoralibus Finmarkiæ ex. gr. ad Posekov Altensium.

1732. VERRUCARIA *mucosa:* crusta gelatinoso-mucosa lævissima nigro-virente, verrucis minutis immersis ostiolo prominente. *Wahlenb. lapp. n.* 892. *Ach. lich. un. p.* 282. *syn. p.* 93.
Hab. in petris maritimis sub fluxu inundatis Finmarkiæ Nordlandiæque frequenter.

1733. VERRUCARIA *ceuthocarpa:* crusta subgelatinosa determinata rimoso-radiata crenata atra, verrucis minutis immersis apiculo prominente. *Wahlenb. lapp. n.* 893. *Ach. lich. un. p.* 283. *syn. p.* 93.
Hab. in foveis petrarum aquam marinam inter fluxus conservantibus Finmarkiæ passim copiose.

465. ENDOCARPON.

Hedwig st. cr. 2. *p.* 56. *t.* 20. A. *Achar. meth. p.* 125. *t.* 3. *f.* 3.

Bursulæ (conceptacula fructus clausa) plus minus membranaceæ stirpi fere concolores intus gelatinosæ. — *Stirps explanata* 1) *crustacea n.* 1734-1736. 2) *foliolacea n.* 1737. 1738. 3) *umbilicata n.* 1739-1741.

1734. ENDOCARPON *pertusum:* crusta subcartilaginea albicante glebulosa; glebulis bursulas aggregatas ostiolis separatis se aperientes gerentibus. — *Linn. mant. p.* 131. *Flor. Dan. t.* 766. *Achar. meth. p.* 131. (Thelotrema). *synops. p.* 109. (Porina). *Fries exs. n.* 93.

α. melanostoma: bursulis fere verrucæformibus superficialibus atris. *Bernhardi* —

β. xanthostoma: bursulis paullo majoribus flavescentibus. *Sommerfelt Vet. Ac. H.* 1823. *p.* 115.

γ. levcostoma: bursulis majoribus profundis contiguis demum se per ostiola crustæ concolora aperientibus. *Bernhardi* —

δ. fallax: ostiolis subconfluentibus. *Aspegren bleking. p.* 87.

Hab. in corticibus mollioribus arborum frondosarum passim; α optima in Salicibus; β in Junipero; γ et δ præcipue in Fago.

Itaque demum ad sequentem valde accedit, vixque nisi bursulis cum crusta semper cohaerentibus differt.

1735. ENDOCARPON *lepadinum*: crusta cartilaginea alba verrucosa: verrucis bursulam solitariam includentibus: marginibus utriusque demum a se invicem solventibus. — *Achar. prodr. p.* 30. *meth. p.* 132. (Thelotrema). *lich. univ. p.* 312. *synops. p.* 115. — *Schrad. diar. bot.* 1801. 1. *p.* 69. *Fries exs. n.* 38. *Aspegren bleking. p.* 87.
Lichen inclusus *Engl. Bot. t.* 678.

β. scutelliforme: verrucis apertis in crusta subtartarea. *Ach. syn.*

Hab. in cortice Carpini passim et hinc etiam Fagi rarius per provincias meridionales exteriores.

Quamvis a praecedente notis artificialibus facillime distinguatur, tamen cum eodem fere confluit. Nec notam aliam certam invenio quam marginem duplicem separatum scil. interiorem contractiorem a bursula, exteriorem magis dilatatum a verruca ortum, quibus Lepadem fere refert haec species. Efficitur vero haec separatio a crustae verrucis induratis cortici tenaci arboris analogis numquam collabentibus, cum contra bursulae inclusae magis gelatinosae marginem suum exsiccando retrahunt. — β marginibus verrucarum crassis margines bursularum tenuissimas fere absorbentibus ad praecedentis δ admodum recedit, nec genere naturali unquam distingvi possunt tam contiguae, nisi omnino confluentes, formae.

1736. ENDOCARPON *sinopicum:* crusta areolato-radiata sublobataque virente-rubiginosa, ostiolis impressis nigris. *Wahlenb. lapp. n.* 877. *Ach. lich. un. p.* 297. *syn. p.* 98.

Hab. in lapidibus siccis cariosis micaceis ad latera alpium et montium altiorum Lapponiæ passim et inde usque ad Vermelandiam rarius; etiam Ostrogothiæ observatum.

E. smaragdulo jam infra Lich. cervinum posito valde

analogum ostiolis interdum dilatatis, sed, quantum vidi, semper minus apertis, adeo ut ex analogia praecedentis hic manere possit usque dum systema harum Algarum magis certum evadat.

1737. ENDOCARPON *pusillum:* foliolosum subcartilagineum discretum subrotundum lobatumve olivaceo-fuscum subtus pallens, ostiolis nigricantibus. *Hedwig st. cr.* 2. *p.* 56. *t.* 20. *Achar. meth. p.* 125. (Hedwigii). *syn. p.* 99. *Wahlenb. lapp. n.* 880.

Hab. in terra et ad rupes declives montium inferalpinorum rarius.

A terra non raro se elevat et paginam inferiorem pallidiorem ostendit, nec unquam albidam ut in E. viridi Fries exs. n. 36. adhuc suspecto.

1738. ENDOCARPON *tephroides:* subfoliolosum coriaceum adnatum lobatum rimulosum cinerascens, ostiolis elevatis nigris. *Ach. meth. p.* 129. *lich. un. p.* 297. *syn. p.* 98. *Engl. Bot.* 28. *t.* 2015. *Wahlenb. lapp. n.* 879.

Hab. in terra atra ad rupes inferalpinas Lapponiæ fere ubique; etiam Oelandiæ rarius.

Substantia omnino alutacea mollis terrae semper adnata, margines aterrimos interdum ostendens. Itaque diversissima species, sed Endocarpa crustacea cum foliaceis optime connectens. Color junioris lutescens, vetustioris fere nigrescens nec unquam rufescens.

1739. ENDOCARPON *miniatum:* frondibus subumbilicatis rigidis cinerascentibus subtus fulvescentibus, ostiolis superficialibus nigrescentibus. — *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1617. *Fl. Dan. t.* 532. *f.* 1. *Achar. syn. p.* 101. *Wahlenb. lapp. n.* 881.

* evplocum: frondium lobis minutis. *Ach. meth. p.* 127. *t.* 3. *f.* 4.

β. complicatum: subtus magis fuscescens demumque nigrescens.

* leptophyllum: frondium lobis minutis. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 99.

E. leptophyllum *Ach. syn. p.* 102. *meth. p.* 127. *t.* 3. *f.* 3.

Hab. in lateribus occultis interdum humectatis rupium passim; β præsertim ad lacus elevatiores.

Locis occultioribus parum humectatis subtus optime fulvescit, locis autem magis apricis potius fuscescit et denique in humidis a sequente non facile distingvitur.

1740. ENDOCARPON *fluviatile:* frondibus subumbilicatis flexilibus olivaceis demum subtus nigrescentibus ostiolisque concoloribus. — *Web. spicil. p.* 265. *t.* 4. — *Wahlenb. lapp. n.* 882. — *Achar. meth. p.* 128. *syn. p.* 103. *Dill. musc. p.* 223. *t.* 30. *f.* 128. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 74. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 53. *Fries exs. n.* 37.

Hab. in lapidibus sub aqua rivulorum sylvaticorum per provincias altiores et frigidiores rarius.

A praecedente forsan non satis differt, tamen loco regioneque diverso plerumque facile distingvi potest.

1741. ENDOCARPON *phylliscum:* fronde peltata subgelatinosa inciso-lobulata atra, marginibus bursulisque tumentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 883. *t.* 29. *f.* 2. *Ach lich. un. p.* 300. *syn. p.* 100.

Hab. in lateribus rupium madefactis ad mare septentrionale Finmarkiæ passim et in Elfdalia Vermelandiæ prope Uddeholmsbruk rarius.

Proximis minus fronde vix lineis duabus latiore, sed fructus fere majores lobulis ipsius frondis subsimiles.

466. SPHÆROPHORON.

Achar. meth. p. 134. t. 3. f. 5.

Capitulum fructus globosum, a stipite formatum, demum undique rumpens emittensque nucleum, seminulis nudis aterrimis pulveris instar constitutum. — *Stirps fruticulosa plus minus fragilis solida nuda (sine foliolis ullis vel alio tegmine).*

1742. SPHÆROPHORON *coralloides:* stipite subindiviso; ramis lateralibus elongatis divergentibus demum varie ramulosis, capitulis subglobosis lævibus. *Achar. meth. p.* 134. *lich. un. p.* 585. *syn. p.* 287. *Wahlenb. lapp. n.* 935. *Fries exs. n.* 60.

Lichen globiferus *Linn. mant. p.* 133. *Flor. Dan. t.* 960. *Dill. musc. p.* 117. *t.* 17. *f.* 34.

Hab. in saxis occultioribus præcipue regionum frigidiorum ubique; in truncis pini Sveciæ mediæ passim, sed in variis arboribus provinciarum meridionalium copiose.

Stipes digitum saepe longus, et dein ramis ramulisque varie crescens, ad truncos arborum crebrioribus, magis albicantibus, ad saxa maxime aprica praesertim Sveciae occidentalis paucioribus obscurioribusque, quo in statu ad S. compressum accedit.

1743. SPHÆROPHORON *fragile:* stipite dichotome diviso in cæspitem fastigiatum: apicibus obtusiusculis, capitulis subturbinatis inæqualibus. *Ach. meth. p.* 155. *t.* 3. *f.* 5. *syn. p.* 287.
Lichen fragilis *Linn. svec. n.* 1121. *lapp. n.* 440. *t.* 11. *f.* 4.

Hab. in lapidibus et saxis apricis ubique.

Vix unquam uncia longius et ad basin filo crassius, sed fructus demum majores quam in praecedente, semina Cannabis aequantes, cinereo-nigrescentes.

467. CALICIUM.

Persoon. -- Ach. meth. p. 87. t. 2. f. 3-5. lich. un. p. 39. t. 3.
Calicioidea *Ach. Vet. Ac. Handl. 1815-1817.*

Capitula a crusta diversæ substantiæ plus minus carbonaceæ plerumque in stipitem elongatæ, supra efflorescentia vel quasi fatiscentia seminulis nudis liberis — *eaque* 1) *sessilia* (Cyphelium et Limboria Ach. Vet. Ac. Handl. 1815. p. 252—271.) *n.* 1744-1747. 2) *stipitata saltem intus atra* (Calicium Ach. ib. 1816. p. 110 etc.) a) *capitulis lenticularibus n.* 1748-1751. b) *magis globosis vel turbinatis n.* 1752-1754. 3) *mucoroidea: stipite molliore, capitulis undique seminuliferis* (Coniocybe Achar. ibid. 1816. p. 283. ad partem) *n* 1755-1758.

1744. CALICIUM *tigillare:* crusta citrina subcartilaginea verrucoso-areolata nuda, capitulis supra verrucas sessilibus aterrimis tumide marginatis. *Achar. syn. p.* 55. *meth. p.* 46. *t.* 2. *f.* 1. (Lecidea) *lich. un. p.* 164. *Wahlenb. lapp. n.* 895. *ups. n.* 951.

Hab. in tigillis perpendicularibus aliisque lignis fabrefactis regionum frigidiorum et maxime campestrium, saltem ad Upsaliam descendens, passim; Ostrogothiæ raro.

Verrucae crustae insigniores semper glabrae et nudae, primum eleganter viridulae, in summitate gerentes capitula nitidula vix unquam semilineam lata.

1745. CALICIUM *tympanellum:* crusta cinerea subtartarea demum verrucosa granulata pulverulentaque, capitulis inter verrucas sessilibus supra planis cinereo-pruinosis. *Achar. meth.* p. 89. *syn.* p. 56. *Vet. Ac. Handl.* 1815. p. 265. *Wahlenb. ups.* n. 950. *Aspegren bleking.* p. 87. *Fries exs.* n. 18. Lichen inquinans *Engl. Bot.* 12. t. 810.

* levcomelas: capitulis albidius pruinosis. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1815. p. 264. t. 6. f. 7.

β. viridulum: capitulis minoribus, crusta passim viridante.

Hab. in sæpimentis et parietibus ligneis præsertim regionum meridionalium et campestrium, saltem ad Gestriciam usque adscendens, passim; β in Quercu Smolandiæ, Vestrogothiæ rarius.

Crusta hujus multo tenuius divisa et capitula magis in ipso ligno inserta primum substipitata, sed demum crusta crassescit et altitudinem capitulorum omnino attingit. Capitula supra magis plana, interdum fere lineam lata, eximie efflorescentia et inquinantia seminulis suis atris.

1746. CALICIUM *variolosum:* crusta albida tenui pulverulenta effusa, capitulis sessilibus albidis demum dilatatis scutelliformibus atris. *Fries in litt.*

* levcocephalum: capitulis totis albidis. Pyrenotea levcocephala *Fries Vet. Ac. Handl.* 1821. p. 33. *exs.* n. 19. — *Ach. V. Ac. H.* 1817. p. 228.

** Lecideæ: capitulis scutelliformibus extus lacteopruinosis. Lecidea abietina *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1795. p. 139. t. 5. f. 7. *lich. un.* p. 188. *syn.* p. 50. — *Fries exs.* n. 21.

*** Limboriæ: conceptaculo atro cupulæformi. Limboria regularis *Ach. V. Ac. H.* 1815. p. 265. t. 6. f. 6.

Hab. in cortice maxime frustuloso abietis præsertim Smolandiæ.

Variae hae fructificationes non semper aetate in se invicem transmutantur, nisi gradatim ita ut certe nulli limites inter easdem exsistant. Scutella saepe lineam lata, sed fructificationes reliquae duplo minores. Mirum, quod in hoc fructificatio maxime farinosa fere Variolariae (vel Pyrenoteae Fries) incipiat et maxime indurata aperta claudat seriem, cum contra in Endocarpo pertuso fructificatio magis aperta procedat ad illam induratam clausam fere Verrucariae, quae demum stipitata evadere videtur, ut in Calicio turbinato Fries exs. n. 43.

1747. CALICIUM *sticticum:* crusta albo-cinerascente byssacea, capitulis innatis globoso-depressis disco punctiformi albido demum explanatis nigris. *Ach. Vet. Ac. H.* 1815. *p.* 269. — 1817. *p.* 222. (Limboria). *syn. p.* 97. (Verrucaria). *Fries Vet. Ac. Handl.* 1821 *p.* 554. (Pyrenotea). *exs. n.* 22.

* vetustius, capitulis explanatis. Lecidea dryina β *Ach. syn. p.* 24.

Hab. in cortice crasso Quercus inprimis Sveciæ meridionalis.

Capitula repleta puncto omnino minora, explanata paullo majora.

1748. CALICIUM *clavellare:* crusta cartilagineo-granulata cinerascente, capitulis lentiformibus: stipite brevi sursum incrassato nigro; disco pulverulento cinereo lutescenteve. *Ach. meth. p.* 90. *syn. p.* 57. C. roscidum β *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 276. *t.* 8. *f.* 6. *c.*

β. roscidum: crusta tenuiore. *Ach. meth.* — *Vet. Ac. H.* 1816. *p.* 275. *t.* 8. *f.* 6. *a. b. Fries exs. n.* 10.

Hab. in cortice frustuloso Pini aliarumque arborum passim; β in lignis.

Quia inferne tenuiores, cum clavulis comparati sunt hujus fructus (Svecis *Nubb-laf*).

1749. CALICIUM *hyperellum:* crusta granulata inæquabili flavo-virente, capitulis sublentiformibus marginatis fusco-nigris: stipite inferne dilatato demum

nitido. *Ach. meth. p.* 93. *syn. p.* 59. *Vet. Ac. H.* 1816. *p.* 273. *t.* 8. *f.* 5. *Wahlenb. lapp. n.* 929. *Fries exs. n.* 8.

β. baliolum: capitulis totis aterrimis nitidis. *Ach. meth. p.* 94. *t.* 2. *f.* 4.

Hab. in cortice duriore Abietis, Betulæ etc. passim, etiam in lignis.

Vix ullus alius oritur e crusta stipitibus tam definitis et firmis demum bis lineam longis, Svecice *Spik-laf.*

1750. CALICIUM *corynellum:* crusta leproso-pulverulenta citrina, tuberculis obconicis demum lenticularibus atris, stipite brevi. *Ach. prodr. p.* 85. *meth. p.* 94. *lich. un. p.* 234. *synops. p.* 56. *Vet. Ac. H.* 1816. *p.* 124. *t.* 5. *f.* 7. *Aspegren bleking. p.* 87.

Hab. in rupibus occultis maritimis ex gr. Bahusiæ prope Strömstad in Holkedal, Blekingiæ.

Crusta hujus pulverulenta interdum pallescit, adeo ut a Lichene haematomma vix distingvi possit. An itaque hoc Calicium degeneratio dicti Lichenis, sicut Calicia spuria scilicet C. turbinatum, stigonellum ab Endocarpo pertuso orta, quaeritur. Interea capitulis supra crustam parum elevatis a proximis speciebus facile distingvitur.

1751. CALICIUM *melanophæum:* crusta granulata conglomerata lactea, capitulis turbinato-lenticularibus subtus margineque nigris, stipite brevi basi pallescente. *Ach. Vet. Ac. H.* 1816. *p.* 276. *t.* 8. *f.* 8. *Fries exs. n.* 9.

Hab. in ligno emarcido putrescente Quercus Smolandiæ occidentalis.

Singulare est crusta regulariter granulata et basi stipitum fere ejusdem coloris.

1752. CALICIUM *sphærocephalum:* crusta tenuissima lævigata cinerascente, capitulis sphæroideis demum sublenticularibus cinereo-fuscescentibus, stipite aciculari nigro. *Ach. meth. p.* 91. *synops. p.* 57.

C. trachelinum *Ach. lich. un. p.* 237. *Vet. Ac. H.* 1816. *p.* 272. *t.* 8. *f.* 7. *Fries exs. n.* 7.

Mucor sphærocephalus *Linn. svec. n.* 1286.

β. xylonellum: capitulis cinerascentibus molliori-

bus quasi epidermide tectis. *Wahlenb. lapp. n.* 931. β. *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1815. *p.* 120. *t.* 5. *f.* 4.

γ. glaucellum: capitulis subtus glaucescentibus. *Ach. syn. p.* 58. C. cerviculatum *Fries exs. n.* 13.

Hab. in parietibus ligneis pineis Sveciæ mediæ et septentrionalis vulgatissime, in sæpimentis et truncis emortuis passim.

Fere medium inter maxime lenticularia (praecedentia) et magis turbinata gracilioraque (sequentia), itaque nomen Linnaeanum satis conveniens videtur.

1753. CALICIUM *chrysocephalum:* crusta granulata coacervata citrina, capitulis subturbinatis margine flavo-pruinoso, stipite basi attenuato pallidiore. *Ach. lich. un. p.* 239. *synops. p.* 60. *Wahlenb. lapp. n.* 933. *Fries exs. n.* 6.

Hab. in corticibus arborum frustulosis rarius.

Sequente plerumque omnibus partibus majus. In Quercu crusta pallida et bases stipitum pallidiores fere C. melanophaei.

1754. CALICIUM *chlorellum:* crusta tenuissima albicante, capitulis stipitibusque clavatis flavo-viride pruinosis. *Wahlenb. lapp. n.* 932. *Ach. meth. p.* 95. *t.* 2. *f.* 5. *syn. p.* 60. *Fries exs. n.* 5.

β. orochroum. C. trabinellum *Ach. Vet. Ac. H.* 1816. *p.* 270. *t.* 8. *f.* 2.

* sæpiculare: colore viridi fere orbatum. *Achar. ib. p.* 271. *t.* 8. *f.* 13.

Hab. in parietibus ligneis locis occultioribus passim.

Forma primaria longe tenuior omnibus praecedentibus, sed locis apricis crassescunt capitula usque dum in C. saepiculare Achar. abeant, ut optime Cel. Fries in *sched. crit.* Nec opus est inter Calicia formas omnes memorare, quas leviter nimium distinxerunt Lichenologi effectum locorum non satis considerantes.

1755. CALICIUM *trichiale:* crusta granulosa subcrenulata pallida, capitulis subglobosis demum undique disco cinerascenter pulverulento tectis, stipite gracillimo nigricante. *Achar. syn. p.* 62. *Vet. Ac. H.* 1816. *p.* 277. *t.* 8. *f.* 14. *Fries exs. n.* 15. (et forsan C. Physarellum n. 11).

Hab. in cortice frustuloso Pinus sylvestris prope terram rarius; in ligno rarissime.

Ob crustam granulosam fere degenerationem C. clavellaris mihi esse videtur.

1756. CALICIUM *gracilentum:* crusta tenui pulveracea cinerascente, capitulis subglobosis cinerascentibus undique seminuliferis, stipite capillari flexuoso nigricante subnudo. *Ach. lich. un. p.* 243. *t.* 5. *f.* 6. *Vet. Ac. H.* 1816. *p.* 289. *Wahlenb ups. n.* 957.

Hab. in cavitatibus caudicum putridorum Abietis saltem Upsaliæ.

Stipites plerumque duas lineas longi, graciliores quam in ceteris.

1757. CALICIUM *furfuraceum:* crusta pulveracea effusa viridi-flava, capitulis globosis undique seminuliferis stipitibusque virescentibus capillaribus flexuosis. *Persoon. tent. disp. fung. suppl. p.* 60. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 288. (Coniocybe). *Fries exs. n.* 3.

C. capitellatum *Ach. syn. p.* 61.

Mucor furfuraceus *Linn. svec. n.* 1290.

β. aciculare: crusta magis granulata stipitibusque brevioribus concoloribus. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 288. *Wahlenb. ib.* 1806. *p.* 143. *t.* 4. *f.* 7.

* sulphurellum: crusta obsoletiore.

Lichen sulphureus *Retz. Vet. Ac. H.* 1769. *p.* 249.

Coniocybe brachypoda *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 287. *t.* 8. *f.* 16.

Hab. in sylvis ad fossas occultas sicciores radicibus denudatis arborum interdum quoque muscis adhærens passim; β per regiones meridionales rarius, etiam * in ligno.

Crusta sua praecipue in muscis omnino pulveraceo-furfuracea albescenteque insigne.

1758. CALICIUM *pallidum:* crusta tenuissima effusa albicante, capitulis sublenticularibus albidis demum rufescentibus, stipite aciculari. *Persoon in Uster. ann.* 7. *p.* 20. *t.* 3. *f.* 1. 2. *Fries exs. n.* 2.

C. cantherellum *Ach. syn. p.* 61. — Coniocybe stilbea *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 286. — Trichia nivea *Hoffm veg. crypt* 2. *p.* 14. *t.* 4. *f.* 1.
Hab in cortice vetusto occulto arborum frondosarum præsertim Sveciæ mediæ et meridionalis passim.
Capitula hujus non raro latiuscula marginata: latus superius efflorescens pulvere seminali magis colorato fere ut in Caliciis durioribus. Hinc diversitas generis Coniocybes mihi dubia.

468. VARIOLARIA.

Achar. meth. p. 12. t. 1. f. 6.

Pulvis forsan potius masculinus ex orbiculis a crusta tantum formatis erumpens, isque plerumque crustæ albescenti concolor, rarius discolor.

1759. VARIOLARIA *communis:* crusta subcartilaginea lævigata albicante demum inæquabili cinerascente, orbiculis convexis albissimis. *Achar. syn. p.* 130. *Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 162.
Hab. in cortice præcipue alni frequenter.

1760. VARIOLARIA *amara:* crusta subpulverulenta rugoso-rimosa inæqubili alba, orbiculis depressis, plano-concavis concoloribus. *Achar. syn. p.* 131. *Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 163. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1713.
Hab in cortice frustuloso inprimis fraxini Sveciæ temperatioris copiose.
Ulterius inquirendum numne sapor amarus e cortice proveniat.

1761. VARIOLARIA *lactea:* crusta tartarea lævigata lactea rimoso-areolata radiataque, orbiculis supra areolas elevatis candidis. *Ach. meth. p.* 7. *t.* 1. *f.* 1. *lich. un. p.* 321. *t.* 5. *f.* 16. *synops. p.* 132. *Westring färgl. t.* 3. *Wahlenb. lapp. n.* 732.
Lichen lacteus *Linn. mant. p.* 132.
β thelena: crusta tota magis pulveracea papillosa.
Hab. in saxis scopulisque prope mare septentrionale passim. orientale raro ex. gr. Ostrogothiæ.

1762. VARIOLARIA *corallina:* crusta tartarea papillato-ramulosa rimosa; ramulis passim conjunctis in or-

biculos planiusculos albidos. *Achar. meth. p.* 158. *t.* 3. *f.* 7. *synops. p.* 155.

Lichen corallinus *Linn. mant. p.* 131. *Westring fårgl. t.* 10.

Hab. in saxis sylvaticis ubique.

Crusta valde fragilis Corallinae instar, Svecis *Spröd-Laf*, itaque bases ramulorum defractorum saepe solae conspiciuntur. — Hujus fructificatio altera nigra efficit Spiloma sphaerale *Ach. syn. p.* 2. Lecideam papillosam *lich. un. p.* 171. Forsan plura Spilomata Ach. eodem modo se habent, itaque hic omissa.

1763. VARIOLARIA *Westringii:* crusta tartarea areolato-verrucosa inæquabili cinerascente, papillis ramulosis in pulvinulos hemisphæricos supra fuscescentes aggregatis. — *Ach. prodr. p.* 88. *t.* 2. *f.* 2. *synops. p.* 282. *Westring fårgl. t.* 4. *Vet. Ac. H.* 1791. *p.* 129.

Lichen pseudo-corallinus *Retz. scand.* 2. *p.* 273.

Hab. in saxis campestribus apricis siccis saltem Sveciæ mediæ passim.

Fructificatio vix hujus generis esse videtur, sed modus crescendi proxime ut praecedentis speciei.

469. BYSSUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1673. (partim). Lepraria *Ach. syn. p. 329. Vet. Ac. Handl. 1811. p. 126.*

Pulvis forsan masculinus filis byssaceis vel inter se vel in crustam plus minus connexus. *Crusta fere lichenosa in n.* 1764-1769, *sed demum magis confervoidea ab Algis aquaticis minus diversa in n.* 1770. 1771. *Genus itaque vario respectu vagum ut nomen ejus.*

1764. BYSSUS *chlorina:* crassa cæspitosa luteo-flava intus flocculoso-byssacea. — *Achar. prodr. p.* 6. *meth. p.* 1. *t.* 1. *f.* 1. *lich. un. p.* 662. *syn. p.* 329. *Westring fårgl. t.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 731. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 109. *Aspegr. bleking. p.* 88.

Hab. in lateribus occultissimis siccis rupium per regiones montosas passim, ut inter Lapponiam et

Vermelandiam non raro, et dein Ostrogothiæ ex. gr. in Omberg et Kolmorden, Smolandiæ, Blekingiæ.
Crassior sequentibus et evidentius byssaceae compositionis.

1765. BYSSUS *incana:* crusta tenui farinosa cinereo-incana. *Linn. svec. n.* 1178. — *Ach. meth. p.* 4. *Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 127. *syn. p.* 36. (Lecidea). *Flörke in Berl. Mag.* 1807. *p.* 7.
Hab. in terra molliori, muscis, radicibus per sylvas totius Sveciæ ubique.
Varias formas assumere videtur vel magis membranaceas (P a r m. l a n u g i n o s a Fries exs. n. 74?) vel racemosas (S t e r e o c a u l o n n a n u m referentes nisi forsan constituentes?). Pulvis quoque fructificationis interdum congestus in modum Pyrenoteae, forsan rarius Lecideae? Interea has omnes seorsim proponere dubitavi.

1766. BYSSUS *expallens:* crusta tenui pallide sulphurea lacteave pallescenter farinosa. *Fries exs. n.* 62. *Ach. meth. p.* 4. *t.* 1. *f.* 2. (Lejphæma).
Hab. in corticibus et lignis præsertim durioribus passim.

1767. BYSSUS *candelaris:* crusta tenui effusa æquabili flavissima. *Linn. svec. n.* 1185. *Fries exs. n.* 61. *Achar. meth. p.* 180. (Parmelia citrina δ) *synops. p.* 330. (Lepr. flava).
Hab. in corticibus et lignis mollioribus passim.

1768. BYSSUS *kermesina:* crusta tenuissima effusa primum virescente demum ruberrima (coccinea) nitente filis raris adspersa. *Wrangel Vet. Ac. H.* 1823. *p.* 52. *t.* 3. *f.* 1. 2.
Chlorococcum kermesinum *Fries femsjon. p.* 54. *Vet. Ac. Handl.* 1823. *p.* 64.
Hab. in lapidicinis calcareis S u d e r m a n n i æ, O s t r o g o t h i æ in Omberg etc. rarius.
Crusta primum in aquâ enata initio Algarum aquaticarum simillima, sed demum in aëre nitet granulis potius hujus generis diutissime colorem nitentem conservantibus. Numne Lichenes tremellini plures modo analogo transmutantur? Nec color tam persistens in Algis aquaticis affinibus, sed potius in crustis Lecidearum.

1769. BYSSUS *botryoides:* crusta congregata viridi. *Linn. svec. n.* 1187. — *Achar. syn. p.* 331.

Nostoc botryoides *Agardh alg. syn. p.* 135. — Chlorococcum botryoides *Fries femsjon. p.* 45.

Hab. in humosis umbrosissimis præsertim ad rupes passim.

Fasciculatim admodum crescit superficie aequabili, sed intus fere solis granulis constare videtur.

1770 BYSSUS *aurea:* filis cæspitosis ramosis æqualibus subarticulatis aureis rarius granulosis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1638 *Dillen. musc. p.* 8. *t.* 1. *f.* 16. *Fries fems. p.* 42. — Ceramium aureum *Agardh syn. p.* 68. — Conf. aurea *Dillwyn. conf. t.* 35. *Roth catalect.* 3. *p.* 217.

Hab. ad rupes et ligna regionum montosarum præcipue ad lacum Vettern ex. gr. in Omberg copiosissime.

Fila hujus magis conspicua quam in ceteris et granulis raro immixta, sed articuli eorum non tam evidentes, ut confervarum genus intrare possit hoc vegetabile, nisi in aqua diutius crescens structuram interiorem magis manifeste ostendat.

1771. BYSSUS *Jolithus:* filis cæspitosis dichotomis nodosis geniculatisque coccineis, globulis in apicibus geniculisque. *Linn. svec. n.* 1178. *it. vestgoth. p.* 9. 254. 263. *Fries femsjon. p.* 42. — Conferva Jolithus *Agardh syn. p.* 75.

Hab. in lapidibus et petris nuper denudatis interdum humectatis ubique.

Odor in humido statu insignis Violae, unde Svecis *Violsten.* Color exsiccatione diutiore cinerascit fere ut in praecedente, cujus varietatem credidit Cel. Roth catalect. 3. p. 219.

470. FUCUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1671. (excl. gen. sequ.). Fucoideæ *Agardh syn. p.* IX.

Capsulæ tuberculiformes, conceptaculis vesicularibus immersæ, apice pertusæ, intus foventes semina aggregata filis articulatis intermixta, — raro solitariæ n. 1779. — vermiculares occlusæ (Furcellaria Agardh) n. 1780. — dissolutæ in maculas mucosas (Laminaria

Agardh) n. 1781-1783. — omnino deficientes, superstitibus tantum seminulis et villis dispersis n. 1784-1788. — *Stirpis substantia coriacea plus minus olivacea vel viridis* 1) *crassior* (*proprie fucoidea*) a) *foliacea* *) *uninervi n.* 1772-1774. **) *enervi n.* 1775. b) *stipite compresso n.* 1776-1778. c) *fruticuloso n.* 1779. 1780. 2) *membranacea* (*ulvoidea*) *n.* 1781-1783. 3) *filiformis* (*confervoidea*) a) *simplicissima n.* 1784. b) *ramosa n.* 1785-1788. — *Plantæ marinæ perennes, sed ultimæ parasiticæ minus perdurantes.*

1772. FUCUS *serratus:* fronde plana uninervi lineari serrata dichotoma: apicibus planis serratis obtusis tuberculiferis. *Linn. svec. n.* 1144. *lapp. n.* 462. *Agardh syn. p.* 6. *spec.* 1. *p.* 95. *Engl. Bot.* 17. *t.* 1221. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 55. *Aspegren bleking. p.* 78.

Hab. infra littora maris septentrionalis (s. glacialis Nordlandiæ Finmarkiæque) et occidentalis (s. sinus codani) frequenter, baltici tantum infimi parcius ut Blekingiæ.

Proximis latior utpote digitum latus omnique modo insignis.

1773. FUCUS *vesiculosus:* fronde plana uninervi lineari integerrima dichotoma: apicibus tumidis geminis tuberculiferis ellipticis; vesiculis binis infra — axillaribus. *Linn. svec. n.* 1145. *lapp. n.* 460. *it. vestgoth. p.* 168. *gotl. p.* 201. *oel. p.* 110. 33. *Agardh syn. p.* 4. *spec.* 1. *p.* 87. *Engl. Bot.* 15. *t.* 1066.

β. inflatus: fronde apicem versus inflata. *Linn. svec. n.* 1148. *Flor. Dan. t.* 1127.

γ. spiralis: fronde tenui evesiculosa spiraliter torta. *Linn. svec. n.* 1147. *Flor. Dan. t.* 285.

δ. rigidus: nervo inferne incrassato nudo (sine marginibus).

ε. subecostatus. F. balticus *Sv. Bot. t.* 516.

ζ. ceratiformis. F. ceranoides *Turner fuc. t.* 89. *Agardh syn. p.* 7. *spec.* 1. *p.* 93.

Hab in littoribus sinuum maris septentrionalis, occidentalis et orientalis frequentissime, sed in bottnico demum rarescens et versus Qvarken desinens.

Forma pervulgaris et ordinaria vix lineas quatuor lata, ob vesiculas Svecis *Blåstång*, *Knapptång*, *Klotång*, contracte *Klôter*, *Klôr*, corrupte *Hôter*. — β superne paullo latior, sed δ et ε eo angustiores demum omnino filiformes. — ζ ceteris omnino cohaeret concedente Cel. Agardh in speciebus l. c.

1774. FUCUS *ceranoides:* fronde plana subuninervi lineari integerrima: apicibus tuberculiferis oblongatis inflatis acuminatis. *Linn. svec. n.* 1146. *lapp. n.* 465. *Wahlenb. lapp. n.* 939.
F. excisus *Flor. Dan. t.* 214. mature fructif.
F. distichus *Turner hist. fuc. t.* 4. *Agardh syn. p.* 7. *spec.* 1. *p* 94. *Linn. syst. nat. ed.* 12. *p.* 716.
F. linearis *Fl. Dan. t.* 551. immat. fruct.
F. filiformis *Gmel. fuc. p.* 72. *t.* 1. A. *f.* 1.
Hab. in scrobiculis et recessibus littoralibus maris septentrionalis præcipue Nordlandiæ frequenter.

Forma altera in Cel. Agardh speciebus memorata, maxime evoluta, frondibus vix linea latioribus, sed apicibus duplo insignioribus vere inflatis (vesiculosis Linn.) corniformibus, quos praecipue animadvertisse Linnæum in Flor. lapp. et svec. in propatulo est; sed denique aliam stirpem in Syst. nat. ed. 12. accepisse videtur, quae jam servatur in Herbario ejus.

1775. FUCUS *canaliculatus:* fronde planiuscula subtus canaliculata enervi coriacea lineari dichotoma: apicibus tuberbuliferis dilatatis truncatis. *Linn. mant. p.* 508. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1627. (excisus). *syst. nat. ed.* 12. *p.* 716. *Gmel. hist. fuc. p.* 73. *t.* 1. A. *f.* 2. *Engl. Bot.* 12. *t.* 823. *Agardh syn. p.* 8. *spec.* 1. *p.* 96. *Wahlenb. lapp. n.* 946.
Hab. in littoribus summis ad oras interiores maris septentrionalis frequenter.

Frons semper angustia lineae, sed incrassata praecipue versus margines, unde etiam convoluto-canaliculata, ut in nullo alio. Apices fructificantes nunquam inflati, sed tantum latiores et paullo crassiores.

1776. FUCUS *nodosus:* caule compresso dichotomo crenato: medio ramorum in vesiculam inflato; crenis

globos fructiferos pedunculatos exserentibus. *Linn. svec. n.* 1149. *lapp. n.* 464. *Agardh syn. p.* 3. *spec.* 1. *p.* 85. *Flor. Dan. t.* 146. *Gmel. fuc. p.* 78. *t.* 1. B.

Hab. in littoribus mediis maris septentrionalis frequens, occidentalis parcior et macrior.

Caulis utplurimum utrinque convexus valde coriaceus, saepe ultra duas lineas latus, in vesiculas nodorum instar et pisorum magnitudinis incrassatus, unde et Svecis *Knöl-tång*, saepe pedes aliquot longus.

1777. FUCUS *siliquosus:* caule compresso alterne ramoso: ramis aliis siliquas tuberculosas lanceolatas, aliis articulatas inanes gerentibus. *Linn. svec. n.* 1150. *lapp. n.* 463. *Agardh syn. p.* 2. *spec.* 1. *p.* 71. (Cystoseira). *Fl. Dan. t.* 106. *Wahlenb. lapp. n.* 951. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 33. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193. *Regensb. bot. zeit.* 1820. *p.* 420.

Hab. in fundo arenoso orgyalis profunditatis maris septentrionalis et occidentalis ubique, usque ad Kullen Scaniæ saltem rejectus.

Caulis angustus plerumque filo parum latior, ramulis quasi dentatus; itaque siliquis demum articulatis.

1778. FUCUS *loreus:* calyce radicali orbiculari demum concavo emittenteque frondem dichotomam compressam tandem totam tuberculiferam. *Linn. syst. nat. ed.* 12. *p.* 716. *Flor. Dan. t.* 710. *Agardh syn. p.* 8. *spec.* 1. *p.* 98. *Wahlenb. lapp. n.* 953.

Hab. in littoribus infimis ad oras extimas maris septentrionalis passim.

Annuus omnino; vere offerens solum calycem pyriformem (Ulv. pruniform. *Gunn. norv. p.* 89. *t.* 2. *f.* 6. 7. *et t.* 9. *f.* 4. 5.), e cujus disco collapso dein excrescunt frondes loriformes unius alteriusve pedis longitudinis, tandem totae fructiferae crassitudine pennae anserinae.

1779. FUCUS *pygmæus:* stirpe cæspitosa ramulosa enervi; tuberculis solitariis terminalibus demum scutelliformibus. *Lightf. scot. p.* 964. *t.* 32. *Wahlenb. lapp. n.* 956. *Web. et Mohr schwed. reis. p.*

195. — *Agardh syn. p.* 9. (Lichinia). *spec.* 1. *p.* 105. *Aspegren bleking. p.* 78.

Hab. supra littora maris septentrionalis ubique, occidentalis rarius ex. gr. ad Warberg, orientalis rarissime Blekingiæ.

Minimus non tantum hujus generis verum etiam proxime sequentium, vix linea altior, nigricans; tuberculis dilutioribus magnitudine dimidia seminis Papaveris.

1780. FUCUS *furcellatus:* stirpe fruticulosa dichotoma; ramis filiformibus fastigiatis, apicibus fructificantibus lanceolatis tumidis acuminatis diaphanis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1651. *Flor. Dan. t.* 419.

F. lumbricalis *Gmel. fuc. p.* 108. *t.* 6. *f.* 2. *Turner hist. fuc. t.* 6. *Wahlenb. lapp. n.* 959

Furcellaria fastigiata *Agardh spec.* 1. *p.* 103. — *Fl. Dan. t.* 393?

Hab. in cryptis littoralibus et fundo maris septentrionalis passim, (occidentalis ad nostras oras rarius?)

Longitudo stirpis saepe digitalis, crassities plerumque fili; apicibus tamen duplo crassioribus instar vermiculorum insidentium, unde synonymon. Substantia totius stirpis mollis, saepe Escharis inquinata, exsiccatione nigrescens et omnino opaca (nec tam cartilaginea, nuda et subdiaphana ac in subsimili S p h a e r o c. f a s t i g i a t o).

1781. FUCUS *esculentus:* stipite supra basin incrassato pinnas cuneiformes enerves emittente demum folium ensiforme membranaceum percurrente. *Linn. mant. p.* 135. *lapp. n.* 461. *Fl. Dan. t.* 417. *Wahlenb. lapp. n.* 945.

Laminaria esculenta *Agardh syn. p.* 16. *spec.* 1. *p.* 111.

Hab. infra littora ad oras exteriores maris septentrionalis frequenter.

Planta longitudinis bipedalis et ultra; infra folium instructa pinnis valde singularibus folio ipso crassioribus, calyci F. l o r e i quodammodo analogis, at post folium excrescentibus et fructificantibus.

1782. FUCUS *digitatus:* stipite tereti nudo rigido, radice digitata, folio enervi coriaceo basi subcordato concavo in lacinias ensiformes diviso. *Linn. mant.*

p. 134. *Fl. Dan. t.* 392. *Wahlenb. lapp. n.* 943. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193.

Laminaria digitata *Agardh syn. p.* 18. *spec.* 1. *p.* 112.

Hab. in fundo plurium orgyarum profunditatis extra oras maris septentrionalis frequenter (occidentalis ad nostras oras rarissime?)

Stirps in oceano interdum triorgyalis longitudinis, stipite crassitudine fere brachii.

1783. FUCUS *saccharinus:* stipite tereti æquali, radice digitata, folio enervi ensiformi indiviso. *Linn. svec. n.* 1151. *lapp. n.* 460. *it. vestgoth. p.* 169. *Gmel. fuc. p.* 194. *t.* 28. *f.* 1. *Wahlenb. lapp. n.* 944.

Laminaria saccharina *Agardh syn. p.* 17. *spec.* 1. *p.* 117.

β. angustus bullatus. *Flor. Dan. t.* 416. *Gmel. l. c. t.* 27. *Gunner norv. t.* 7. *f.* 4.

γ. latissimus. *Gunn. norv.* 2. *p.* 128. *t.* 7. *f.* 5.

Hab. infra littora exteriora maris septentrionalis et occidentalis usque ad Warberg ubique copiose.

Maxime varians magnitudine totius et proportione partium singularum. Prioribus quoque magis mucilaginosus.

1784. FUCUS *Filum:* filiformis simplicissimus utrinque attenuatus subfistulosus lubricus. *Linn. svec. n.* 1155. *lapp. n.* 459. *it. vestgoth. p.* 168. *Fl. Dan. t.* 821. — *Agardh syn. p.* 13. *spec.* 1. *p.* 161. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 33. *Aspegr. blek. p.* 79.

Hab. infra littora præcipue in fretis angustioribus maris septentrionalis et occidentalis passim copiose, orientalis Blekingiæ raro.

Longitudo nonnullorum pedum, crassities pennae anatinae. Superficies primum tantum lubrica, demum lanuginosa ut in sequente.

1785. FUCUS *flagelliformis:* filiformis lubricus ramosus; ramis brevibus subdistichis basi patentibus subfurcellatis lævibus. *Flor. Dan. t.* 650. *Turn. hist. fuc. t.* 85. *Wahlenb. lapp. n.* 963.

Chordaria flagelliformis *Agardh syn. p.* 12. *spec.* 1. *p.* 166. *Regensb. bot. zeit.* 1820. *p.* 420.

β. minor. Conferva *Linn. svec. n.* 1176. *it. gotl. p.* 281. *n.* 5.

Hab. infra littora in mari septentrionali parasiticus ad F. serratum, sed in occidentali et orientali meridionaliori usque ad Gotlandiam plerumque fundo innascens frequenter.

Longitudo circiter pedalis, crassities pennae passerinae vel potius tantum fili. Ceterum valde mollis et flexilis, chartae optime adhaerens confervarum instar, praecipue cum fit veterior et magis lanuginosus canescensve.

1786. FUCUS *aculeatus:* filiformis cartilagineus ramosissimus: ramis alternis compressiusculis spinulosis; spinulis distichis alternis subulatis erectis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1632. *syst. nat. ed.* 12. *p.* 717. *mant. p.* 509. *Fl. Dan. t.* 355. *Turn. hist. t.* 187. *Wahlenb. lapp. n.* 957. *Osbeck gôth. handl.* 4. *p.* 33. Sporochnus aculeatus *Agardh syn. p.* 10. *spec.* 1. *p.* 151.

Hab. parasitice in stipitibus F. digitati ad fundum maris septentrionalis interdum copiose, occidentalis parcius usque ad Halmstad saltem rejectus.

Proximis et major et firmior; plerumque pedes aliquot longus, inferne pennam gallinaceam crassus, sed in ramos fili tenuitatis divisus; undique substantiae cartilagineae et glaberrimae, nunquam fructificatione ulla apud nos observata.

1787. FUCUS *viridis:* filiformis subgelatinosus viridis pinnatim ramosissimus: ramis ramulisque oppositis demum tenuissime capillaribus continuis. *Fl. Dan. t.* 886. *Turner hist. fuc. t.* 97. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1669. *Wahlenb. lapp. n.* 958. — *Agardh syn. p.* 14. *spec.* 1. *p.* 154.

Hab. parasitice ad Sphæroc. plumosum etc. in stipitibus F. digitati infra oras exteriores maris septentrionalis saltem Nordlandiæ meridionalis passim copiose.

Substantiae mollioris subgelatinosae chartae adhaerentis et, cum conservetur, viridem colorem non amittentis. Longitudo stirpis saepe pedalis, statura eximie virgata ob ramos laterales breviores. Stipes ad basin vix filo crassior.

1788. FUCUS *rhizodes:* filiformis subgelatinosus viridis dichotome ramosus: ramis ramulisque alternis demum torulosis articulatisque verticillatim villosis. *Turn.*

hist. fuc. t. 255. — *Agardh syn. p.* 15. *spec.* 1. *p.* 156. *Aspegren bleking. p.* 79. *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 420.

β. tenuior: ramis profundius articulatis. Conferva rhizodes *Ehrh. herb.* — *Web. et Mohr in Dillw. conf. n.* 37.

Hab. parasitice in stipitibus F. serrati ad fundum maris occidentalis ex. gr. extra Strömstad Bahusiæ non raro; Scaniæ, Blekingiæ rarissime.

Praecedenti substantia et colore omnino convenit, sed magis caespitose (nec virgatim) crescit, et denique superne tam articulatus evadit, ut *β* omnino ad Confervoideas abire videatur, parte tantum subradicali articulis destituta.

471. SPHÆROCOCCUS.

Stackhous. ner. brit. — *Web. et Mohr beitr.* 1. *p.* 266. *Agardh syn. p. XV.* cum Florideis ceteris. Fuci spec. *Linn.*

Capsulæ subglobosæ sæpius magis exsertæ, solitariæ, occlusæ, duriores, intus foventes seminula filis nullis confervoideis mixta, — rarius dissolutæ in granula superficialia n. 1799. intra apices divisos n. 1796. 1804. — *Stirps superficie nitidiore, lætius colorata, purpurea vel rosea* 1) *durior subcartilaginea* a) *foliacea enervis n.* 1789-1792. b) *fruticulosa subtereti n.* 1793-1798 2) *laxior subherbacea plerumque parasitica* a) *membranacea* *) *avenis n.* 1799. **) *venosa n.* 1800-1802. b) *ramentacea n.* 1803. 1804. *Plantæ marinæ in* 1) *plerumque perennes in* 2) *saltim foliis minus perdurantes.*

1789. SPHÆROCOCCUS *mammillosus:* fronde dichotoma cartilagineo-membranacea subcanaliculata: laciniis lineari-cuneiformibus apice rotundatis, capsulis submarginalibus pedicellatis. — *Turner hist. fuc. t.* 218. *Engl. Bot.* 15. *t.* 1054. *Wahlenb. lapp. n.* 947. — *Agardh syn. p.* 25. *spec.* 1. *p.* 260.

Hab. in littoribus inferioribus ad oras exteriores maris septentrionalis Nordlandiæ sæpius copiose.

Superficies nitidior et durior quam in sequentibus, et hinc etiam capsulae magis exsertae quasi constrictae. Color eximie purpurascens. Longitudo frondis raro digitalis, latitudo

laciniarum plerumque sesquilineae. Frons rigidula extra aquam eminet, nec flaccescit.

1790. SPHÆROCOCCUS *crispus:* fronde dichotomo-palmata crispa subcartilaginea: laciniis planis acutiusculis, capsulis disco laciniarum innatis. — *Linn. mant. p.* 134. *Turn. hist fuc. t* 216 *et* 217. *Fl. Dan. t.* 1128 *et* 1065. (soboliferus) *et* 826. *Wahlenb. lapp. n.* 948. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 33. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193. — *Agardh syn. p.* 24. *spec.* 1. *p.* 256.

Hab. in littoribus mediis ad sinus exteriores maris septentrionalis et occidentalis usque ad Warberg ubique.

Magis opacus, mollis, flaccidus, coloris magis inconspicui interdum virescentis quam praecedens. Ceterum divisione et latitudine laciniarum admodum varians.

1791. SPHÆROCOCCUS *membranifolius:* stipite filiformi dichotomo: ramis in folia cuneiformia multifida demum multiplicata infra basin capsulifera explanatis. — *Turner hist. fuc. t.* 74. *Lamour. diss. t.* 21. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193. — *Agardh syn. p.* 26. *spec.* 1. *p.* 240. *Aspegren bleking. p.* 79.

F. rube s *Fl. Dan. t.* 827. (*Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1630?).

β. angustissimus: foliis linearibus. *Agardh l. c.*

γ. concatenatus: foliis bifurcis ex apice proliferis et capsuliferis. F. Brodiæi *Turn. hist. fuc. t.* 72. *Agardh ll. cc.*

Hab. in fundo profunditate orgyalis maris occidentalis frequenter; unde in *β* mutatur intra proximum mare orientale Blekingiæ rarius, et in *γ* septentrionem versus ad Bahusiam summam ex. gr. ad Strömstad.

Valde singularis stipitibus unciarum nonnullarum longitudinis folia radiatim expansa gerentibus. Color plerumque dilutus, sed in *γ* rubens. Capsulae quoque ejus (*γ*) duriores, forsan tuberculis S. plicati quodammodo analogae.

1792. SPHÆROCOCCUS *rubens:* folio cauliformi lineari ex apice sinibusque folia prolifera subuni-

nervia passim cuneiformia undulata gerente. — *Linn. herb.* — *Turn. hist. fuc. t.* 42. — *Fl. Dan. t.* 708. (epiphyllus). *Web. et Mohr reis. p.* 193. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 53. — *Agardh syn. p.* 23. *spec.* 1. *p.* 257.

Hab. in littoribus maris occidentalis saltem ad Warberg et Halmstad repertus.

Praecedentis varietati γ tam affinis, ut non mirum Linnæi synonymon inter utramque formam ambiguum esse, sed hic a basi magis foliaceus et flaccidus, dilutius rubens; Opuntiae instar ex apicibus crescens.

1793. SPHÆROCOCCUS *fastigiatus:* stirpe fruticulosa dichotoma: ramis filiformibus teretibus obtusiusculis fastigiatis, capsulis tuberculiformibus ad ramos ultimos lateralibus. — *Linn. svec. n.* 1152. *it. oel. p.* 120. *gotl. p.* 201. *Wahlenb. Vet. Ac. H.* 1806 *p.* 146. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193.

Fucus rotundus *Gmel. fuc. p.* 110. *t.* 6. *f.* 3. *Turner hist. fuc. t.* 5. *Flor. Dan. t.* 1544.

Polyides lumbricalis *Agardh spec.* 1. *p.* 392.

Hab. infra litora maris orientalis Gotlandiæ, Blekingiæ etc. frequenter, maris occidentalis passim et sæpius fructificans.

In aqua minus salsa maris orientalis tenuis (β Agardh l. c.) vix filo crassior, nigrescens, sterilis — omnimodo parum evolutus ut in hoc statu facile pro Fuco furcellato sumi possit; — sed in mari occidentali ex. gr. extra Strömstad optime perfectus, crassitie pennae columbinae: ramis extimis paullo incrassatis (lumbriciformibus) curvatis idque ob tubercula capsularum lateralia, semper purpureo-diaphanis.

1794. SPHÆROCOCCUS *plicatus:* stirpe corniculata decumbente setiformi: ramis assurgentibus complicatis flexuosis, tuberculis infra dichotomias lateralibus. — *Gmel. fuc. p.* 142. *t.* 14. *f.* 2. *Engl. Bot.* 16. *t.* 1089. *Flor. Dan. t.* 408. *Wahlenb. lapp. n.* 960. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193. — *Agardh syn. p.* 42. *spec.* 1. *p.* 313.

Hab. infra littora maris septentrionalis et occidentalis usque ad Warberg passim; Blekingiæ rarissime.

Crassities quin et substantia undique setae porcinae et color plus minus albescens. Tubercula sterilia non tantum in ramis ultimis, sed praecipue in caule. An itaque series continua a F. furcellato per praecedentem ad praesentem formam progrediens, quae in tria genera non disrumpenda?

1795. SPHÆROCOCCUS *confervoides:* stirpe setacea carnosiuscula virgatim ramosa: ramis ramulisque subsecundis utrinque attenuatis, capsulis hemisphæricis sparsis. — *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1629. *Turner hist. fuc. t.* 84. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1668. *Fl. Dan. t.* 358. *Wahlenb. lapp. n.* 962. — *Agardh syn. p.* 33. *spec.* 1. *p.* 303.

β? crassior. Ulva sobolifera *Flor. Dan. t.* 356. (ramentaceus in ind. T. IV).

Hab. inter corallinam in scrobiculis littoralibus maris septentrionalis rarius.

Praecedentibus multoties longior, saepe pedalis et ultra, tam mollis, ut inter chartam plerumque comprimatur. Color purpurascens, sed in speciminibus perennibus interdum albescens, quo in statu ad praecedentem revertit.

1796. SPHÆROCOCCUS *subfuscus:* stirpe fruticulosa fusco-nigricante multiplo divisa in ramulos demum fasciculatos strictos granulis seriatis onustos. — *Turner hist. fuc. t.* 10. *Engl. Bot.* 17. *t.* 1164. *Flor. Dan. t.* 1543. *Wahlenb. lapp. n.* 964. — *Regensb. bot. Zeit.* 1820. *p.* 421. *Aspegren bleking. p.* 79. *Agardh syn. p.* 32. *spec.* 1. *p.* 378. (Rhodomela).

Hab. in fundo et in radicibus fucorum ad oras exteriores maris septentrionalis et occidentalis saltem Bahusiæ satis frequenter; tenuior ad Kullaberg Scaniæ, Blekingiæ.

Stipes inferne penna columbina saepe crassior continue et alternatim dividitur in ramos ramulosque demum tenuitate capilli, sed strictos nisi denique coacervatos in fructum granulosum. Hoc modo crescendi valde singulari longe a praecedentibus differt.

1797. SPHÆROCOCCUS *purpurascens:* stirpe fruticulosa fusco-purpurascente alterne divisa in ramos ramulosque demum aciculares capsulam solitariam

globosam medio includentes. — *Engl. Bot.* 18. *t.* 1243. *Turn. hist. fuc. t.* 9. *Fl. Dan. t.* 709. (corallinus). — *Agardh syn. p.* 31. *spec.* 1. *p.* 518.

Hab. parasitice in F. serrato ad fundum maris occidentalis Bahusiæ.

Praecedenti valde affinis; sed ut videtur citius et fortius crescens, magis regulariter et modice divisus usque in ramulos solitarios, capsulam semine Papaveris majorem in media longitudine continentes.

1798. SPHÆROCOCCUS *obtusus:* stirpe cartilaginea lubrica pinnatim ramosa: ramis suboppositis cylindraceis divergentibus capitatis. — *Turner hist. fuc. t.* 21. *Engl. Bot. t.* 1201.

Chondria obtusa *Agardh syn. p.* 55. *spec.* 1. *p.* 540.

Hab. parasitice in stipitibus F. serrati ad fundum maris occidentalis ex. gr. ad Kosterö extra Strömstad Bahusiæ parce.

Habitus valde singularis fere Bæomycidis botrytis, quamquam ramorum exortus longe alienus. Substantia interna duriuscula, sed superficies subgelatinosa.

1799. SPHÆROCOCCUS *palmatus:* foliis membranaceis enervibus aveniisque purpurascentibus palmatis margine prolificanter foliolosis; segmentis foliolisque subcuneiformibus, (fructibus superficie innatis). — *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1630. *mant. p.* 508. *Turner hist. fuc. t.* 115. *Engl. Bot.* 19. *t.* 1306. *Fl. Dan. t.* 1228. *Wahlenb. lapp. n.* 950.

Halymenia palmata *Agardh syn. p.* 55. *spec.* 1. *p.* 204.

β. foliis sublanceolatis. F. pumilus *Fl. Dan. t.* 1066. U. caprina *Gunner norv.* 2. *t.* 6. *f.* 4.

Hab. inter alios Fucoideos et sæpius in iisdem parasiticus per fundum maris septentrionalis frequenter, occidentalis rarius.

Magnitudine admodum varians: in aqua minus salsa marium proximorum tenuissimus, nonnullarum linearum latitudinis; in mari septentrionali saepe omnimodo palmatus et paullo crassior; sed vix usquam apud nos tam magnus ac in Britannia, nec ut videtur unquam fructificans.

1800. SPHÆROCOCCUS *sinuosus*; stipite ramoso perenni, frondibus membranaceis venosis roseis ovalibus sinuato-dentatis, capsulis marginalibus. — *Turner hist. fuc. t.* 35. *Flor. Dan. t.* 652. (roseus). *Wahlenb. lapp. n.* 940. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193. — *Agardh syn. p.* 22. *spec.* 1. *p.* 174.

Hab. parasitice in stipitibus F. digitati ad fundum maris septentrionalis Nordlandiæ passim, occidentalis rarius.

Pulcherrimus, ut insequens. Substantia paullo magis scariosa. Figura et magnitudo frondium saepius Alni incanæ.

1801. SPHÆROCOCCUS *sangvineus*: stipite ramoso, frondibus membranaceis venosis sangvineis lingvæformibus integerrimis undulatis, capsulis costalibus. — *Linn. mant. p.* 136. *Turner hist. fuc. t.* 36. *Fl. Dan. t.* 349. *Wahlenb. lapp. n.* 941. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193. — *Agardh syn. p.* 21. *spec.* 1. *p.* 172.

Hab. parasitice cum præcedente, sed rarius parciusque.

Major praecedente, saepe spithamaeus, sed substantia membranae mollior, itaque fructus tantum e costa media.

1802. SPHÆROCOCCUS *alatus*: stipite ramosissimo compresso alato; alis frondium sublinearibus venulosis integerrimis roseis ad axillas deficientibus. — *Linn. mant. p.* 135. *Turner hist. fuc. t.* 160. *Fl. Dan. t.* 352. *Gmel. fuc. p.* 187. *t.* 25. *f.* 3. *Wahlenb. lapp. n.* 942. — *Agardh syn. p.* 12. *spec.* 1. *p.* 178.

β. angustatus: alis avenulosis. *Gmel. l. c. f.* 2. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193.

Hab. parasitice cum præcedentibus copiosius, *α* in mari septentrionali sed *β* solus in occidentali.

Longitudo stirpis interdum digitalis, sed laciniae frondis in *α* tantum bis lineam in *β* non nisi unam lineam latae.

1803. SPHÆROCOCCUS *coccineus β*: stirpe fruticulosa compresso-membranacea rosea digitato-ramosa; ramis distichis radiantibus. — *Turner hist. fuc. t.* 39. var. *Wahlenb. lapp. n.* 954.

F. gigartinus *Fl. Dan. t.* 394.

? S. cristatus *γ*. *Agardh spec.* 1. *p.* 301.

Hab. in ipsis radicibus F. digitati ad fundum maris septentrionalis rarius.

Substantia ejus tenera fere ut praecedentis vel sequentis; cellulis paullo tantum minoribus quam in S. coccineo evoluto. Fructum certum non vidi in speciminibus meis satis copiosis, sed semiuncia non longioribus: ramis vix semilineam latis. Color in sicco permanet pulchre roseus (nec obscurior fit ut in S. cristato vero, multo magis duro).

1804. SPHÆROCOCCUS *plumosus:* stirpe fruticulosa compressa rosea decomposite pinnata; pinnulis oppositis pectinato-incisis articulatis, granulis in apice subquadrifido lacinularum lateralium. — *Linn. mant. p.* 134. *Fl. Dan. t.* 350. *Turner hist. fuc. t.* 60. *Wahlenb. lapp. n.* 955. *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 53. *Web. et Mohr schved. reis. p.* 193. — *Agardh syn. p.* 59. *spec.* 1. *p.* 385.

β. stipite supradecomposito, ramulorum ultimorum rachide teretiuscula. F. pectinatus et Ptilotus *Gunner norv. n.* 973 *et* 1045. *t.* 2. *f.* 8. 15.

Hab. parasitice in stipite F. digitati prope fundum ad oras extimas maris septentrionalis frequenter, occidentalis raro ad Hallandiam usque; *β* rarissime Nordlandiæ Finmarkiæque: *Gunnerus.*

Color plerumque intentius purpureus. Stipes varie ramosus et extensus. Pinnae vel plumae saepe digitum minimum et longae et latae, sed *β* multiplo minores.

472. ULVA,

Linn. gen. ed. Schr. n. 1670. *Agardh spec. alg.* 1. *p.* 401.

Seminula granuliformia nuda quaterna aut sparsa superficialia. — *Stirps cellulosa granulari tantum composita* 1) *tenuissime membranacea expansa n.* 1805-1807. 2) *tubulosa intus cava n.* 1808. 3) *intus gelatinam continens* a) *cylindracea n.* 1809. 1810. [b) *sursum in bursam granuliferam dilatata n.* 1811.]? *Species cum marinæ tum in aqua dulci crescentes, immo una alterave terrestris, pleræque annuæ.*

1805. ULVA *umbilicalis:* foliis subpeltatis planiusculis subscariosis nitidis demum fuscescentibus. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1633. *Dillen. musc. p.* 45. *n.* 3.

t. 8. *f.* 3. *Engl. Bot. t.* 2286. *Hook. scot.* 2. *p.* 91. *Wahlenb. lapp. n.* 967.
U. purpurea β *Agardh spec.* 1. *p.* 406.
β. purpurea: diutius purpurascens elongata subensiformis undulata. *Wahlenb. lapp.* — *Roth catalect.* 1. *p.* 209. *t.* 6. *f.* 1. *Agardh syn. p.* 42. *spec.* 1. *p.* 405.
Hab. in littore superiore sub refluxibus denudato ad oras exteriores maris septentrionalis ubique, sed β ad fundum maris ejusdem parasitica, ut etiam in mari occidentali rarius.

Saepe palmam lata quamquam undis sub fluxu redeuntibus fere semper dilacerata, demum superstite tantum basi crassiore innovationibus centralibus tecta. β sub aqua semper latens basi tantum latiore adfixa est, ejusdem tamen substantiae nitidae.

1806. ULVA *Lactuca*: foliis tenuissimis undulatis crispisque viridibus mollibus opacis. *Linn. svec. n.* 1157. *Dill. musc. p.* 42. *t.* 8. *f.* 1. *Engl. Bot. t.* 1551. *Hook. scot.* 2. *p.* 90. *Wahlenb. lapp. n.* 968. *Agardh syn. p.* 40. *spec.* 1. *p.* 409. *Aspegren bleking. p.* 79.
β. latissima: paullo crassior. *Lightf. scot. p.* 971. U. latissima *Linn. svec. n.* 1156. *it. vestgoth. p.* 169. *Agardh syn. p.* 41. *spec* 1. *p.* 407.
Hab. inter corallinam ad fundum maris septentrionalis et occidentalis ubique, orientalis rarius Blekingiæ; β in sinibus quietis parum profundis ad Marstrand ex. gr. in Midsund insulæ Koön.

In aqua profundiore magis tenuis et submucilaginosa nec non minoris expansionis, in minus profunda β firmior, chartae se non adglutinans, saepe pedalis latitudinis et ultra.

1807. ULVA *terrestris*: foliis membranaceis eradicatis bullosis rugosisque crispis in stratum aggregatis. (*Linn. it. scan. p.* 217). *Roth catalect.* 1. *p.* 211. *Dill. musc. p.* 52. *t.* 10. *f.* 12. *Wahlenb. lapp. n.* 969. *Fries fems. p.* 43. — U. crispa *Lightf. scot. p.* 972. *Agardh syn. p.* 45. *spec.* 1. *p.* 416. *Aspegren bleking. p.* 79.
β. furfuracea *Flor. Dan. t.* 1489.

Hab. in terra umbrosa, ad tecta etc. juxta mare septentrionale et occidentale usque ad Scaniam frequenter, Smolandiam occidentalem quoque intrans passim.

Praecedentibus multo minor et praesertim brevior, vix lineis paucis altior.

1808. ULVA *intestinalis:* tubulosa inflata viridis (simplex). *Linn. svec. n.* 1154. *it. oel. p.* 53. *Dillen. musc. p.* 47. *t.* 9. *f.* 7. *Agardh syn. p.* 45. *spec.* 1. *p.* 418. *Aspegren bleking. p.* 79.

* campanulata. *Wahlenb lapp. n.* 970.

** collapsa. U. Linza *Linn. svec. n.* 1158.

β. compressa: subfiliformis ramosa ad axillas compressa. U. compressa *Linn. svec. n.* 1155. *it. gotl. p.* 262. *Dillen. musc. p.* 48. *t.* 9. *f.* 8.

* ramis capillaribus. Conf. crinita *Roth catalect.* 1. *p.* 162. *t.* 1. *f.* 3.

Hab. infra littora ad exitum rivulorum etc. maris septentrionalis, occidentalis et orientalis usque ad Gotlandiam ubique.

Nisi valde fallimur omnes hae formae, primo intuitu tam dissimiles, confluunt, quamvis α digito interdum crassior inaequaliter distenta; β* demum continue attenuata in ramos capillares omnino confervoideos.

1809 ULVA *cylindrica:* intus subgelatinosa subcylindrica utrinque obtusata evasculosa viridis simplicissima. *Wahlenb. lapp. n.* 972. *t.* 30. *f.* 1. *Agardh syn. p.* 44. *spec.* 1. *p.* 415. *Aspegren blek. p.* 79.

Hab. in fluminibus quietis Lapponiæ et Blekingiæ.

Organisatio nulla alia etiam sub microscopio optimo quam seminula quaternata superficiei observatur. Perinde quoque in U. lubrica Roth aliisque hic non memoratis et specie a se invicem vix differentibus. In aqua non iterum turgent, sed stratum superius tantum ab inferiore, vitris arctius adhaerente, aciebus divelli potest. Nostram formam ut maxime septentrionalem prae ceteris notavimus.

1810. ULVA *filiformis:* intus gelatinosa filiformi-cylindracea æquabilis purpurascens ramosa: ramis sparsis ad exitum constrictis acuminatis. *Huds. angl.*

p. 570. *Wahlenb. lapp. n.* 971. — U. purpurascens *Engl. Bot.* 9. *t.* 641. *Hook. scot.* 2. *p.* 92. ? U. incrassata *Flor. Dan. t.* 655?

Hab. in fundo maris septentrionalis Nordlandiæ frequenter.

Filo aliquantum crasso solido similior quam ceterae hujus generis. Substantia interior post exsiccationem in aqua iterum tumescit et gelatinosa evadit, ut in statu vivo, et tunc dissecta texturam quandam radiantem ostendere videtur, sed tam inevidentem ut ad genus Rivulariae referri nequeat. Nihilo tamen minus versus Rivulariam rubram quodammodo progreditur. Color in aqua dulci virescit, hinc nomini speciei minus aptus.

1811. ULVA? *granulata:* filis descendentibus radicantibus, capitulis terminalibus solitariis. *Linn. svec. n.* 1160. *Flor. Dan. t.* 705. *Dillen. musc. p.* 55. *t.* 10. *f.* 17. — Botrydium argillaceum *Wallroth ann. p.* 153. *Mart. erl. p.* 305.
Vaucheria radicata *Agardh syn. p.* 52. *spec.* 1. *p.* 465. *Aspegren bleking. p.* 79.

Hab. ad ripas et in fossis argillaceis exsiccatis passim.

Capitula fere sola supra terram conspiciuntur, magnitudine seminis Sinapis.

475. CERAMIUM.

Roth catalect. 3. *p.* 106. *Agardh syn. p.* XXVI. cum Hutchinsia *ib.* Confervæ spec. *Linn.*

Capsulæ ovatæ extra tubum ramosum inferne crassiorem (interdum fucoideum) superne attenuatum articulatum: articuli 1) parietibus undique evidenter vasculosis s. longitudine striatis n. 1812-1815. 2) parietibus magis simplicibus et non nisi ad genicula vasculosis a) filis subdichotomis n. 1816-1818. b) filis e rachide pennatis vel hirsutis n. 1819. 1820. *Species omnes marinæ, coloratæ (plus minus rubicundæ, rarius olivaceæ, nunquam lætius virides) plerumque perennantes.*

1812. CERAMIUM *polymorphum:* filis dichotomis subæqualibus fastigiatis, articulis diametro brevioribus multistriatis fuscescentibus — *Linn. it. gotl. p.* 166. 262. *n.* 4? *syst. nat. ed.* 12. *p.* 720. *Dillen. musc.*

p. 32. *t.* 6. *f.* 35. *Fl. Dan. t.* 395. *Dillwyn. conf. t.* 44. *Engl. Bot.* 27. *t.* 1764 *Wahlenb. lapp. n.* 976.
C. fastigiatum *Roth catalect.* 3. *p.* 157. — *Agardh syn. p.* 53.

Hab. parasitice in Fuco nodoso maris septentrionalis frequenter (an etiam Gotlandiæ sec. Linn. ll. cc. ?)

Sequentibus crassior utpote filo vix tenuior, sed digito plerumque brevior, itaque extra aquam omni aetate stabilis.

1813. CERAMIUM *violaceum:* filis virgatis confertim ramosis demum inferne nudis fusco-violaceis, articulis subquadratis multistriatis, ramis multifido-fasciculatis. *Roth catalect.* 1. *p.* 150. *t.* 8. *f.* 2. *et* 3. *p.* 151. — *Agardh syn. p.* 54. *Aspegr. blek. p.* 79.
β. nigrescens: inferne crassior demum nigricans. *Dillw. conf. p.* 81.
C. fucoides *Dillw. t.* 75. — C. atrorubens *Dillw. t.* 70. *Wahlenb. lapp. n.* 977.

Hab. in corallinis etc. infra litora maris septentrionalis frequenter, occidentalis parcius.

Initio tenuitate capilli, sed demum stipites fili crassitie valde nigrescentes et ramulis denudati fere ut Fuci cujusdam inprimis subfusci. Substantiae fragilioris et coloris magis caerulescentis quam proxima.

1814. CERAMIUM *strictum:* filis subdichotomis æqualibus capillaribus purpureis; ramis strictis erectiusculis, articulis subtrinervibus diametro triplo longioribus. — *Dillw. conf. t* 40. *introd. p.* 83. *Agardh syn. p.* 56. *Hook. scot.* 2. *p.* 88. *Wahlenb. lapp. n.* 978.

Hab in scrobiculis infra litora maris septentrionalis passim, occidentalis rarius.

Primum pulcherrime purpurea et capillaris, demum spithamam longa, et tamen capillo duplo solummodo crassior. Respectu tenuitatis strictissima omnium, sparsius ramosa.

1815. CERAMIUM *byssoides:* filis elongatis; ramis patentibus undique obsessis ramulis tenuissimis subfasciculatis, articulis diametro triplo longioribus. — *Engl. Bot. t.* 547. *Dillwyn. conf. t.* 58. *Agardh syn. p.* 60. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193.

Hab. in fundo maris occidentalis usque ad Warberg passim.

Stipes primarius quodammodo fucoideus, crassiusculus nigricans, sed ramuli ultimi omnium tenuissimi byssoidei rubicundi.

1816. CERAMIUM *rubrum:* filis dichotomo-virgatis ramosissimis: ramulis demum furcatis, articulis ovalibus medio dilutioribus tumidioribus, geniculis subcartilagineis capsularum involucra emittentibus. — *Huds. angl.* — *Engl. Bot. t.* 1166. *Hook. scot.* 2. *p.* 84. *Dillw. t.* 34. — *Agardh syn. p.* 60.
C. virgatum *Roth catalect.* 1. *p.* 148. *t.* 8. *f.* 1.
Hab. in fundo maris septentrionalis et occidentalis frequenter.

Inferne per aetatem tota opaca atro-rubens, superne semper laete rubra. Longitudo totius plerumque digitalis. Genicula firmiora vascularem naturam etiam involucra producendo indicant, hinc ejusdem generis ac praecedentes species.

1817. CERAMIUM *diaphanum:* filis dichotomis subfastigiatis ramosissimis: ramulis demum furcatis, articulis cylindricis hyalinis, geniculis incrassatis capsularum involucra emittentibus. — *Lightf. scot.* 2. *p.* 996. *Dillwyn. conf. t.* 38. *introd. p.* 78. *Engl. Bot.* 25. *t.* 1742. *Flor. Dan. t.* 951. *Agardh syn. p.* 61. *Wahlenb. lapp. n.* 975. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 14. *Aspegr. blek. p.* 79. — *Linn. svec. n.* 1175. *it. gotl. p.* 261. *n.* 1. *Herb. Ziervog.*
Hab. in fucis et inter corallinam maris septentrionalis, occidentalis et orientalis frequenter usque ad Gotlandiam.

Omnium maxime diaphana et geniculis suis rubris pulcherrime variegata, moniliformis, organisatione laxiore composita quam praecedens.

1818. CERAMIUM *littorale:* filis virgatim ramosissimis pallide virentibus; ramulis erectis subulatis, articulis diametro sublongioribus. — *Linn. svec. n.* 1170. *Dillwyn. conf. t.* 31. *Engl. Bot. t.* 2290. *Agardh syn. p.* 65. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 14.
Hab. in fucis ad littora maris utriusque frequenter.

Tenuissima omnium utpote capillo fere decies angustior, mucilaginem in aqua fere referens. Ceterum vario modo contorquitur in funiculos tomentosos (C. tomentosum *Auct.?*)

1819. CERAMIUM *pennatum:* filis vage ramosis compressis demum pinnatis: rachi plana inarticulata: pinnulis pectinatis patentibus, articulis subquadratis. — *Huds. angl. p.* 604. *Wahlenb. lapp. n.* 979. *Agardh syn. p.* 68. *Roth catal.* 2. *p.* 171. *et* 3. *p.* 153.

β rachi non explanata sed tereti pinnulis subæquali. C. cirrhosum *Agardh syn. p.* 67. — Conf. pennata *Dillwyn. conf. t.* 86.

Hab. inter Corallinam in scrobiculis aqua marina semper repletis Nordlandiæ et Finmarkiæ parcius; *β* copiosius tum in mari septentrionali cum occidentali.

Forma primaria valde singularis rachi (jugamento) pinnulis suis multoties (immo decies) latiore, fere ut in Sphærococco plumoso, omnino composita, ut non possit non ad Hutchinsiam potius quam ad Ceramium Agardh pertinere, vel haec duo genera in unum naturale genus sensu Linnæano conjungere; sed, ut Sphærococcus dictus in situ minus faventе rachin compressam amittit et tenuem teretemque accipit, sic etiam nostrum Ceramium, immo in uno eodemque specimine, et tunc contra saepius capsuliferum evadit. Substantia semper rigidula ad Corallinam vel Zoophyton (Sertulariam) accedens. Color luridus subolivaceus.

1820. CERAMIUM *spongiosum:* filis vage ramosis cylindraceis obtusis undique tectis ramulis simplicibus imbricatis æqualibus articulatis: articulis subquadratis. — *Lightf. scot.* 2. *p.* 983. *Moris. hist.* 3. *p.* 650. *sect.* 15. *t.* 9. *f.* 6. *Hook. scot.* 2. *p.* 89. *Wahlenb. lapp. p.* 510. *obs.*

Hab. inter Corallinam in scrobiculis aqua marina semper repletis, sed sub reflexu maris non inundatis in ipsa insula Kierringö Nordlandiæ parcissime cum præcedentis optime explanato statu.

Omisi hanc speciem in Fl. lapp. quia praecedenti nimium affinis videbatur; cum eam jam ut veram recipio, genere naturali a praecedente saltem non distingvere possum. Fila

primaria aliquantum crassiora, filo vix tenuiora, nodosa, neutiquam compressa, sed ramuli laterales obtegentes compositione omnino ut in praecedente, etiam capsulis iisdem sessilibus globosis praediti, adeo ut differant tantum longitudine ubique aequali circiter unius lineae et insertione minime disticha neque verticillata. Ceterum observandum, mea exemplaria vetusta esse et variis heterogeneis non parum inquinata.

474. LEMANIA.

Agardh syn. p. xxviii. Conferyæ spec. *Linn.* Polysperma *Vauch. p.* 90. *t.* 10.

Seminula fasciculatim concatenata adfixa dissepimentis intra tubum torulosum crassiusculum; geniculis incrassatis indeterminatis cellularibus. *Fila rigidula olivacea in fluviis crescentia, per hyemem duratura.*

1821. LEMANIA *fluviatilis:* filis subsimplicibus, internodiis cylindricis diametro quintuplo longioribus. *Agardh syn. p.* 70. *Fries femsjon. p.* 45.

Conferva fluviatilis *Linn. svec. n.* 1168. *Dillen. musc. p.* 59. *t.* 7. *f.* 47. *Mohr in Schrad. diar.* 1801. *p.* 323. *t.* 3. *f.* 3. 4.

Hab. in fluviis Sveciæ temperatioris saltem usque ad Vermelandiam frequenter.

Fila crassitie setae equinae et longitudine digiti; geniculis in medio fili lineam distantibus.

475. CONFERVA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1672. (exclus, prox.) *Agardh syn. p.* xxix.

Seminula distincta granuliformia in utriculis filorum undique crassitudine subæqualium articulatorum ope dissepimentorum (geniculorum) fixorum distinctis. *Species pleræque annuæ aquarum dulcium utplurimum virides: filis* 1) *simplicibus* a) *fluctuantibus* (*s. liberis*) *tenuissimis seminula intra tubum progerminantia includentibus* (*Prolifera Vauch. p.* 118. *t.* 10). *n.* 1822. 1823. b) *adfixis n.* 1824-1827. 2) *ramosis per seminula emissa germinantibus n.* 1828-1831.

1822. CONFERVA *fugacissima:* filis simplicibus tenuissimis rectiusculis mucosis, articulis subquadratis. *Dillw. conf. p.* 43. *t.* B. *Roth germ. p.* 503. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 176.

C. floccosa *Vauch. p.* 131. *t.* 14. *fig.* 3. *Agardh syn. p.* 79.
Hab. in aqua lente fluente paludum initio æstatis frequenter.
Canescit, etiam ob maximam tenuitatem.

1823. CONFERVA *rivularis:* filis simplicibus capillo tenuioribus æqualibus, geniculis pellucidis, articulis graniferis diametro subtriplo longioribus siccitate alterne compressis. *Linn. svec. n.* 1161. *Dillwyn. conf. t.* 93. (crispata). *Vauch. p.* 150. *t.* 14. *f.* 1. *Agardh syn. p.* 86.
β. tenuior: articulis diametro duplo tantum longioribus. *Dillwyn. t.* 39. — C. compacta *Roth germ. p.* 497. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 110. 185.
Hab. in rivulis pigrioribus totius Sveciæ etiam Lapponiæ saltem β vulgaris.

1824. CONFERVA *capillaris:* filis simplicibus adnatis capillaribus æqualibus longissimis, articulis subquadratis medio granulosis. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1636. *Dill. musc. p.* 25. *t.* 5. *f.* 25. *Dillw. conf. t.* 9. *Lightf. scot. p.* 988.
C. Linum *Fl. Dan. t.* 771. *f.* 2. *Agardh syn. p.* 84.
Hab. in fossis et et recessibus aquâ maris occidentalis et orientalis meridionalioris repletis rarius.
Crassior proximis utpote capillo saepe validior, interdum pedem longa.

1825. CONFERVA *zonata:* filis simplicibus adnatis tenuibus gelatinosis attenuatis, articulis subquadratis fascia transversali demum in globulum collabente notatis. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 97. *t.* 1. *f.* 7. *Agardh syn. p.* 81.
Hab. in aquis limpidioribus; optima in lacu Vettern.

1826. CONFERVA *fucicola:* filis simplicibus fasciculatis æqualibus fulvescentibus, articulis subquadratis. *Dillwyn. conf. t.* 66. *Fl. Dan. t.* 1484. *f.* 2. *Agardh syn. p.* 75. *Wahlenb. lapp. n.* 985. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193.
Hab. parasitice in Fuco serrato etc. maris septentrionalis frequenter, occidentalis parcius.

Fila capillo vix tenuiora; articulis saltem in planta juniore brevissimis.

1827. CONFERVA *fontinalis:* filis simplicibus adnatis fasciculatis rectis, articulis diametro triplo longioribus. *Linn. svec. n.* 1163. *Agardh syn. p.* 83.

Hab. in fontibus rarius.

Fateor tamen me hanc a primis filis sequentium aliarumque specierum non semper pro certo distingvere potuisse.

1828. CONFERVA *fracta:* filis ramosis rigidis; ramis divaricatis, articulis diametro quintuplo longioribus. *Flor. Dan. t.* 946. *Dillwyn. conf. t.* 14. *Agardh syn. p.* 88.

C. divaricata *Roth catalect.* 1. *p.* 179. *t.* 3. *f.* 1. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 175.

C. bullosa *Linn. svec. n.* 1166.

β. flexuosa: ramis secundis. *Flor. Dan. t.* 882. *Dillwyn. conf. t.* 10.

Hab. in aquis quietis tum dulcibus tum præcipue salsis ubi *β* in fucorum stipites adscendit.

Sequenti crassior, praesertim in mari subparasitica *β.*

1829. CONFERVA *glomerata:* filis ramosis capillaceis; ramis patentibus alternis demum fastigiatis subsecundis, articulis cylindricis diametro quadruplo longioribus. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1637. *Dillen. musc. p.* 28. *t.* 5. *f.* 31. *Flor. Dan. t.* 651. *f.* 2. *Dillwyn. conf. t.* 15 *et* 48. *Agardh syn. p.* 89.

Hab. in aqua tum salsa tum dulci ubique.

In canalibus molendinariis saepe contorquetur et eo magis conglomerata fit. Crassities circiter capilli.

1830. CONFERVA *rupestris:* filis dichotomo-virgatis strictis obtusis; articulis utrinque intense viridibus diametro triplo longioribus. *Linn. svec. n.* 1176. *it. gotl. p.* 261. *n.* 2. *Dill. musc. p.* 28. *t.* 5. *f.* 29. *Fl. Dan. t.* 948. *Dillw. conf. t.* 23. *Agardh syn. p.* 91. *Wahlenb. lapp. n.* 980. *Aspegr. blek. p.* 80.

Hab. in scopulis aqua minus salsa interdum obtectis ad mare septentrionale, occidentale et orientale saltim usque ad insulas Gotlandiæ et Ålandiæ frequenter.

Capillo vix ullibi crassior, sed firmior praecedentibus, et praecipue ob materiem viridem inclusam intentiorem longe magis conspicua.

1831. CONFERVA *Ægagropila:* filis ramosissimis e centro communi egressis globum constituentibus obtusis virescentibus; articulis diametro quadruplo longioribus. *Linn. svec. n.* 1169. *Web. et Mohr it. svec. p.* 71. *t.* 1. *f.* 4. *Agardh syn. p.* 92.

Hab. libere natans in lacubus frigidioribus Sveciæ mediæ orientalis præsertim Uplandiæ passim, Smolandiæ rarius.

Fila ejusdem crassitiei ac in praecedente, sed color viridis neque tam intensus est neque tam diu conservatur, verum in pallide olivaceum abit.

476. HYDRODICTYON.

Roth catalect. 3. *p.* 322. *Agardh syn. p.* XXXI.
Vauch. p. 82. *t.* 1. *f.* 4. Confervæ spec. *Linn.*

Materia viridis (seminalis?) demum coalescens in novum individuum intra articulos extremitatibus suis conjunctos in rete, utriculum sive sacculum undique occlusum in aqua dulci libere fluitantem formans. *Ulvoideis pariter ac genus sequens forsan magis affine.*

1832. HYDRODICTYON *utriculatum: Roth l. c. Agardh syn. p.* 97. *Vauch. conf. p.* 88. *t.* 9. *f.* 1-6. (pentagonum). *Fries femsjon. p.* 43.
Conferva reticulata *Linn. svec. n.* 1167. *Dillen. musc. p.* 20. *t.* 4. *f.* 14. *Dillw. conf. t.* 97.

Hab. in stagnis profundioribus vix exsiccandis rarius ex. gr. ad Fellingsbro Vestmanniæ, Femsjö Smolandiæ.

Vegetabile hocce valde singulare versus autumnum adolescit in utriculum sive sacculum oblongum, Ulvæ intestinali non dissimilem, amplitudine circiter digiti, qui constitutus esse reperitur reticuloso opere: areis plerumque pentagonis circiter lineam latis. Hic autem utriculus in statu infantili verno tempore inceperat microscopica fere minutie, primum ortus ex articulo maternalis plantae quasi e matrice. Hinc materia viridis in articulis plantae adultae nunquam

reperitur collapsa in maculas, sicut in aliis confervoideis. — Svecice *Vatten-ryssja.*

477. ZYGNEMA.

Agardh syn. p. xxxii. Confervæ spec. *Linn.* Conjugata *Vauch. p.* 37. *t.* 4-6.

Seminula in lineas spirales vel rosulas vel stellulas disposita, e parietibus oriunda, intra tubulum articulatum simplicissimum, demum per trabeculas transversales cum altero copulatum. — *Fila eximie æqualia, attenuata, viridia, parallele in aqua dulci fluitantia, nec extremitate ulla adfixa* 1) *granulis spiras formantibus n.* 1833. 1834. 2) *stellulas binas exhibentibus n.* 1835. 3) *in maculam mediam collectis n.* 1836.

1833. ZYGNEMA *nitidum:* articulis diametro subæqualibus, spiris crucialis tenuibus continuis. *Agardh syn. p.* 98. — *Flor. Dan. t.* 819. *Dillwyn. conf. t.* 4.
Conjugata princeps *Vauch. p.* 64. *t.* 4. *f.* 1-5.
Conf. setiformis *Roth catalect.* 3. *p.* 266. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 70.
Hab in fossis pigrioribus Sveciæ temperatioris passim.
Sequentibus magis lubricum et crassius utpote capillo vix tenuius, saturatius viride, itaque omnimodo magis conspicuum.

1834. ZYGNEMA *quininum:* articulis diametro longioribus, spiris simplicibus sparsis. *Agardh syn. p.* 100. — *Müller Nov. Act. Petrop.* 3. — *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 105. 175. *Wahlenb. lapp. n.* 988. *Fries femsjon. p* 43. — Conf. spiralis *Dillwyn. t.* 3. — Conjugata porticalis *Vauch. p.* 66. *t.* 5. *f.* 1.
Hab. in aquis purioribus ubique in Lapponiam usque frequenter.

1835. ZYGNEMA *bipunctatum:* articulis diametro duplo longioribus maculas binas subrotundas stelluliformes continentibus. — *Roth catalect.* 2. *p.* 204. *Dillw. conf. t.* 2. *Wahlenb. lapp. n.* 987. — C. stellina *Vauch. p.* 73. *t.* 6. 7.
Z. cruciatum *Agardh syn. p.* 102?
Hab. in fluviis et rivulis magis montanis et septentrionalibus frequenter.

In lapidibus saepe decumbens, intricata et tortuosa, brevis, coloris obscurioris subolivacei, demum nigrescentis.

1836. ZYGNEMA *genuflexum:* articulis diametro multiplo longioribus demum linea seminali longitudinali notatis passim flexuosis et geniculo copulatis in reticulum laxum. — *Roth catalect.* 2. *p.* 199. *Dillw. conf. t.* 6. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 96. — *Agardh syn. p.* 96.

Conjugata angulata *Vauch. p.* 79. *t.* 8. *f.* 1-6.

Hab. in aquis quietis æstate passim.

Praecedentibus longe tenuius, capillo saltem quadruplo angustius, magis fugax, cito pallescens, nubiforme, demum fragile.

478. OSCILLATORIA.

Vauch. conf. p. 165. t. 15. Agardh syn. p. XXXII. Confervæ *Auct.*

Seminalis materia collecta in annulos transversales per tubum continuum mobiles seu oscillantes. — *Fila citius crescentia et paucos menses durantia, magis irritabilia et sese curvantia:* 1) *muco involuta demum natantia n.* 1837. 1838. 2) *libera n.* 1839. 3) *adfixa scopulis marinis n.* 1840. 1841. 4) *e centro radiantia ramosa n.* 1842.

1837. OSCILLATORIA *limosa:* filis rigidulis rectis in stratum gelatinosum radians atrovirens intertextis. — *Roth catalect.* 3. *p.* 197. *Dillwyn. conf. t.* 20. *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 98. — *Agardh syn. p.* 104. — O. princeps *Vauch. p.* 190. *t.* 15. *f.* 2. 6.

Hab. in fundo aquarum quietarum, demum enatans, passim.

1838. OSCILLATORIA *Flos aquæ:* filis hyalinis rectis parallelis in membranam pallide viridem congestis. *Agardh syn. p.* 107.

Byssus Flos aquæ *Linn. svec. n.* 1182.

Hab. in superficie aquæ quietæ rarius.

Omnium tenuissima est.

1839. OSCILLATORIA *muralis:* filis curvatis rigidiusculis in stratum viride implicatis. — *Dillw. conf. t.* 7. — *Agardh syn. p.* 108. — C. muralis *Martius erl. p.* 298.

Hab. in muris, tectis etc. passim superfusis umbrosis ubique.

Quamvis praecedentibus longe minus tenuis, tamen fila saltem sexies capillo tenuiora, rigidiora utpote interdum aëri exposita.

1840. OSCILLATORIA *atropurpurea:* filis adnatis atropurpureis, annulis diametro dimidio brevioribus. — *Roth catalect.* 3. *p.* 28. *t.* 6. *Dillw. conf. t.* 103. *Wahlenb. lapp. n.* 986. — *Agardh syn. p.* 109.

Hab. in saxis ad superficiem aquæ refluæ prope insulas exteriores maris septentrionalis Nordlandiæ rarius.

Maxima hujus generis saepe digitum longa et capillo parum tenuior. Recta quidem crescit, sed post exsiccationem humectata valde torquetur vel oscillat.

1841. OSCILLATORIA *scopulorum:* filis adnatis viridibus flexuosis acutis in densum velamen collectis. — *Web. et Mohr schwed. reis. p* 195. *t.* 3. *f.* 3. — *Agardh syn. p.* 111.

Hab. in scopulis aqua marina sæpe inundatis ex. gr. ad Warberg.

Fila longitudinem sesquilineae vix superantia, capillo multoties tenuiora, exsiccatione in crustam mucosam passim rimosam coalescentia.

1842. OSCILLATORIA *distorta:* filis cæruleo-virescentibus rigidiusculis cæspitosis rectis vage ramosis. — *Fl. Dan. t.* 820. *Dillw. conf. t.* 22. — *Agardh syn. p.* 112.

Hab. in lacubus ex. gr. in Mälaren prope Djurgården Stockholmiæ.

Fila vix semiunciam longa, capillo quintuplo tenuiora, sed intense colorata.

479. SCYTONEMA.

Agardh syn. p. XXXIV.

Seminalis materia coalita in massam duriorem subcontinuam vel parum annulatam tubum continuum replentem. — *Fila subcoriacea (unde nomen) aëri sæpe exposita, plerumque ramosa, perennia, Lichenibus corniculatis tenuissimis valde affinia.*

1843. SCYTONEMA *myochrous:* filis cæspitosis olivaceo-fuscis vage ramosis, annulis centralibus approximatis. — *Dillw. conf. t.* 19. — *Agardh syn. p.* 115. — Conf. seriata *Wahlenb. lapp. n.* 984. *t.* 30. *f.* 2.

Hab. in limo inundato paludum etc. Sveciæ frigidioris ex. gr. Lapponiæ, Vermelandiæ, Smolandiæ.

Fila capillo circiter quinquies tenuiora, implexa quasi in pellem murinam. Annuli evidentiores in locis magis aquosis.

1844. SCYTONEMA *atrovirens:* filis cæspitosis atrovirentibus rigidis ramosis: ramis tenuioribus subsecundis, annulis granulato-punctatis. — *Dillwyn. conf. t.* 25. *Wahlenb. lapp. n.* 974. — *Agardh syn. p.* 115.

Hab. in saxis ad stillicidia, rivulos, cataractas totius Sveciæ frigidioris vulgatissime.

Fila primaria capillo duplo angustiora.

480. DIATOMA.

Decand. fl. franc. 2. *p.* 48. *Agardh syn. p.* xxxv. Confervæ spec. *Auct.*

Seminalis materia dissoluta intra fila plana articulata, marginibus sibi apposita et conjuncta, demum extrorsum alternatim angulis cohærentibus et discedentibus: fragmentis rectangulis. *Fila rectissima fragilissima inter Confervoideas alias parasitica.*

1845. DIATOMA *Swartzii:* filis medio læte viridibus demum extrorsum pinnatifidis: laciniis bidentatis. *Agardh syn. p.* 118. *Sv. Bot. t.* 491. *f.* 1-3. *Aspegren bleking. p.* 81.

Hab. in aquis stagnantibus et lacubus Vermelandiæ, Vestmanniæ, Hallandiæ, Blekingiæ rarius.

Latitudo circiter capilli. Articuli diametro pluries breviores ut in sequente.

1846. DIATOMA *pectinalis:* filis dilute viridibus rigidis attenuatis, articulis diametro triplo brevioribus. — *Müller nov. act. petrop.* 3. *Dillw. conf. t.* 24. *Engl. Bot.* 23. *t.* 1611. *Wahlenb. lapp. n.* 989. — *Agardh syn. p.* 119. — Conf. bronchialis *Roth catalect.* 1. *p.* 186.

Hab. inter Confervas in fluviis totius Sveciæ etiam Lapponiæ passim.

Latitudo fere praecedentis. Exsiccatione omnino albescit.

1847. DIATOMA *flocculosa:* filis hyalinis rigidulis, articulis subquadratis. — *Roth catalect.* 1. *p.* 192. *t.* 4. *f.* 4. *et t.* 5. *f.* 6. *Dillw. conf. t.* 28. *Wahlenb. lapp. n.* 990. — *Agardh syn. p.* 119.

β. tenuis. *Sv. Bot. t.* 491. *f.* 4. 5.

γ. fasciculata. *Ibid. f.* 6. 7.

Hab. in rivulis; *γ* in mari ad Ceramia varia.

Praecedentibus duplo angustior, aliquantum fuscescens.

481. BATRACHOSPERMUM.

Bory ann. mus. XII. — *Vauch. conf. p.* 105. *t.* 1. *f.* 5. *et t.* 11. 12.
Conferv\u00e6 spec. *Linn.*

Seminalis materia in articulis plus minus moniliformibus, subverticillatim insertis filo crassiori magis æquali subheterogeneo stipitem vel caulem plantæ quasi constituenti. — *Vegetabilia ad sequens genus accedentia, extus valde mucilaginosa, vel* 1) *magis perennia ideoque glomerulis capsularibus externis prædita* (Batrachospermum p. s. d. Agardh) *n.* 1848. *vel* 2) *fugacia, annua, sine fructu externo* (Draparnaldia Agardh, Conferva Martius) *n.* 1849.

1848. BATRACHOSPERMUM *gelatinosum:* filis centralibus atris, ramulorum verticillis æqualibus nodos referentibus. — *Linn. svec. n.* 1165. *Dillen. musc. p.* 36. *t.* 7. *f.* 42. 43. *Dillwyn. conf. t.* 32.
B. moniliforme *Roth catalect.* 3. *p.* 160. *Agardh syn. p.* 122. *Vauch. p.* 112. *t.* 11. *f.* 1. 3.

β. cærulescens: verticillis contiguis ramos cylindraceos constituentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 973.
B. vagum *Agardh syn. p.* 123.

γ. atrum; verticillis inconspicuis. C. atra *Dillwyn. conf. t.* 11? *Dillen. musc. p.* 39. *t.* 7. *f.* 46.

* flavescens. B. vagum *γ Agardh l. c. p.* 124.

Hab. in lapidibus rivulorum puriorum Sveciæ montanæ et magis elevatæ ubique; *β* præcipue in regionibus frigidioribus usque ad Lapponiam; *γ* Vermelandiæ ferrimontanæ.

Filis suis primariis omnino perennat et γ totum perenne videtur. Forma α verticillis saepe semilineam latis, β dimidio angustioribus et denique γ capillo saepe angustioribus; nec nisi γ* status macie correptus sine ullis verticillis. In β fructum externum adhuc reperi, sed in γ ab angustiem verticillorum necessarie deesse videtur.

1849. BATRACHOSPERMUM *glomeratum:* filis centralibus virentibus, ramulorum glomerulis obtusis nodos referentibus. *Vauch.* p. 114. t. 12. f. 1. — Drap. glomerata *Agardh syn.* p. 124. — C. mutabilis *Roth catalect.* 3. p. 161. *Wahlenb. lapp.* n. 983. *Engl. Bot.* t. 1746. *Dill. musc.* p. 38. t. 7. f. 44.

β. plumosum: glomerulis acuminatis indistinctis. *Vauch.* p. 113. t. 11. f. 2.
Drap. plumosa *Agardh syn.* p. 124.
C. mutabilis *Dillw. conf.* t. 12.
C. gelatinosa γ *Huds. angl.*

Hab. in aquis purioribus frequenter.

Æstate tantum provenit, certe annua, eximie fugax; filis etiam centralibus mollissimis paucos tantum menses durantibus, plerumque hyalinis, capillo vix crassioribus. Ceterum tota planta eximie vaga, in optimo statu laete viridis. Mucilago ejus maxime fluxilis vel tenuis, cum contra in praecedente specie magis stabilis vel crassior quasi gelatinosa, unde nomen istius Linnæanum optimum crediderim.

482. RIVULARIA.

Roth neue beitr. 1. p. 261.

Seminula intra articulos radiantes plantæ superficiem (non vero integumentum) subæqualem extremitate sua constituentes, eosque 1) concatenatos frondem plerumque ramosam formantes n. 1850. 1851. 2) elongatos continuos globulum exhibentes n. 1852. 1853.

1850. RIVULARIA *endiviæfolia:* fronde planiuscula ramosa lobataque viridi; lobis linearibus obtusis, filis e basi frondis parallelis apice fastigiatim ramosis. *Roth l. c.* p. 263. *catalect.* 3. p. 334. *Flor. Dan.* t. 1488. f. 2. *Wahlenb. ups.* n. 986. — *Agardh syn.* p. 127. *Fries femsjon.* p. 44.

Ulva incrassata *Engl. Bot. t.* 967. — Batrach. fasciculatum *Vauch. p.* 116. *t.* 13.

Hab. in rivulis sylvestribus et lacubus adjacentibus Sveciæ temperatioris frequenter, saltem usque ad Upsaliam.

Frons saepe digitum longa et lata (scil. inter apices ramulorum); ceterum valde lacunosa et omnimodo formae variantis. Brevis est durationis, tantum aestivalis, utpote usque e basi filis tenuissimis composita.

1851. RIVULARIA *rubra:* fronde filiformi dichotoma rubra, filis seminuliferis ex axe frondis. — *Agardh syn. p.* 127. — *Huds. angl.*

R. multifida *Web. et Mohr schwed. reis. p.* 193. *t.* 3. *f.* 1. *Hook. scot.* 2. *p.* 76.

Hab. ad saxa in mari occidentali meridionaliori ex. gr. ad Warberg.

Longitudine digiti, filo aliquanto crassior. Post exsiccationem emollita non turget et cylindrica evadit (ut Ulva filiformis), sed collapsa manet: marginibus saturatioribus fibrillulas hyalinas tenuissimas angulo recto exserentibus.

1852. RIVULARIA *angulosa:* subglobosa demum difformis cavaque, filis globo insidentibus subulatis. *Roth neue beitr.* 1. *p.* 283. *catalect.* 3. *p.* 340. *Agardh syn. p.* 130. — Tremella natans *Hedw. theor. p.* 218. *t.* 36. *f.* 7-10.

Hab. in mari ad Fucum vesiculosum et in aquis adjacentibus.

Diameter 2 linearum — 1 unc. Color olivaceus.

1853. RIVULARIA *atra:* hemisphærica solitaria dura nitida atroviridis, filis densissimis basi fasciculatis. *Roth catalect.* 3. *p.* 340. *Agardh syn. p.* 130. *Aspegren bleking. p.* 81. — Tremella hemisphærica *Linn. svec. n.* 1141. *it. vestgoth. p.* 193.

Hab. in Fucis saxisque maris occidentalis et orientalis. Diameter ½-1 lin.

483. NOSTOC.

Vauch. conf. p. 203. *t.* 16. *Agardh syn. p.* XXXIX. Tremellæ spec. *Linn.*

Globuli coadunati in fila moniliformia intra massam ge-

latinosam integumento membranaceo indutam 1) magis explanatam demumque membranaceam n. 1854. 2) subglobosam in ceteris. — *Species quædam hic omissæ Lichenum tremellinorum (Collematum) initia tantum esse videntur.*

1854. NOSTOC *commune:* terrestre, fronde plicato-lobata ventricosa. — *Linn. svec. n.* 1156. *Fl. Dan. t.* 885. *f.* 1. *Dillen. musc. p.* 52. *t.* 10. *f.* 14. — *Agardh syn. p.* 131. *Vauch. p.* 223. *t.* 16. *f.* 1.
Hab ad terram graminosam post pluvias præsertim vere et autumno breviter duraturum.
Frons biuncialis et ultra, olivaceo-viridis, Svecis *Skyfall.*

1855. NOSTOC *verrucosum:* fronde vesiculosa subcoriacea cava plicata lævi. *Agardh syn. p.* 132. *Aspegren blek. p.* 82. *Vauch. p.* 225. *t.* 16. *f.* 3. — *Linn. svec. n.* 1139. *it. gotl. p.* 181?
Hab. sub aqua dulci in lapidibus.

1856. NOSTOC *marinum:* fronde globosa subcoriacea cava fulvo-fusca lævi, filis crassis densissime compactis. *Agardh syn. p.* 133. *Aspegren bleking. p.* 82. — Tr. difformis *Linn. svec. n.* 1140. *it. vestgoth. p.* 193. *n.* 1.
Hab. in plantis maris occidentalis et orientalis inferioris.

1857. NOSTOC *pruniforme:* fronde solitaria sphærica olivacea coriacea lævi, filis implexo-crispatis. *Agardh syn. p.* 134. *Fries femsjon. p.* 44.
Ulva pruniformis *Linn. svec. n.* 1159. — *Roth neue beitr.* 1. *p.* 301.
Hab. in lacu Mälaren post foenisecium libere fluitans; etiam Hallandiæ ad Drängsered, Smolandiæ ad Femsjö.
Magnitudinem fructus P r u n i C e r a s i versus finem aestatis attingit, dein autumno disparet. Svecis *Sjö-plommon.*

4. ORD. FUNGI.

CONSPECTUS.

1. HYMENOMYCI: membrana fructificante extrorsum tecti, nuda, sed seminula plerumque conservata intra theculas s. ascos.

a. *Pileati:* receptaculo dilatato in formam plus minus suborbicularem subtus s. deorsum fructificante (nisi resupinato), effigurationibus sequentibus:

Lamellis a se invicem separatis acutis indivisis - - - 484. AGARICUS
ramosis obtusis venas fere referentibus - - 485. MERULIUS
geminatim conniventibus - - - - - 486. SCHIZOPHYLLUM
anastomosantibus in gyros dædaleos - - - 487. DAEDALEA
Poris plus minus subrotundis - - - - - - - - - 488. BOLETUS
Tubulis prominentibus teretibus - - - - - - - 489. BUGLOSSUS
Aculeis prominentibus teretibus - - - - - - - - 490. HYDNUM
latis confluentibus - - - - 491. SISTOTREMA
Papillis verrucisve plus minus evidentibus - - - 492. THELEPHORA

b. *Clavati:* receptaculo elongato in formam plus minus clavatam vel cylindricam (immarginatam) extrorsum fructificante.

Clava solidiuscula cum stipite confluens - - - - - 493. CLAVARIA
distincta distiche in stipitem decurrens 494. SPATHULARIA
undique ambiens - - - - 495. MITRULA
cava extra stipitem eminens lacunosa bursæformi 496. MORCHELLA
lævi subpileiformi - 497. HELVELLA

c. *Cupulati:* receptaculo dilatato in formam suborbicularem supra s. sursum fructificantem et plerumque concavam.

* *Molliores terrestres vel corticoli*

Theculis seminula elastice ejicientibus persistentibus inter paraphyses 498. PEZIZA
sine paraphysib. 499. PATELLARIA
dissilientibus - 500. ASCOBOLUS
dem. libere erumpentib. 501. BULGARIA

** *Duriores ligni coli (radicati)*

Theculis seminuliferis in membrana deliquescente - - 502. DITIOLA
fatiscente - - - 503. TYMPANIS
marcescente subclausa 504. CENANGIUM
immersa - 505. STICTIS

d. *Anomali* formâ et seminulis magis nudis nullaque theccula nisi imperfecta inclusis.

Receptaculo subgelatinoso supra papilloso - - - 506. Auricularia
lævi - - - - - 507. Tremella
deliquescente - - 508. Dacromyces
fatiscente - - - - 509. Agyrium
duriori subrotundo sine radiculis - - - 510. Sclerotium
difformi cum radiculis - - - 511. Rhizoctonia
intra corticem alienum - - - 512. Spermoedia

2. Gasteromyci: seminula intra saccum clausum.

a. *Angiogastres:* sacculis propriis intra saccum communem.

Sacco rupto: intus receptaculo discreto aperto stipitat. integro 513. Phallus
sacculis lenticularibus pluribus carnosis - 515. Nidularia
cocculis multis - - - - - - - - - 516. Myrioccum
stellato: nucleo globoso membranaceo - 518. Sphaerobolus
in stipitem producto nucleum globosum elevante - 517. Pilobolus
irregulariter rumpente; intus venis anastomosantibus 514. Rhizopogon

b. *Sclerogastres:* sacculis extus induratis, intus subgelatinosis stromate communi etiam duriori sæpe junctis.

Sacculi clausi subglobosi apicis ostiolo se aperientes; theculis convergentibus
diffluentibus 519. Sphaeria
compressi: rima subclausa; theculis fatiscentibus 520. Lophium
seminulis mucosis erumpentibus in globulum induratum
521. Sphaeronaema
cirrhos - 522. Cytispora
grumosis sine lege rejiciendis - - 523 Phoma
in stromate communi cellulif.; theculis persist. 524. Dothidea
disrumpentes in frustula transversalia - - 525. Rhytisma
a centro versus ambitum in lacinias - 526. Phacidium
a basi et dilabentes disco minuto relicto
527. Leptostroma
dehiscentes rima longitudiuali simplici - - 528. Hysterium
in fungillo radiato - 529. Actidium

c. *Trichosgastres:* sacco inter fila s. floccos (demum tamen parietibus adnata et disparentia) seminula includente.

* *juniore carnoso*

Sacci membrana simplici extus furfuracea - - - - 530. Lycoperdon
stipitata; verticis ore marginato 531. Tulostoma
duplici: exteriore stellatim dehiscente - 532. Geastrum
parietes indurati verrucosi intus venoso-floccosi 533. Scleroderma

** *juniore fluxili*

Floccis ex axe persistentibus: sacculo fugaci - - 534. Stemonitis
contextis deciduis: sacculo basi persistente - - 535. Arcyria
in cancellum supra sacculi basi persistent. 536. Cribraria
fasciculatim adscendentib. e fundo sacculi membranacei 537. Trichia
adnatis parietibus sacculi squamulosi - - - 538. Physarum
sacculo duplici - - - - - - - - - 539. Diderma
simplici lævi - - - - - - - 540. Lycogala
obsoletis intra sacculum membranaceum - - - - 542. Licea
celluloso - difformem - 541. Spumaria
intus lamellos. ext. stuppos. 543. Æthalium

3. Mucoroidei (Hyphomycetes): seminula in floccis s. fibris nudis maximam partem totius vegetabilis constituentibus.

Fibræ genuinæ septatæ simplices erectæ vesiculis seminuliferis terminatæ 544. Mucor
erectiusculæ apice seminulif. 545. Aspergillus
prostratæ: seminulis sparsis 546. Arthrinium
ramosæ implexæ: semin. verticillat. 547. Trichoderma
apice penicillatæ capitatæ - 548. Penicillium
byssaceæ moniliformes intus grumosæ - 549. Monilia
pannosæ (ramulis submoniliformib.)? 550. Racodium
cæspitosæ totæ continuæ - - 551. Dematium
anastomosantes intus vasculosæ 552. Rhizomorpha
connatæ in stipitem apice capitulo seminulifero 553. Stilbum
spuriæ e plantarum pilis mutatis - - - - - 554. Erineum

4. Pulveracei (Coniomycetes): seminula majorem partem fungilli constituentia.

Seminula nuda libera solitaria ex epidermide viva - - 555. Æcidium
concatenata ex epidermide viva - 556. Puccinia
mortua 557. Stilbospora
stromati imposita - - - - 558. Melanconium
innata elongata sine stromate - - 559. Sporidesmium
e stromate diffluentia fusiformia - - 560. Fusarium
globosa - - - 561. Ægerita
cum massa subgelatinosa - 562. Tubercularia
? intra membranam inconspicuam - - - - 563. Erysiphe

484. AGARICUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1674. Fries syst. myc. 1. p. 8.

Pileus subtus lamellosus: lamellis a se invicem distinctis margine acutis integris. — *Fungi optime carnosi et non nisi ob tenuitatem submembranacei, Svecis Skiflinger: 1) Levcospori: seminulis albidis n.* 1858-1921. 2) *Hyporrhodii: seminulis roseis*

n. 1922. 1923. 3) *Cortinariæ: seminulis ochraceis n.* 1924-1927. 4) *Dermini: seminulis ferrugineis intra velum n.* 1928-1943. 5) *Pratellæ: seminulis fuscescentibus n.* 1944-1952. 6) *Coprini: seminulis nigris in theculis segregatis seriatis inter lamellas diffluentes n.* 1953-1956. 7) *Gomphi: seminulis nigris inter lamellas arescentes ramosas n.* 1557. *Quo seminula albidiora eo magis æstivales vel præcoces fungi, quo magis colorata et præcipue nigrescentia eo magis serotini inter pruinas demum oriundi.*

1) *Levcospori: seminulis albissimis.*

A) *Volvati:* (*Amanita Pers.*) * *volva ad radicem laxa longiori n.* 1858. 1859. ** *volva ad radicem abrupta et in pileum extenta ibique demum maculas relinquente n* 1860. 1861.

1858. AGARICUS *vaginatus:* volva vaginali, stipite subnudo attenuato fistuloso, pilei margine sulcato. (*Linn. svec. n.* 1238). *Flor. Dan. t.* 1014. *Fries syst.* 1. *p.* 14.

Hab. inter Hypna profundiora in pinetis subhumidis densis ubique, etiam Upsaliæ frequenter.

Vagina ejus radicalis ultra unciam longa plerumque inter muscos latet, eminente stipite fere pedali, pileo palmam lato ut plurimum griseo, radiis nigrescentibus.

1859. AGARICUS *phalloides:* volva bulbiformi, stipite annulato, pileo subsquamoso margine lævi. (*Linn. svec. n.* 1237). *Fl. Dan. t.* 1246. (virescens). *Bolton. t.* 48 (vernalis). *Fries syst.* 1. *p.* 13.

Hab. inter frondes delapsas præcipue in fagetis provinciarum meridionalium copiose.

Color varius plerumque dilutus. Stipes brevis, uncias aliquot tantum longus, pileo fere ejusdem latitudinis.

1860. AGARICUS *muscarius:* volva ad radicem abrupta, sed in pileo maculas albas byssoideas relinquente, stipite subbulboso versus apicem annulato. *Linn. svec. n.* 1235. *it. scan. p.* 450. *Sv. Bot. t.* 108. *Wahlenb. ups. n.* 1003.

β. formosus: pileo aurantiaco-fulvo. *Persoon.*

γ. umbrina. A. pantherinus *Decand. fl. franc. suppl. p.* 52. *Fries syst.* 1. *p.* 16. (*Linn. svec. n.* 1236).
Hab. in sylvis totius Sveciæ vulgatissime.
Affinibus longe spectabilior saepe ultra pedem altus, valde diversicolor, sed odoris suspecti, Svecis *Flug-svamp*.

1861. AGARICUS *rubescens:* volva ad radicem abrupta in pileo intus rubescente verrucas albas farinosas relinquente, stipite abbreviato superne annulato. (*Linn. svec. n.* 1239). *Fl. Dan. t.* 831. (crassipes). *Fries syst.* 1. *p.* 18.
Hab. in fagetis provinciarum meridionalium frequenter.
Stipes tantum 2-4 uncias longus firmus, coloris carnei ut substantia totius fungi.

B) *Annulati: annulo plerumque firmiori persistente.*

1862. AGARICUS *procerus:* annulo incrassato mobili, stipite basi bulboso sursum attenuato a lamellis remoto, pileo expanso in squamas radiatas secedente margine fimbriato. *Fl. Dan. t.* 772. *Bolt. fung. t.* 23. (annulatus). *Fries syst.* 1. *p.* 20.
Hab. ad hortos et sylvas regionum campestrium passim.
Maximus nostrorum utpote pedem et altus et latus. Annulus e bulbo prope radicem ortus, in stipite tenuiter striato dein oscillat. Pileus ob squamas griseas eximie marmoratus satis exsuccus exsiccatione flexilis.

1863. AGARICUS *ermineus:* annulo fugaci, stipite æquali a lamellis libero, pileo expanso epidermide secedente versus marginem sericea. *Fries syst.* 1. *p.* 22. *Sv. Bot. t.* 594. *f.* 1.
Hab. in aggeribus graminosis ad Lund Scaniæ rarius.
Sapor Raphani, odor vix ullus. Stipes circiter triuncialis; pileus 2 uncias latus, extus albissimus.

1864. AGARICUS *granulosus:* stipite infra annulum patulum squamuloso, lamellis adfixis, pileo farinoso-granulato umbonato. (*Linn. svec. n.* 1208. *lapp. n.* 497.). *Pers. syn. p.* 264. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 11. *Fries syst. p.* 24. *Fl. Dan. t.* 1015. *f.* 2. (muricatus). *Bolt. fung. t.* 51. *f.* 1. (croceus). *Sowerb. fung. t.* 19.
Hab. inter muscos in pinetis ubique.

Color frequenter variat ab albescente in croceum et rubicundum. Stipes saepe longitudine digiti, sed pileus raro bis unciam latus.

1865. AGARICUS *mucidus:* annulo sulcato reflexo iterumque erecto, stipite bulboso, lamellis adnexis distantibus, pileo tenui glutinoso. *Pers. syn. p.* 266. *Fries syst. p.* 28. *Swartz V. Ac. H.* 1808. *p.* 12. (*Linn. svec. n.* 1198?) *Fl. Dan. t.* 775. (nitid.) *et t.* 1130.

Hab. in truncis præsertim Fagorum.

Stipes basi durus 4 lin. crassus.

1866. AGARICUS *polymyces:* stipite fibroso infra annulum patulum lævi, lamellis subdecurrentibus albescentibus, pileo sordide luteo fimbriato-squamoso. *Persoon. syn. p.* 269. *Trattinn. fung. esc. t.* D. *Bolton t.* 140. (congregatus).

β A. melleus *Flor. Dan.* 6. *t.* 1013. *Fries syst.* 1. *p.* 30. *Bolton t.* 141. *et t.* 136. (pallidus).

Hab. ad caudicum radices in sylvis omnibus frequenter.

Caespites maximos densissimos saepissime constituit. Annulus validus intumescens vix infra marginem pilei. Stipes quoque firmus interdum fere pedem longus.

C) *Velati: quamquam velo fugacissimo et demum in ultimis obsoleto.*

1867. AGARICUS *carnosus:* stipite deorsum attenuato rubro-fasciato, lamellis profunde adnatis, pileo carnoso convexo primumque umbonato albescente rubroque fasciato. *Sowerb. fung. t.* 246. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 84.

A. erubescens *Fries syst.* 1. *p.* 32.

Hab. in sylvis densis rarius.

Stipes insigniter fibrosus tenax subrimosus; rimis praecipue carnosi coloris. Magnitudo mediocris subspithamaeus.

1868. AGARICUS *eburneus:* albissimus viscosissimus, stipite apice squamuloso, lamellis subdistantibus decurrentibus, pileo carnoso planiusculo. (*Linn. svec. n.* 1201). *Persoon. syn. p.* 364. *Swartz V. Ac. H.* 1809. *p.* 88. *Fries syst.* 1. *p.* 35. *obs.* 1. *p.* 15. *Fl. Dan. t.* 600. — A. nitens *Sowerb. t.* 71.

Hab. præcipue in betuletis passim.

Praecedente plerumque minor, albidine sua eximie nitens.

1869. AGARICUS *fulvus:* stipite cavo æquali fibrilloso, lamellis adnexis flavis, pileo viscoso rufo-fulvo discoideo. *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 272. *Fries syst.* 1. *p.* 37. *obs.* 2. *p.* 119. (flavo-brunneus).
Hab. in sylvis frondosis inprimis betulinis humidis regionum meridionaliorum passim.
Stipes 3, 4 unc. longus rufescens, intus flavus.

1870. AGARICUS *Russula:* stipite solido æquali apice squamuloso pileoque saturate roseo granulato viscoso, lamellis subliberis candidis. *Pers. syn. p.* 388. *Fries syst.* 1. *p.* 38. *Trattinn. fung. esc. t.* G.
Hab. in sylvis regionum australiorum raro.
Etiam caro interior praesertim superne rosea, firma, crassa.

1871. AGARICUS *equestris:* stipite solido squamuloso lamellisque emarginatis confertis sulphureis, pileo compacto flexuoso subsquamoso flavo-rufescente. *Linn. svec. n.* 1219. *Fries femsjon. p.* 46. *Poll. pal.* 3. *p.* 293. — A. flavo-virens *Pers. syn p.* 319. *Fries syst.* 1. *p.* 41.
Hab. in pinetis siccis ad viarum margines.
"Pileus convexus, pallidus, disco luteo, quasi stella fulva picto" Linn. in stipite brevi plerumque unciali, crasso duro usque in hyemem persistente.

1872. AGARICUS *rutilans:* stipite inferne incrassato flavescente superne rutilanter variegato, lamellis pallidis subciliatis, pileo planiusculo flavescente rubedine villosa superfuso punctatoque. *Persoon. syn. p.* 320. *Flor. Dan. t.* 1610. *Fries syst.* 1. *p.* 41. *Wahlenb. ups. n.* 1006. — A. xerampelinus *Sowerb. fung. t.* 31. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 83.
Hab. prope truncorum radices in sylvis acerosis passim.
Major proximis utpote spithama interdum altior et palma latior, colore suo concinne insperso valde insignis.

1873. AGARICUS *personatus:* stipite subbulboso solido villoso violaceo lamellisque subconcoloribus rotundatis liberis, pileo glabrescente subcæsio margine villoso pruinoso. (*Linn. svec. n.* 1227). *Fries syst.* 1. *p.* 50. *obs.* 2. *p.* 89-92. — A. violaceus *Fl. Dan.*

t. 1133. *Sowerb. fung. t.* 209. *Bolton fung. t.* 147. (bulbosus). — A. bicolor *Pers. syn. p.* 281.
Hab. in graminosis pinetorum Sveciæ totius passim.
Inferne satis constanter violaceus, sed pileus dilutus, quo a vero A. violaceo facile distingvitur. Magnitudo mediocris, stipite plerumque digitali.

1874. AGARICUS *humilis:* stipite brevi farcto æquali fibrilloso lamellisque albidis adnatis, pileo planiusculo nigrescente. (*Linn. svec. n.* 1221.). *Persoon. syn. p.* 360. *Fries syst.* 1. *p.* 50. *obs.* 2. *p.* 111. *Femsjon. p.* 46. (brevipes).
Hab. in humo præsertim hortorum denudata ubique.
Tam humilis, ut terram pileo suo concolori fere tegat, sed subtus eximie albicat.

D) *Gymnopi: stipite semper nudo.*
* *Integri* (Russulæ): *lamellis et margine eximie integris et extensione subæqualibus.*

1875. AGARICUS *alutaceus:* lamellis æqualibus latis alutaceis lutescentibus, pileo planiusculo margine tuberculoso demum sulcato. *Persoon. syn. p.* 441. *Fries syst.* 1. *p.* 55. *obs.* 1. *p.* 71.
Hab. in sylvis præsertim regionum australiorum frequenter.
Sequente major, sapore miti grato. Lamellae ½ unc. usque latae venoso-conjunctae (fere ut in Cantharello). Color maxime varians ut in sequente.

1876. AGARICUS *integer:* lamellis subæqualibus candidis, pileo subdepresso margine demum sulcato rubro. *Linn. svec. n.* 1230. *Sowerb. fung. t.* 201. *Fl. Dan.* 6. *t.* 1009. *f.* 1. *Bolt. t.* 1.
A. emeticus *Pers. syn. p.* 439. *Fries syst.* 1. *p.* 56. *obs.* 1. *p.* 67.
β. Georgii: pileo flavo. *Linn. svec. n.* 1210.
Hab. in sylvis omnibus ubique frequentissime.
Pileus eximie circinatus plerumque totus ruber, rarius in medio pallescens, lutescens vel lividus. — Nocivus creditur nisi Sciuris, unde Norvegis *Ekornsopp.*

1877. AGARICUS *adustus:* lamellis subinæqualibus distantibus albis, stipite solido obeso, pileo depresso olivaceo demum adusto. *Pers. syn. p.* 459. *Fries syst.* 1. *p.* 60. *obs.* 1. *p.* 78.

A. elephantinus *Bolt. fung. t.* 28. *Sowerb. t.* 36.

Hab. in fagetis provinciarum meridionalium copiose, in sylvis Sveciæ mediæ ex. gr. Upsaliæ passim.

Ex crassissimis: stipitis diametro 2 unc., pileo interdum spithamam lato; eximie succosus: succo demum nigrescente, quo colore totus pileus denique supra imbuitur, praecipue post pruinas simulque collabitur ut in figura sup. Boltoni.

** *Lactiflui (Galorhœi): prœcipue e lamellis lac discolor post lœsionem emittentes.*

1878. AGARICUS *scrobiculatus:* pileo azono flavo margine involuto barbato, lacte demum lutescente, stipite cavo apice scrobiculato-maculato. *Scop. carn. p.* 450. *Fries syst.* 1. *p.* 62. *obs.* 1. *p.* 57. (intermedius). *Swartz Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 91. (thejogalus).

Hab. in sylvis abiegnis muscosis humidis passim.

1879. AGARICUS *torminosus:* pileo umbilicato zonato pallido margine involuto barbato, lacte albo, stipite cavo lævi. *Sowerb. fung. t.* 103. *Flor. Dan. t.* 1068. *Sv. Bot. t.* 184. *Fries syst.* 1. *p.* 63.

A. piperatus *Linn. svec. n.* 1195?

Hab. in ericetis sylvestribus rarius.

Sequenti non absimilis colore pilei, sed lamellae albae ut lac immutabile.

1880. AGARICUS *deliciosus:* pileo umbilicato testaceo demum virescenter zonato, lamellis stipiteque latericiis: lacte croceo. *Linn. svec. n.* 1211. *Trattinn. fung. esc. p.* 82. *t.* M. *Schœff. fung. t.* 11. opt. *Fl. Dan. t.* 1131. *Sv. Bot. t.* 173. *Fries syst.* 1. *p.* 67. *Wahlenb. ups. n.* 1018.

Hab. in pinetis frequenter.

Laesiones lamellarum et stipitis demum virescunt. Svecis *Riska.*

1881. AGARICUS *volemus:* pileo planiusculo lævi nitido fulvo-expallente obtuso, lamellis albo-lutescentibus, stipite solido obeso, lacte sulphureo. *Fries syst.* 1. *p.* 69.
(A. ruber *Trattinn. fung. esc. p.* 86. *t.* N. var.).
Hab. in fagetis provinciarum meridionalium passim, in pinetis mediæ Sveciæ parcius.

Proximis laxior et latior saepe manui expansae aequalis (unde nomen), parcius lactescens, supra alutaceus, infra exsiccatione glaucescens. Sapor mitis.

1882. AGARICUS *subdulcis:* pileo depresso umbonato glabro rufescente unicolore, lamellis adnatis pallide testaceis lacte albo subdulci, stipite elongato rubicundo. (*Linn. svec. n.* 1228). *Pers. syn. p.* 433. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 211. *Fries syst.* 1. *p.* 70. *Bolton. fung. t.* 5. *Wahlenb. ups. n.* 1019.
Hab. in pinetis aliisque sylvis passim.

Ex minoribus et mollioribus; pileo plerumque 3 unciis non latiori.

1883. AGARICUS *rufus:* pileo umbonato sicco polito badio-rubro, lamellis rufescentibus, lacte albo acerrimo, stipite farcto. *Scop. carn. p.* 451. *Fries syst.* 1. *p.* 72. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 211. (ruber).
Hab. in pinetis passim.

1884. AGARICUS *piperatus:* pileo subinfundibuliformi rigido albo-glaucescente alutaceo, lamellis confertis albis, lacte albissimo, stipite solido obeso. (*Linn. svec. n.* 1194). *Bolton. fung. t.* 21. *Fl. Dan. t.* 1152. *Pers. syn. p.* 429. *Fries syst.* 1. *p.* 76.
Hab. in deviis pinetorum passim.

Crassissimus et solidissimus; carne fere suberosa. Pileus saepe bis palmam latus. Stipes parum altior quam crassus. Lac copiosissimum amaro-piperatum (Svecis *Pepperling*).

*** *Fungi varii et intermedii: pileo carnoso, lamellis inæqualibus exsuccis:*
† *postice æqualiter attenuatis acutis n.* 1885-1895. *iisque eximie distantibus arcuatis n.* 1890. 1891. *stipite cavo n.* 1892-1895.

†† *postice inæqualibus s. dentatis n.* 1896.
††† *postice æqualibus obtusis, stipite radicato vel indurato n.* 1897-1901.

1885. AGARICUS *giganteus:* pileo carnoso infundibuliformi nitido lutescenti-ferrugineo fissili, lamellis pallidis decurrentibus, stipite brevi obeso albido. *Sowerb. fung. t.* 244. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 240. *Fries syst.* 1. *p.* 80.

Hab. in pinetis saltem Sveciæ mediæ frequenter.

Ollam vel infundibulum interdum pedem latum refert, parietibus pollicem crassis, sed fragilibus et demum se findentibus. Infundibulum fere ad radicem pertingit.

1886. AGARICUS *gilvus:* pileo subcarnoso demum infundibuliformi lævi rigido, lamellis decurrentibus e pallido gilvis, stipite farcto elongato basi villoso. *Pers. syn. p.* 448. *Fl. Dan. t.* 1606. *Fries syst.* 1. *p.* 80. A. cinnamomeus *Bolt. t.* 22. — A pileolarius *Sowerb. t.* 61. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 240.

Hab. inter muscos in fagetis pinetisque passim.

1887. AGARICUS *membranaceus:* pileo submembranaceo demum infundibuliformi lævi testaceo, lamellis decurrentibus albescentibus, stipite farcto superne attenuato. *Vahl in Fl. Dan.* 6. *t.* 1012. *Wahlenb. ups. n.* 1032. — A. flaccidus var. *Fries syst.* 1. *p.* 81.

Hab. in pinetis Sveciæ mediæ frequenter.

Eximia species substantia sua molli flexili, fere alutacea, facile exsiccanda. Altitudo plerumque digiti.

1888. AGARICUS *odorus:* pileo planiusculo lævi viridi-cærulescente, lamellis subdecurrentibus pallidioribus, stipite farcto basi æruginoso subflexuoso. *Sowerb. fung. t.* 42. *Fl. Dan. t.* 1611. *Fries syst.* 1. *p.* 90. *obs.* 1. *p.* 76. (fragrans). *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 84.

Hab. in pinetis locis apricis parce.

Odor Anisi insignis. Statura plerumque humilis, nonnullarum unciarum. Exsiccatione fragilior quam affines.

1889. AGARICUS *fimbriatus:* sordide albidus subdiaphanus, pileo demum infundibuliformi lævi expanso sinuato lobatoque, lamellis adnatis tenerrimis, sti-

pile farcto brevi. *Bolton. fung. t.* 61. opt. *Fries syst.* 1. *p.* 94. *obs.* 2. *p.* 204.
A. lobatus *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 245.
Hab. sub arboribus frondosis locis umbrosissimis humidis rarius ex. gr. Stockholmiæ, Femsjö Smolandiæ.
Valde singularis forma sua jamdudum in fungo juniore lobata; lobis demum lamellas extrorsum divergentes gerentibus (fere Cantharelli in modum) ut optime apud Boltonum.

1890. AGARICUS *pratensis:* pileo subcompacto convexo expanso glaberrimo, lamellis decurrentibus crassis distantibus, stipite farcto deorsum attenuato. *Fries syst.* 1. *p.* 99. *obs.* 2. *p.* 116.
Hab. in pascuis etiam sylvestribus ubique.
Apud nos plerumque pallescens vel totus albus, habitu fere A. membranacei, sed rigidior lamellis distantibus per venas connexis.

1891. AGARICUS *virgineus:* candidus, pileo tenui humido convexo demum umbilicato, lamellis decurrentibus distantibus venoso-connexis, stipite fistuloso tenui deorsum attenuato. *Persoon. syn. p.* 456. *Fries syst.* 1. *p.* 100. *Sowerb. fung. t.* 32. *Wulf. in Jacqu. misc.* 2. *p.* 104. *t.* 15. *f.* 2. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 246. (*Linn. svec. n.* 1202).
Hab. in ericetis ubique.
Ex minoribus vix biuncialis altitudinis, pileo fere membranaceo sed subfragili.

1892. AGARICUS *ceraceus:* flavus, pileo convexo-plano viscoso substriato, lamellis adnato-decurrentibus distantibus stipiteque subinæquali. *Wulf. in Jacqu. misc.* 2. *p.* 105. *t.* 15. *f.* 2. *Sowerb. fung. t.* 20. *Fries syst.* 1. *p.* 102.
Hab. in pratis et pascuis passim.
Stipes plerumque latitudine pilei triplo longior. Color et substantia fere Cerae flavae.

1893. AGARICUS *conicus:* pileo conico acuto sublobato, lamellis adscendentibus confertis, stipite cylindrico striato. *Pers. syn. p.* 355. *Fries syst.* 1. *p.* 103. *Fl. Dan. t.* 599. *Bolton. t.* 67. *f.* 2.
Hab. in pratis elatioribus passim.

Color varius, sed fractus nigrescit, ut videtur, ob succum aquosum propriae indolis.

1894. AGARICUS *puniceus:* pileo campanulato obtuso lobato aurantiaco-coccineo, lamellis adfixis adscendentibus flavis, stipite ventricoso basi albo. (*Linn. svec. n.* 1235). *Flor. Dan. t.* 833. *f.* 1. *Bolton. fung. t.* 43. (rigidus). *Fries syst.* 1. *p.* 104.

Hab. in pratis passim.

1895. AGARICUS *coccineus:* pileo convexo expanso viscoso demum depresso, lamellis adnatis dente decurrente connexis versicoloribus, stipite compresso coccineo. *Pers. syn. p.* 334. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 85. *Fries syst.* 1. *p.* 105.

A. Kermesinus *Flor. Dan. t.* 715.

Hab. in pratis et sylvis passim.

1896. AGARICUS *farinaceus:* pileo subcarnoso umbilicato demum undulato tenaci expallente, lamellis distantibus adnatis roseis demum farinaceis, stipite elongato tenaci. *Pers. syn. p.* 433. *Bolton. fung. p.* 25. *t.* 64. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 245

A. laccatus *Fries syst.* 1. *p.* 106.

Hab. ad terram humosam inter lapides sylvarum frequenter.

1897. AGARICUS *radicatus:* pileo rugoso glutinoso olivaceo-fusco, lamellis adfixis candidis, stipite rigido procero, radice longa fusiformi solitaria. *Sowerb. t.* 48. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 80. *Fries syst.* 1. *p.* 118.

Hab. in sylvis ad arborum radices parasiticus instar Monotropæ.

Stipes spithamaeus et ultra, sed digito minimo plerumque tenuior.

1898. AGARICUS *velutipes:* pileo glutinoso fulvo, lamellis ventricosis lutescentibus, stipite excentrico incurvo velutino nigrescenti-badio cæspitoso. *Bolt. fung. t.* 135. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 81. *Fries syst.* 1. *p.* 119.

Hab. ad truncos Salicum etc. rarius.

Pileus fere palmam latus planus, sed stipes plerumque brevis.

1899. AGARICUS *butyraceus:* pileo carnoso demum umbonato, lamellis subliberis crenulatis pallidis, stipite farcto extus cartilagineo striato rufescente basi incrassato lanuginoso. *Decand. fl. fr.* 2. *p.* 181. *Fries syst.* 1. *p.* 121. *obs.* 2. *p.* 123-125.

Hab. in sylvis abiegnis inter folia aciformia decidua ubique.

Stipes 2-3 unc. longus, cortice cartilagineo a medulla spongiosa valde diverso. Pileus 2-3 unc. latus, plerumque badius.

1900. AGARICUS *peronatus:* pileo carnoso convexo demum subcoriaceo explanato umbrino-pallente, lamellis distantibus concoloribus, stipite solido deorsum radicato pallide strigoso. *Bolton. fung. t.* 58. *Sowerb. t.* 37. *Fries syst.* 1. *p.* 126. *obs.* 1. *p.* 23.

Hab. in acervis foliorum deciduorum aciformium frequenter.

Magnitudo fere praecedentis, sed color diversus et praecipue stipes ad basin longe alienus.

1901. AGARICUS *oreades:* pileo carnoso tenaci subumbonato pallescente, lamellis distantibus stipiteque pallido solido tereti villoso-corticato. (*Linn. svec. n.* 1200). *Bolton. t.* 151. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 87. *Fries syst.* 1. *p.* 127.

Hab. in pascuis etiam apricis ubique frequenter.

Seriatim crescit inter graminum radices radicatus. Stipes 2-3 unc. longus. Pileus 1-2 unc. latus, humidus margine pellucide striatus.

**** *Fungilli parvi* (*pileo vix unquam unciam lato*) *submembranacei aridi planiusculi* (Collybia Fries).

1902. AGARICUS *scorodonius:* graveolens, pileo subcarnoso lamellisque albidis adnatis crispis, stipite fistuloso subfiliformi tenaci glabro subfusco. *Fries syst.* 1. *p.* 130. *obs.* 1. *p.* 29. — A. alliaceus *Sv. Bot. t.* 179.

Hab. in corticibus, lignis etc. delapsis passim.

Pileus planus rugulosus ½ unc. latus vel paullo ultra, odoris allii.

1903. AGARICUS *esculentus:* pileo subcarnoso obtuso argillaceo, lamellis adnexis laxis albis, stipite fistuloso glabro flavescente radicato. *Wulf. in Jacqu. misc.* 2. *p.* 103. *t.* 14. *f.* 4. *Trattinn. fung. esc. p.* 65. *t. I. Fries syst.* 1. *p.* 131. *obs.* 2. *p.* 134.
Hab. in ericetis pascuis passim.
Praecedente paullo major. Pileus supra striatus.

1904. AGARICUS *myosurus:* pileo carnoso obtuso lævi rufo, lamellis liberis albis, stipite fistuloso rufo apice pulverulento inferne glabro. *Fries syst.* 1. *p.* 132. *obs.* 2. *p.* 129. *fems. p.* 48.
Hab. in sylvis etiam Lapponiæ ex. gr. ad Polmack.
Paullo crassior et solidior magisque coloratus quam praecedentes.

1905. AGARICUS *clavus:* pileo subcarnoso convexo aurantiaco-rubente, lamellis adfixis latiusculis stipiteque albido farcto glabro. *Linn. svec. n.* 1212. *Bolton. fung. t.* 39 *f.* B. *Fries syst.* 1. *p.* 134.
Hab. in ramulis etc. delapsis passim, etiam Upsaliæ.
Ex minimis stipite vix unciali, pileo 1-2 lin. lato, sed pulchello.

1906. AGARICUS *Rotula:* pileo convexulo umbilicato plicato lamellisque albis c o l l a r i stipitem libere cingenti conjunctis, stipite fistuloso striato glabro nigrescente. *Sowerb. fung. t.* 95. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808 *p.* 249. *Fries syst.* 1. *p.* 136.
Hab. in ramulis, foliis etc. delapsis sylvarum frondosarum passim.
Radix perennis ramosa Rhizomorphae instar serpens. Pileus subpellucidus umbraculiformis.

1907. AGARICUS *androsaceus:* pileo convexo albofuscescente, lamellis stipiti adnatis simplicibus distinctis, stipite fistuloso sulcato glaberrimo nigro. *Linn. svec. n.* 1193. *it. vestgoth. p.* 215. *Fl. Dan. t.* 1551. *f.* 1. *Bolton. t.* 32. *Fries syst.* 1. *p.* 137.
Hab. in foliis deciduis pini frequentissime.
Radices hujus saepe Rhizomorpham setiformem efficiunt, unde stipites filiformes circiter biunciales, pileo semiunciam lato.

1908. AGARICUS *epiphyllus:* pileo planiusculo rugoso albo, lamellis concoloribus adnatis paucis venosis, stipite fistuloso subtiliter velutino inferne spadiceo. *Pers. syn. p.* 463. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 249. *Fries syst.* 1. *p.* 159. *Sowerb. t.* 95. (squamula). *Bolton. t.* 59. *f.* A. (umbellif.)
Hab. in foliis ex arboribus frondosis deciduis parcius.
Magnitudo fere praecedentis.

***** *Fungilli campanulati membranacei, stipite fistuloso* (Mycena Auct.).

1909. AGARICUS *alliaceus:* olidus, pileo lento albofuscescente, lamellis liberis albidis, stipite procero pruinato-velutino nigrescente. *Jacqu. austr. t.* 82. *Fl. Dan. t.* 1251. *Fries syst.* 1. *p.* 140. *obs.* 1. *p.* 50.
Hab. in fagetis provinciarum australiorum passim.
Stipes spithamaeus.

1910. AGARICUS *galericulatus:* pileo conico extrorsum striato fuscescente, lamellis albidis adnatis dente decurrente, stipite lævi tenaci basi radicato strigoso. *Pers. syn. p.* 376. *Fries syst.* 1. *p.* 143. *obs.* 2. *p.* 159. *Bolton. t.* 159 (psevdoclypeus).
Hab. in truncis putridis arborum frondosarum rarius.

1911. AGARICUS *purus:* pileo carnoso-membranaceo subroseo, lamellis rotundatis dilutioribus, stipite lævi basi villoso. *Pers. syn. p.* 339. *Flor. Dan. t.* 1612. *Fries syst.* 1. *p.* 151. — A. roseus *Sowerb. fung. t.* 72. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 87.
Hab. in quercetis etc. rarius.
Odor fere Raphani. Stipes digitum longus et interdum calamo crassior.

1912. AGARICUS *epipterygius:* viscosus virescens, pileo obtuso striato epidermide umbrina, stipite elongato, lamellis uncinatis prominentibus. *Pers. syn. p.* 382. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 93. *Fries syst.* 1. *p.* 155.
A. nutans *Sowerb. fung. t.* 92.
Hab. in sylvis præsertim ad stipites Filicum delapsos rarius.
Valde singularis pileo suo primum nutante clavaeformi apicibusque lamellarum clauso.

****** *Fungilli umbilicati* (Omphalia Fries).

1913. AGARICUS *Fibula:* tenellus, pileo glabro aurantio-flavo demum infundibuliformi, lamellis albidioribus distantibus longissime decurrentibus, stipite subluteo. *Sowerb. fung. t.* 45. *Fries syst.* 1. *p.* 163.

β. nivalis. *Flor. Dan. t.* 1071. *f.* 2.

Hab. inter muscos locis deustis passim.

Paullo ultra unciam longus et 2-5 lin. latus.

1914. AGARICUS *umbelliferus:* pileo subturbinato supra planiusculo umbilicato striato, lamellis distantibus postice latissimis albis, stipite brevi basi pubescente. *Linn. svec. n.* 1192. *it. oel. p.* 38. *Fl. Dan. t.* 1015. *f.* 1. (niveus) *et t.* 1672. *f.* 1. (viridis). *Fries syst.* 1. *p.* 165. (ericetorum). *obs.* 1. *p.* 87. *femsjon. p.* 49.

Hab. in pinetis uliginosis passim.

Stipes non uncia altior, pileus triplo angustior. Color plerumque albus.

1915. AGARICUS *campanella:* cæspitosus, pileo convexo umbilicato striato ferrugineo, lamellis pallidis, stipite fistuloso spadiceo deorsum villoso. *Persoon. syn. p.* 469. *Fries syst.* 1. *p.* 166. *obs.* 1. *p.* 88.

A. caulicinalis *Sowerb. t.* 163. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 82.

Hab. ad caudices et truncos pineos emortuos ubique.

Stipes eximie radicatus, rigidulus, saepe biuncialis. Pileus fere unciam latus, tenax.

1916. AGARICUS *fragrans:* pileo planiusculo umbilicato expallido albove, lamellis distinctis stipiteque albo attenuato. *Sowerb. fung. t.* 10. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 245. *Fries syst.* 1. *p.* 171.

Hab. in graminosis passim.

Odore anisi. Stipes digitum minorem longus.

1917. AGARICUS *cyathiformis:* pileo subcarnoso infundibuliformi glabro saturate umbrino margine reflexo, lamellis distantibus cinerasceutibus, stipite elastico sursum attenuato. *Decand. fl. fr.* 2. *p.* 170.

Fries syst. 1. *p.* 173. *Bolton t.* 59. (sordidus) *et t.* 145. (cyathoides).

Hab. in caudicibus putridis pineis passim.

Magnitudine variat, plerumque tamen 3 unciis non longior.

E) *Plevroti: pileo excentrico vel omnino laterali et estipitato.*

1918. AGARICUS *ostreatus:* pileo carnoso glabro expallente cæspitoso subestipitato, lamellis postice anastomosantibus eglandulosis albis. *Jacqu. austr. t.* 104. *Trattinn. fung. esc. t.* O. *Fries syst.* 1. *p.* 182. *Swartz l. c. p.* 252.

β. pileo lutescente squamuloso. A. Dryinus *Fl. Dan. t.* 1616.

Hab. ad caudices arborum præsertim regionum australiorum: β in Svecia media frequenter præcipue in hortis, ubi magnitudinem insignem sæpe pugni et ultra acquirit.

1919. AGARICUS *salignus:* pileo dilatato basi depresso tenaci subochraceo gregario subestipitato, lamellis subramosis albis. *Pers. syn. p.* 183. *Fries syst.* 1. *p.* 185. *Wahlenb. ups. n.* 1037. (excl. syn. Sw. et Wulf.)

Hab. in truncis arborum frondosarum molliorum præcipue Salicum passim.

Magnitudo saepe palmaris.

1920. AGARICUS *ulmarius:* pileo carnoso glabro albocinerascente demum latissimo fissoque, lamellis emarginatis albis, stipite valido adscendente inferne sublanuginoso. *Sowerb. fung. t.* 64. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 251. *Fries syst.* 1. *p.* 186. *Wahlenb. ups. n.* 1034.

Hab. in truncis præcipue ulmorum cultarum frequenter.

Stipes interdum ad longitudinem ulnarem inter corticem et lignum proserpit, usque dum pileos expandat demum pedalis latitudinis.

1921. AGARICUS *stypticus:* pileo coriaceo-carnoso reniformi subalutaceo demum squamuloso, stipite laterali plano pruinoso, lamellis venoso-connexis al-

bidis. *Pers. syn. p.* 481. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 254. *Fries syst.* 1. *p.* 188.

Hab. in ramulis delapsis etiam abietis passim.

Plerumque ungve non major.

2) *Hyporrhodii: velo nullo, lamellis decolorantibus, seminulis roseis.*

1922. AGARICUS *Prunulus:* pileo compacto demum planiusculo albo, lamellis albis demum incarnatis, stipite superne turbinato in pileum expanso. *Pers. syn. p.* 457. *Fries syst.* 1. *p.* 193. *obs.* 2. *p.* 202. *Trattinn. fung. esc. p.* 53. *t.* F. (Mouceron). *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 85. (pallescens).

Hab. in sylvis graminosis frondosis regionum meridionalium et littoralium passim.

Svaveolens, semper valde solidus et compactus, sed non magnus, parum ultra sesquiunciam altus.

1923. AGARICUS *Pluteus:* pileo carnoso glabro nigrescente fuligineo, stipite firmo nigro-fibrilluloso a pileo separato. *Pers. syn. p.* 357. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 88. *Fries syst.* 1. *p.* 199. *Bolton t.* 2. (latus) *et t.* 69. (mammosus).

A. clypeatus *Linn. svec. n.* 1216?

Hab. ad truncos arborum frondosarum.

Ex latioribus, interdum spithamam latus.

3) *Cortinariæ:* (*semin. ochraceis*), *velo araneoso* (*cortina*) *plerumque adhærente stipiti n.* 1924. 1926. *rarius margini pilei n.* 1925. *raro obsoleto n.* 1927.

1924. AGARICUS *gentilis:* pileo subcarnoso umbonato subcinnamomeo expallente, lamellis adnatis cinnamomeis, stipite gracili æquali substricto. *Fries syst.* 1. *p.* 212.

Hab. in sylvis abiegnis passim.

Stipes digitum longus. Pileus junior conicus, semper umbonem subacutum conservans, quamquam extrorsum planatus.

1925. AGARICUS *violaceus:* obscure violaceus, pileo villoso-squamoso marginibus cortinifero, lamellis distantibus, stipite bulboso intus violaceo-cinereo.

Linn. svec. n. 1226. *Sv. Bot. t.* 288. *Bolt. fung. t.* 52. *Fries syst.* 1. *p.* 217. *obs.* 2. *p.* 87.

Hab. in Quercetis supra folia delapsa rarius.

Stipitis bulbus interdum pileo vix angustior.

1926. AGARICUS *turbinatus:* mollis, pileo viscoso lævi fulvescente convexo, lamellis confertis integerrimis flavo-cinnamomeis, stipite bulboso albo cortina persistente. *Bull. t.* 110. *Fries syst.* 1. *p.* 225. *obs.* 2. *p.* 66.

Hab. in sylvis etiam acifoliis ex. gr. Upsaliæ passim.

Omnimodo insignis bulbo albo stipiteque circiter quadriunciali sub pileo cortina cinnamomea onusto, pileo semper fulvide nitido.

1927. AGARICUS *cinnamomeus:* pileo subcarnoso obtuse umbonato sericeo subcinnamomeo, lamellis adfixis confertis, stipite tenui æquali lutescente, cortina fugacissima. *Linn. svec. n.* 1205. *Bolton. fung. t.* 150. *Fries syst.* 1. *p.* 229.

Hab. in sylvis abietinis densissimis passim.

Praecedentibus tenuior, stipitibus vix calamo crassioribus, pileo multo magis explanato 1-3 unc. lato.

4) *Dermini:* (*sem. ferrugineis*), a) *velo annuliformi n.* 1928-1933. b) *viscoso n.* 1934. c) *fibrilloso fugacissimo n.* 1935. 1936. d) *velo e pilei fibrillis longitudinalibus n.* 1937. 1938. e) *velo subnullo, pileo membranaceo campanulato n.* 1939. 1940. f) *pileo umbilicato margine villoso n.* 1941. g) *pileo subestipitato laterali n.* 1942. 1943.

1928. AGARICUS *adiposus:* pileo carnoso luteo pingvi in squamas concentricas rufescentes se dissolvente, lamellis flavo-ferrugineis, stipite squarroso squamose annulato basi incrassato cæspitoso. *Fries syst.* 1. *p.* 242. *obs.* 2. *p.* 18.

Hab. in truncis salicum sæpe detonsarum saltem Upsaliæ frequenter.

Ex majoribus interdum giganteus, pedalis et ultra. Olet quoque fere ut adeps rancida, cujus ope squamae et annuli quasi cohaerent.

1929. AGARICUS *squarrosus:* pileo carnoso lutescente macri strigis passim confluentibus adsperso, lamellis pallide ferrugineis, stipite squarroso strigoso superne cortinifero deorsum attenuato cæspitoso. *Fl. Dan. t.* 491 *et* 831. (scaber). *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 12. *Fries syst.* 1. *p.* 243. *obs.* 2. *p.* 19. A. floccosus *Schæff. t.* 61.

Hab. ad caudices abietis etiam Upsaliæ rarius.

Magnitudo fere praecedentis, saepe longius radicatus, coloris dilutioris; sed praecipua differentia est, quod longe macrior, unde superficiei strigae separatae et inprimis veli setae valde distinctae evidentes persistentes.

1930. AGARICUS *junonius:* pileo carnoso obtuso sicco lævi luteo stipiteque subsimili solido, lamellis adnatis luteo-fulvis. *Fries syst.* 1. *p.* 244. *Sv. Bot. t.* 582. *f.* 1.

Hab. in truncis arborum frondosarum raro ex. gr. Lundæ in Scania.

Solitarius; stipite curvato circiter sesquiunciali subexcentrico. Pileus biuncialis latitudinis.

1931. AGARICUS *tuberculosus:* pileo carnoso obtuso sicco tuberculoso flavo, stipite subexcentrico curvato gregario subbulboso, lamellis concoloribus. *Fries syst.* 1. *p.* 244. *Pers. syn. p.* 312. (curvipes).

Hab. in truncis præsertim Betularum, quarum per epidermidem penetrat.

Etiam ex minoribus: pileo 1-2 unc. lato, saepius ad corticem applicato.

1932. AGARICUS *mutabilis:* pileo leviter carnoso glabro expallente demum fisso, lamellis subdecurrentibus confertis, stipite fistuloso tenui annulifero. *Linn. svec. n.* 1208. *Fries syst.* 1. *p.* 245. (*Flor. Dan. t.* 1008. *f.* 2?)

A. caudicinus *Pers. syn. p.* 271. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 15. *Trattinn. fung. esc. p.* 50. *t.* E.

Hab. in caudicibus passim, sed aliis locis varie mutatur.

Stipites plerumque caespitosi et sub pileo optime anniliferi, saepe tres uncias longi. Pileus subumbonatus, interdum saturate umbrinus.

1953. AGARICUS *erebius:* pileo leviter carnoso rugu-loso lurido, lamellis adnatis pallidioribus, stipite ca-vo lævi annulo reflexo (subcampanulato). *Fries syst.* 1. *p.* 246. *Sv. Bot. t.* 582. *f.* 2.

Hab. in graminosis sylvestribus Scaniæ, Smolandiæ raro.

Praecedenti valde affinis videtur.

1954. AGARICUS *collinitus:* pileo carnoso umbonato badio viscosissimo, lamellis primum purpurascenti-bus, stipite transversim in squamas gelatinosas ru-pto cortina extus viscoso-membranacea. *Sowerb. t.* 9. *Swartz Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 85. *Fries syst.* 1. *p.* 248.

Hab. in pinetis densissimis ad terram passim.

Eximie firmus et solidus, circiter digitum altus.

1955. AGARICUS *astragalinus:* pileo lævi sicco au-reo-incarnato, lamellis adfixis pallidis velo arach-noideo albescente, stipite elongato flexuoso cæspito-so. *Fries syst.* 1. *p.* 251.

Hab. in caudicibus pineis saltem Sveciæ mediæ fre-quenter.

Stipes saepe ultra digitum longus et tamen calamo angu-stior, pileo tantum 1-2 unc. lato.

1956. AGARICUS *flavidus:* pileo lævi sicco flavido, lamellis adnatis luteo-ferrugineis cortina obsoleta, stipite fibrilloso cæspitoso. *Schæff. t.* 55. *Pers. syn. p.* 295. *Fries syst.* 1. *p.* 251. *obs.* 2. *p.* 29.

Hab. cum priore.

Eidem valde affinis, sed coloratior, brevior, latior.

1957. AGARICUS *rimosus:* pileo carnoso campanulato umbrino-sericeo demum expanso pallide rimoso fis-soque, lamellis adnexis, stipite solido apice albo-farinaceo. *Sowerb. t.* 323. *Fries syst.* 1. *p.* 258.

Hab. in terra ad vias sylvarum ex. gr. Upsaliæ passim.

Proximis longe major, spithamam altus; pileo expanso pal-mam lato, inter pubescentiam sericeam adpressam quasi ri-mas ostendente.

1958. AGARICUS *geophyllus:* pileo subcarnoso conico demum expanso albescente sericeo, lamellis adne-xis, stipite farcto tenui albo-pulverulento gregario. *Fries syst.* 1. *p.* 258.

Hab. in sylvis acerosis passim.

Praecedente longe tenerior, stipite penna corvina vix crassiore, pileo tantum uncialis latitudinis, lamellis argillaceo-fuscescentibus.

1939. AGARICUS *tener:* pileo campanulato obtuso humido striato ochraceo, lamellis adnatis linearibus, stipite longo glabro stricto. *Sowerb. fung. t.* 33. *Fries syst.* 1. *p.* 265.

Hab. in graminosis ubique.

Stipes praecipue tener et fragilis, 2-3 unc. longus. Pileus circiter dimidiae unciae altitudinis, subconicus.

1940. AGARICUS *hypnorum:* pileo campanulato subpapilloso humido sulcato subochraceo, lamellis adnatis sublatis, stipite flexili apice pruinoso. *Pers. syn. p.* 385. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 95. *Fries syst.* 1. *p.* 267.

Hab. inter muscos sylvarum.

Ex minimis, stipite unciali vel paullo ultra, pileo 3-5 lin. lato.

1941. AGARICUS *involutus:* compactus, pileo depresso olivaceo-hepatico, margine revoluto tomentoso, lamellis basi venosis (subporiformibus) dilutioribus, stipite obeso. *Pers. syn. p.* 448. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 242. *Fries syst.* 1. *p.* 271. *Sowerb. fung. t.* 56. (contiguus).

Hab. ad terram inter abietes majores passim.

Stipes usque ad unciam crassus, pileo palmam lato.

1942. AGARICUS *mollis:* pileo subsessili laterali lævi flaccido pallido, lamellis dilute cinnamomeis. *Sowerb. fung. t.* 98. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 253. *Fries syst.* 1. *p.* 274. *Bolton t.* 71. *f.* 2.

Hab. ad truncos arborum frondosarum ex. gr. Ulmi rarius.

Gregarius; carne plus minus subgelatinosa. Pileus circiter triuncialis, glaber. An hujus monstrosa progenies sit A. resupinatus Fl. Dan. t. 1072. Finmarkiæ lectus, quaeritur.

1943. AGARICUS *variabilis:* pileo sessili laterali membranaceo albo-tomentoso, lamellis rubiginosis. *Pers. syn. p.* 483. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 257.

Fries syst. 1. *p.* 275. *Fl. Dan. t.* 1073. *f.* 2. (pubescens).

A. niveus *Sowerb. fung. t.* 97. *Jacqu. austr. t.* 288.

Hab. in ramis abietinis dejectis sylvarum frequenter.

Vix ungve digitorum majorum latior.

5) *Pratellæ: lamellis nebulosis ob seminula fusca evidentia, demum dissolubilibus* a) *annulo evidenti approximato n.* 1944-1948. b) *cortina ad pileum adhærente n.* 1949. c) *velo fugacissimo in fungillo tenaci persistente n.* 1950. d) *velo fugacissimo in fungillo fragili lamellis subliquescentibus n.* 1951. 1952.

1944. AGARICUS *cretaceus:* pileo sicco sublævi albo, lamellis liberis extrorsum latioribus diu concoloribus, stipite cavo lævi, annulo adscendente. *Bull. t.* 374. *Fries syst.* 1. *p.* 280. *Sv. Bot. t.* 594. *f.* 2.

Hab. in ruderatis et aggeribus Scaniæ ex. gr. Lundæ copiose.

Minor, magis planus et albus quam insequens.

1945. AGARICUS *campestris:* pileo carnoso sicco albescente demum fuscescenti-squamuloso, lamellis liberis medio latioribus demum fuscis, stipite farcto lævi, annulo libero evanescenteve. *Linn. svec. n.* 1205. *Sv. Bot. t.* 251. *Fl. Dan. t.* 714. *Bolton t.* 45. *Trattinn. fung. esc. p.* 76. *t.* L. *et p.* 68. *t.* K. (edulis). *Fries syst.* 1. *p.* 281.

Hab. in pratis campestribus ad vias et hominum sedes frequenter.

Valde variabilis. Qui carnosior et magis conglobatus spargit, dum cavitas lamellarum aperitur, odorem fragrantem, Svecis *Champignon.* Caro paullo rubens. Varietates elongatae vel nimium extenuatae viliores. Interdum pedem fere latus occurrit.

1946. AGARICUS *præcox:* pileo carnoso lævi alutaceo-lutescente, lamellis adnexis dente decurrente pallidioribus, stipite subfarcto glabro albo. *Pers. syn. p.* 420. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 206. *Fries syst.* 1. *p.* 282. (*Bolt. t.* 67. *f.* 1. durus?).

Hab. in graminosis vere et æstate.

Praecedenti valde affinis.

1947. AGARICUS *semiglobatus:* pileo hemisphærico lævi viscoso flavo, lamellis adnatis nigro-nebulosis, stipite fistuloso glabro apice nigro-punctato. *Sowerb. t.* 248. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 203. *Fries syst.* i. *p.* 284.

Hab. in fimo pratorum passim.

Etiam forsan praecedentium degeneratio, sic ut A. nitens Flor. Dan. t. 1057. et plures sequentes in Cel. Fries syst. enumerati hic non repetendi.

1948. AGARICUS *æruginosus:* pileo carnoso subconico flavescente viridanter viscido, lamellis adnatis, stipite cavo squamuloso in annulum laxum abeunte. *Sowerb. fung. t.* 264. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 207. *Flor. Dan. t.* 1373. *Fries syst.* i. *p.* 286. *Bolton fung. t.* 30. (politus).

Hab. in pinetis majoribus passim.

Visciditate densa primum caerulescente, dein aeruginosa, fastidiosus. Minor quoque et tenerior praecedentibus, quorum quasi depravatio ultima.

1949. AGARICUS *fascicularis:* pileo subcarnoso umbonato ochraceo, lamellis virescentibus, stipite cavo tenui fasciculato, cortina nigrescente. *Bolton fung. t.* 29. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 207. *Fries syst.* i. *p.* 288.

Hab. ad caudices putridos in pascuis passim.

1950. AGARICUS *campanulatus:* pileo conico sicco margine striato, lamellis adscendentibus atropurpureis, stipite tenaci glabro pallido. *Linn. svec. n.* 1213. — A. varius *Bolt. t.* 66. *f.* 1. *Pers. syn. p.* 414. — A. callosus *Fries obs.* 2. *p.* 180. *syst.* 1. *p.* 292.

Hab. ad vias in graminosis ubique.

Pileus vix digito minimo latior, sed stipes saepe tres uncias longus. Substantia totius tenax.

1951. AGARICUS *semiovatus:* pileo subcarnoso campanulato viscoso argillaceo-albescente, lamellis adnatis cinereo-atris, stipite longo albido annulo persistente. *Sowerb. t.* 131. *Pers. syn. p.* 408. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 180. *Fries syst.* 1. *p.* 300.

A. ciliaris *Bolton fung. t.* 53. — A. separatus *Linn. svec. n.* 1220?

Hab. in fimo ad vias passim.

Major proximis, stipite spithamaeo, pileo ultra unciam alto, quasi esset status eorum optime evolutus.

1952. AGARICUS *papilionaceus:* pileo campanulato sicco cinereo-fuliginoso striato, lamellis adnatis cinereo-atris, stipite subfiliformi apice striato nigro-pruinoso. *Pers. syn. p.* 410. *Fries syst.* 1. *p.* 301. *obs.* 2. *p.* 184.

Hab in fimosis per pascua et divias frequenter.

Totus siccus et tener, extensione tum stipitis tum pilei varius, cito se findens et disparens papilionis instar. — Hunc etiam sub suo A. campanulato habuisse Linnæum vix dubium.

6) *Coprini* (*stercorei*): *seminulis nigris in theculis quadriseriatis inter lamellas demum in succum atrum diffluentes.*

1953. AGARICUS *fimetarius:* cæspitosus, pileo campanulato cinerascente apice subsquamoso margine plicato obtuso, stipite nudo infra pileum incrassato. *Linn. svec. n.* 1215. *Sowerb. fung. t.* 188. *Wahlenb. ups. n.* 1028. *Bolton fung. t.* 54. (luridus). *Fries syst.* 1. *p.* 508. (atramentarius).

Hab. in fimetis et hortis stercoratis frequenter.

Hujus sectionis maximus et praesertim maxime compactus, pilei lamellis quasi in stipitem impressis.

1954. AGARICUS *cylindricus:* subcæspitosus, pileo subcylindrico albescente squamoso margine æquali acuto, stipite subæquali annulo mobili evanescente. *Sowerb. fung. t.* 189. *Bolton fung. t.* 44.

A. comatus *Fl. Dan. t.* 834. *Fries syst.* 1. *p.* 508. *Schmidel ic. p.* 42. *t.* 10.

Hab. in hortis nemorosis.

Praecedente interdum longior, sed angustior et citius in atramentum guttatim diffluens se dissolvit.

1954*. AGARICUS *ferrugineus:* aggregatus, pileo ovato-campanulato sulcato pallide ferrugineo margine obtuso, lamellis micantibus, stipite albescente nudo. (*Linn. svec. n.* 1209). *Persoon. syn. p.* 400.

Wahlenb. ups. n. 1030. — A. micaceus *Fl. Dan.* *t.* 1193. (*et t.* 1070. bicolor). *Fries syst.* 1. *p.* 309. A. congregatus *Sowerb. t.* 261. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 204.

Hab. in areis arenosis hortorum ad arborum radices ubique.

Praecedentibus minor, fragilior, laxior; theculis seminuliferis majoribus, arenae silaceae instar micantibus.

1955. AGARICUS *cinereus:* pileo cinereo-tomentoso subtus sulcato lævi, lamellis linearibus, stipite tomentoso incrassato. *Flor. Dan. t.* 1195. *Swartz Vet. Ac. H.* 1808. *p.* 200. *Fries syst.* 1. *p.* 310. A. pullatus *Bolton fung. t.* 20 *et* 156. (tomentosus).

Hab. ad fimum equinum rarius.

Tomentum variat plumosum et subfurfuraceum, quo exuto fungus eximie extenditur.

1956. AGARICUS *ephemerus:* tenuis glaber, pileo campanulato expanso sulcato fissoque subcinereo, lamellis distantibus, stipite nudo æquali. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 202. *Fries syst.* 1. *p.* 313. *Fl. Dan. t.* 832. *f.* 2. (crenulatus). *Gunn. norv. n.* 995. *t.* 7. *f.* 8. (stellaris). (*Bolt. t.* 39. *f.* C? radiatus).

Hab. in fimo recentiori, ubi sæpe nonnullas tantum horas durat.

7) *Gomphus: seminulis fusiformibus nigris inter lamellas arescentes.*

1957. AGARICUS *viscidus:* pileo obconico umbonato hepatico-livido viscido, lamellis purpureo-umbrinis, cortina nudiuscula. *Linn. svec. n.* 1229. A. rutilus *Sowerb. fung. t.* 105. *Fries syst.* 1. *p.* 315. A. Gomphus *Pers. syn. p.* 292. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 18.

Hab. in pinetis graminosis frequenter.

Eximie viscidus, non tamen ita glutinosus, ut velum glutine obtegatur sicut in A. glutinoso, apud nos in Svecia media interiori, quantum scimus, non observato, ceterum parum diverso.

485. MERULIUS.

Persoon syn. p. 488. Agarici spec. *Linn.*

Pileus minus perfectus sæpius extensus: lamellis obtusis

vel sæpe potius plicis aut venis dichotome ramosis vel connexis. — *Fungi plerumque subalutacei* 1) *stipite extenso in pileum æqualem plus minus infundibuliformem carnosum in spec. primis n.* 1958-1961. *procedendo ad sicciores et duriores n.* 1964. 2) *pileo sessili plus minus laterali minuto n.* 1965-1967. 3) *toti fere adnati, effusi, venis magis reticulatis n.* 1968. 1969. — *Seminula in plerisque alba, sed in ult. specie cinnamomea.*

1958. MERULIUS *Cantharellus:* vitellinus carnosus, pileo subcarnoso repando glabro, plicis tumidis, stipite solido deorsum attenuato. — *Linn. svec. n.* 1207. *Flor. Dan. t.* 264. *Sowerb. t.* 40. *Bolton t.* 62. — *Sv. Bot. t.* 28. — *Fries syst.* 1. *p.* 318.

Hab. in pinetis muscosis frequenter.

Pulchre vitella ovorum effusa et consolidata primo intuitu refert, Svecis *Chantharell.* Magnitudo variat bipollicaris — palmaris.

1959. MERULIUS *Cantharelloides:* pileo carnoso fuscescente umbilicato, venis implexis cæsiis, stipite pervio lutescente. — *Sowerb. fung. t.* 47. *Swartz Vet. Ac. H.* 1809. *p.* 172. — *Pers. syn. p.* 489. (lutescens). *Fries syst.* 1. *p.* 320.

Hab. in sylvis magis frondosis præcipue Sphagno præditis rarius.

Quasi degeneratio praecedentis magis cava pellucida, tantum epidermide superiore magis obscura.

1960. MERULIUS *aurantiacus:* pileo carnoso subdepresso ruguloso aurantiaco-ochraceo, stipite farcto concolori, lamellis strictis aurantiacis. — *Wulf. in Jacqu. misc.* 2. *p.* 107. *t.* 14. *f.* 3. — *Pers. syn. p.* 488. *Swartz l. c. p.* 175. *Fries syst.* 1. *p.* 318. *Aspegren bleking. p.* 91.

Hab. in pinetis magis campestribus frequenter.

Ut forma regulari pilei sic etiam lamellis parum obtusis ad Agaricos veros recedit. Nec esculentus est. Pileus 2-3 unc. latus.

1961. MERULIUS *umbonatus:* pileo submembranaceo umbonato stipiteque cinereo elongato basi lanuginoso, lamellis strictis candidis. *Persoon. syn. p.* 491.

Swartz l. c. p. 175. *Fries syst.* 1. *p.* 317. — Ag. muscoides *Wulf. in Jacqu. misc.* 2. *p.* 109. *t.* 16. *f.* 1.
Hab. in muscosis humidis pinetorum passim.
Lamellae subacutae fere ut in praecedente, sed color et habitus magis sequentis, quamquam pileus latior, non raro bipollicaris.

1962. MERULIUS *tubæformis:* pileo submembranaceo umbilicato fuscescenter squamuloso, venis sordide lutescentibus abeuntibus in stipitem concolorem elongatum. — *Bulliard t.* 461. — *Persoon. syn. p.* 489. *Fries syst.* 1. *p.* 319. *obs.* 1. *p.* 97.
Pez. undulata *Bolt. t.* 105. *f.* 2?
Hab. inter muscos sub abietibus sylvarum majorum etiam Upsaliæ.
Tam variabilis esse videtur forma et longitudine, ut icones parum conveniant. Apud nos nunquam supra apertus vel tubaeformis, sed tantum infra pileo se in stipitem dilatante venis inferne latioribus. Stipes saepe digitum longus, pileus vero vix unciam latus. Substantia submembranacea ut in praecedente, nec tam carnosa ac in M. Cantharelloide, itaque etiam stipes tantum pennam gallinaceam crassus.

1963. MERULIUS *cornucopioides:* subsessilis subcorneus, pileo e radice cavo tubæformi superne dilatato revoluto umbrino-nigro, venis cæsiis rotundatis. *Pers. syn. p.* 491. *Swartz l. c. p.* 174. *Fries syst.* 1. *p.* 320. — Peziza cornuc. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1650. *Sowerb. fung. t.* 74. *Bolt. t.* 103. *Fl. Dan. t.* 384.
Hab. in sylvis magis frondosis rarius.
Rigidiore substantia et forma singulari cornu apertum longe magis refert quam omnes caeteri.

1964. MERULIUS *undulatus:* pileo subcoriaceo infundibuliformi livido-pallescente margine erecto crispo, venis concoloribus rotundatis, stipite inferne attenuato solido. *Pers. syn. p.* 492. *Swartz l. c. p.* 176. *Fries syst.* 1. *p.* 321. — Helv. floriformis *Sowerb. fung. t.* 75.
Hab. in sylvis frondosis raro.
Stipes eximie firmus fere perennans.

1965. MERULIUS *cupularis:* verticalis sessilis cupulæformis griseus carnosus extrorsum plicis simplicibus. *Wahlenb. lapp. n.* 1057. *t.* 50. *f.* 6. *Fries syst.* 1. *p.* 325.
Hab. in ligno putrescente Salicis phylicifoliæ ad Polmack Finmarkiæ.

Magnitudo vix seminis cannabini. Cupulae obliquae vel altero latere adnatae, ita tamen, ut margo inferior perquam evidens sit. Fungillus itaque quodammodo reversus et proboscideus ut Ag. resupinatus Fl. Dan. etiam Finmarkiæ incola.

1966. MERULIUS *muscigenus:* subsessilis lateralis horizontalis pallescenti-fuscus integer incisusve, subtus plicis ramosis fuligineis. *Pers. syn. p.* 493. *Swartz l. c. p.* 177. *Fries syst.* 1. *p.* 323.
β. lobatus: omnino sessilis magis lobatus, venis magis vagis. *Swartz l. c.*
Helvella membranacea *Fl. Dan. t.* 1077. *f.* 1. *Bolton t.* 177.
Hab. in muscis frondosis et tectis stramineis rarius.
Totus foliolum magnitudine ungvis refert.

1967. MERULIUS *crispus:* subimbricatus difformis villosus rufescens, margine plicisque albidis dichotomis crispis. *Pers. syn. p.* 495. *ic. et descr.* 2. *p.* 32. *t.* 8. *f.* 7. *Swartz l. c. p.* 179. *Fries syst.* 1. *p.* 323.
Hab. e rimis Corylorum aliarumque arbuscularum frondosarum passim.
Substantia tenax persistens, ungve non major, saepe ochracea.

1968. MERULIUS *tremellosus:* carnoso-gelatinosus adnato-resupinatus subtus tomentosus albus supra plicis subporiformibus acutis rubicundis. *Pers. syn. p.* 496. *Fl. Dan. t.* 1553. *et t.* 776. *f.* 1. (Ag. betulinus). *Fries syst.* 1. *p.* 327.
Hab. in truncis betulinis dejectis lucorum passim.
Interdum subcartilagineus, forma admodum varians, saepe latitudine palmae.

1969. MERULIUS *lacrymans:* effusus, margine incrassato tomentoso albo, plicis disci flavo-ferrugineis amplis poroso-sinuatis. *Fries syst.* 1. *p.* 328. *Wulf.*

in Jacqu. misc. 2. *p.* 111. *t.* 8. *f.* 2. (Boletus). *Bolton t.* 167. *f.* 1. *et t.* 74. — M. destruens *Pers. syn. p.* 496. *Swartz l. c. p.* 179.

Hab. in ligno domorum humidarum nimium occlusarum inprimis regionum meridionalium.

Magnitudine et duratione perenni insignis. Margo interdum digitum minorem crassus, e poris concoloribus lacrymans s. guttulas exstillans. Discus minus crassus seu elevatus, saepe ellipsoideae figurae.

486. SCHIZOPHYLLUM.

Fries syst. 1. p. 330 et 504. obs. 1. p. 103.
Scaphophorum *Ehrenb. hor. phys. ber. p. 94. 102.*

Pileus dimidiatus subsessilis, tenuius coriaceus, radiatus; lamellis etiam radianter dichotomis: ramis proximis conniventibus superficie exteriore seminuliferis. — *Fungus ex minoribus, lignicolus, primum valde revolutus.*

1970. SCHIZOPHYLLUM *commune: Fries l. c. femsjon. p.* 58. *Aspegren bleking. p.* 91. — Agaricus alneus *Linn. svec. n.* 1242. *Pers. syn. p.* 485. *Osbeck gôtheb. handl.* 4. *p.* 34.

Hab. in truncis Fagi, Alni, Tiliæ etc. sed tantum regionum exteriorum Fagi ut Scaniæ, Hallandiæ, Smolandiæ, Blekingiæ passim.

Gregatim crescit; radiis vix unciam excedentibus lobatis, tomentosis, albido-griseis, sed humectatis rufescentibus. Lamellae purpurascenter cinereae, subfiliformes. — Sero autumno et hyeme his locis magis humida quam frigida occurrit, sed breviter duraturum, quippe subgelatinosum.

487. DÆDALEA.

Pers. syn. p. 499. Fries syst. 1. p. 331. Agarici spec. *Linn.*

Pileus suberosus minus æqualis plerumque lateralis; lamellis crassis obtusis, primum in sinus profundos varios dædaleos connexis, demum in lacinias difformes fissis. — *Fungi eximie perennes non tantum tenacitate suæ substantiæ, verum et multiplicatione pileorum; crassitudine et obtusitate lamellarum primum a Boletis variis perennibus et dein ab Hydnis similibus caute distingvendi; maxime lignicoli, e lignis exsiccatis* 1) *arborum frondosarum n.* 1971-1974. 2) *arborum acerosarum n.* 1975. 1976.

1971. DÆDALEA *quercina:* pileo ruguloso demum glabro subumbrino, lamellis crassissimis rufescentibus. — *Linn. svec. n.* 1241. *Bolton fung. t.* 73. — *Persoon syn. p.* 500. *Fries syst.* 1. *p.* 333.

Hab. in truncis Quercus regionum meridionalium copiosius, usque ad Upsaliam raro.

Fungus maxime suberoso-compactus, initio tuberiformis, demum ultra manum latus et crassus; lamellis saepe lineam crassis. Svecis *Eksvamp.*

1972. DÆDALEA *betulina:* pileo coriaceo tomentoso pallescente, lamellis demum tenuibus rectis subramosis albescentibus. — (*Linn. svec. n.* 1244). *Bolton t.* 158. — *Fl. Dan. t.* 1555. *Fries syst.* 1. *p.* 333.

Hab. in truncis præsertim Betulæ passim.

Fungus parum compactus initio quidem lamellis crassiusculis turgescit, sed citius marcescit et tenuis evadit quam reliquae species, nec tam diu persistit.

1973. DÆDALEA *unicolor:* pileo villoso zonato cinerascente, lamellis primum porosis demum laceratis cinerascentibus. — *Bolt. t.* 165. — *Fries syst.* 1. *p.* 337. Sistotrema cinereum *Persoon syn. p.* 551.

Hab. in truncis Alni, Populi etc. ubique.

Eximie perennare potest, zonis veterioribus valde induratis nigrescentibus. Hinc etiam facile irregularis evadit, poris, sinibus et laciniis fissis valde decipiens.

1974. DÆDALEA *gibbosa:* albida, pileo molli villoso basi porrecto gibboso, sinibus subæqualibus rectis linearibus. *Pers. syn. p.* 501. *Fries syst.* 1. *p.* 338. *obs.* 1. *p.* 106. — Boletus sinuosus *Sowerb. fung. t.* 194.

Hab. ad truncos Fagi regionum australiorum frequenter.

Vix plus quam annua evadere videtur, utpote per totam substantiam mollis; sinibus ubique iisdem poriformibus profundis et regularibus fere ut in Boletis, sed dissepimentis crassioribus obtusioribus.

1975. DÆDALEA *sepiaria:* pileo coriaceo zonato strigoso-tomentoso spadiceo, lamellis ramosis rectiusculis dilutioribus. — (*Linn. svec. n.* 1245). *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 2. *Fries syst.* 1. *p.* 333. *Vaill. paris. t.* 1. *f.* 1-3.

Hab. ad ligna pinea præsertim Abietis frequenter.

Pilei radius raro plus quam sesquiuncialis, et crassities ad basin aliquot linearum, sed variat hic fungus ut ceteri hujus generis.

1976. DÆDALEA *spadicea:* pileo substipitato undique expanso tomentoso spadiceo, lamellis varie confluentibus demumque laceris subconcoloribus. *Fries syst.* 1. *p.* 505. — *Pers. ic. et descr.* 2. *p.* 34. *t.* 9. *f.* 1-3. *syn. p.* 557. *Wahlenb. ups. n.* 1067. — *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 238.

Hab. ad radices Abietum locis occultis sylvæ Kungsparken Upsaliæ rarius.

Maxima utpote pedalis et ultra; laciniis lamellarum interdum semiunciam longis. Attamen praecedenti proxime affinis esse potest.

488. BOLETUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1675.

Pileus admodum varius; poris vel magis propriis et rotundis ob membranam unicuique propriam (*Suilli*), vel magis angulatis ob pressionem mutuam in membranam simplicem distingventem (*Polypori*). — *Fungi maxime varii* 1) *toti carnosi optime pileati: pileo a poris separabili* (Suilli, Svecis Sopp) a) *Cortinarioidei: seminulis subochraceis* *) *tubulis stipiti adnatis n.* 1977-1982. **) *tubulis a stipite liberis n.* 1983. 1984. b) *Derminoidei: seminulis obscure ferrugineis n.* 1985. 1986. 2) *magis sicci, tenacioris substantiæ, e qua pori non separabiles* (Polypori Fries), *quos vide infra s. l.*

1977. BOLETUS *luteus:* pileis glutine fusco oblinitis, tubulis luteis, stipite firmo annulato apice punctato. *Linn. svec. n.* 1247. *Bolton t.* 169. *Flor. Dan. t.* 1135. *Fries syst.* 1. *p.* 386.

Hab. in pinetis frequenter ad vias.

Stipes circiter biuncialis, supra annulum scaber. Pileus compactus 2-4 unc. latus, sub glutine totus flavescens. Svecis *Gul-sopp.*

1978. BOLETUS *granulatus:* pileis glutine fusco oblinitis, tubulis subsimplicibus luteis, stipite punctato-

scabro. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1647. *Fries syst.* 1. *p.* 587.
Hab. prope sylvas in collibus graminosis Sveciæ mediæ et elatioris frequenter.

Praecedenti similis, sed loco annuli ejus evidentis granula tum in stipite cum in tubulorum marginibus.

1979. BOLETUS *bovinus:* pileo subviscoso gilvo, tubulis compositis demum subferrugineis, stipite lævi unicolori. *Linn. svec. n.* 1246. *it. vestgoth p.* 274. *Fl. Dan. t.* 1018. (gregarius). *Fries syst.* 1. *p.* 388.
Hab. in sylvaticis omnium vulgatissime.

Stipes gregarius. Pileus glutine tenui nec colorato primum tectus, intus albidior. Magnitudo valde variabilis. Svecis *Kosopp.*

1980. BOLETUS *piperatus:* pileo glabro flavo, tubulis majusculis ferrugineis, stipite lævi basi intusque flavissimo. *Sowerb. fung. t.* 34. *Pers. syn. p.* 507. *Swartz Vet. Ac. H.* 1810. *p.* 9. *Fries syst.* 1. *p.* 388.
Hab. in collibus sylvaticis fere ubique.

Sapor piperinus. Stipes sursum magis elongatus, fragilis, ad basin succosior, coloratiorque. Tubuli circiter triplo majores quam in praecedente (quasi deessent interiores), seminula ferruginea fundentes.

1981. BOLETUS *variegatus:* pileo fasciculatim piloso sordide flavo, tubulis minutis ferrugineis, stipite lævi firmo flavo. *Swartz l. c. p.* 8. *Fries syst.* 1. *p.* 388. *obs.* 1. *p.* 117.
Hab. in pinetis aliquando copiose.

Stipes 2-3 unc. longus. Pileus vix unquam subviscosus 3-5 unc. latus; margine primum evidenter cortinato. Tubuli etiam villosuli.

1982. BOLETUS *subtomentosus:* pileo sicco subtomentoso, tubulis magnis angulatis luteis, stipite firmo lævi. *Linn. svec. n.* 1251. *Trattinn. fung. esc. p.* 100. *t.* Q. *Bolton t.* 84. (luteus). *Flor. Dan. t.* 1074. (bovinus). *Fries syst.* 1. *p.* 389. *obs.* 1. *p.* 113.
Hab. in sylvis frondosis inprimis fagetis et quercetis regionum australium passim.

Stipes subaequalis flavo rubroque varius, rigidus. Pileus

siccus dehiscens abit in areolas polygonas saepius rubicundas: rimis interjacentibus luteis.

1983. BOLETUS *luridus*: pileo pulvinato subtomentoso olivaceo demum subviscoso fuligineo, tubulis subliberis intus luteis ore rubris, stipite crasso rubro-reticulato. *Pers. syn. p.* 512. *Swartz l. c. p.* 5. *Sv. Bot. t.* 246. (rubeolarius). *Bolton t.* 85. *Fries syst.* 1. *p.* 391.

Hab. in sylvis frondosis graminosis post pluvias diuturnas rarius.

Pileus succosus interdum spithamaeae latitudinis, intus carne lutea sed mox caerulescente.

1984. BOLETUS *edulis*: pileo pulvinato glabro subbrunneo, tubulis extus albescentibus, stipite crasso reticulato. *Persoon syn. p.* 510. *Sv. Bot. t.* 197. *Trattinn. fung. esc. p.* 104. *t.* R. *Swartz l. c. p.* 4. *Fries syst.* 1. *p.* 392.

Hab. in sylvis frondosis ubique.

Stipes eximie compactus et crassus, saepe ovatus. Caro alba omnino immutabilis, (quod pro signo optimo ejus salutaris indolis habetur).

1985. BOLETUS *scaber*: pileo pulvinato glabro velo marginali, tubulis liberis albis demum seminulis ferrugineis, stipite firmo attenuato squamoso-scabro. *Persoon syn. p.* 505. *Swartz l. c. p.* 7. *Bolton t.* 86. (procerus). *Fl. Dan. t.* 833. *f.* 2. *Fries syst.* 1. *p.* 394. — B. viscidus *Linn. svec. n.* 1248?

Hab. locis siccioribus sub Betulis sero autumno.

Stipes vix incrassatus, sed sursum attenuatus; pileo minore.

1986. BOLETUS *floccopus*: pileo pulvinato griseo tomento fasciculato, tubulis subliberis candidis, stipite velato squamoso. *Flor. Dan. t.* 1252. *Fries syst.* 1. *p.* 393.

Hab. locis declivibus umbrosissimis in fagetis Scaniæ ex. gr. ad Pålsköp prope Helsingborg raro.

Primum totus fungus tomento griseo tectus. Stipes quadriuncialis. Pileus circiter palmam latus demum nigrescens.

2) *Siccioris tenaciorisque substantiæ, e qua tubuli quoque formantur vel saltem non se-*

parari possunt (Polypori Fries) A) *stipite fere centrali* *) *pileo carnoso n.* 1987-1989. **) *coriaceo n.* 1990. B) *stipite laterali n.* 1991. C) *Pileo quasi composito laminis numerosis annuis, ad bases truncorum obviis n.* 1992-1994. D) *Pileo omnimodo estipitato latere adnato* (*Svecis Ticka s. Dicka quasi molem et robur maximum fere omnium Fungorum constituente*) *) *annuo nullum stratum pororum supra alterum unquam addente* †) *carnoso-suberosi* (*sine fibris internis evidentibus*) *n.* 1995-1997. ††) *intus fibrosi tenaces n.* 1998-2002. †††) *coriacei tum crassitie tum substantia interna n.* 2003-2008. **) *pileo perenni strata nova annotina pororum addente, maxime lignicoli n.* 2009-2013. E) *Fungillus omnino resupinatus plus minus effusus, poris fere totus constitutus n.* 2014-2016.

1987. BOLETUS *subsquamosus:* pileo carnoso albido demum diffracte subsquamoso, poris flexuosis niveis, stipite obeso lento. *Linn. svec. n.* 1250. *Wahlenb. ups. n.* 1049. *Fries syst.* 1. *p.* 346. *obs.* 1. *p.* 122. B. albidus *Trattinn. fung. esc. p.* 109. *t.* S.

Hab. locis elevatis lapidosis in pinetis Sveciæ mediæ et magis elevatæ passim.

Color externus albidus saltem ad insertionem pororum in citrinum tendit, et exsiccatione aliquantum sordidus evadit. Odor nunquam ingratus fungum edulem indicat. Ceterum uncias tantum 2-3 latus. — Dalecarlis *Fjäll-Ticka.*

1988. BOLETUS *ovinus:* pileo carnoso lateritio lævi, poris subrotundis albidis, stipite obeso fragili. *Fl. Dan. t.* 1618. *Fries syst.* 1. *p.* 346.

Hab. in pinetis montosis etiam Upsaliæ satis frequenter.

Praecedente fere duplo major et praecipue exsiccatus coloratior, odore non parum ingrato forsan ovino (unde nomen? quod saltem colori non convenit).

1989. BOLETUS *brumalis:* pileo carnoso lento plano expallente: villo fuligineo adpresso, poris subangu-

latis albis, stipite pallido superne poroso excentrico. *Pers. syn.* p. 517. *Fries syst.* 1. p. 348. *obs.* 2. p. 255. *Retz. Vet. Ac. H.* 1769. p. 253. (Polyporus).

Hab. in ramis et truncis præsertim dejectis Salicis capræ æ etc. etiam Upsaliæ ex. gr. in Skarholmen.

Fungus eximie regularis quamvis aliquantum excentricus. Pileus fere omnino planus circiter 3 unc. latus, sed tertia unciae vix crassior, villo suo fuligineo plerumque radiatim pictus; subtus poris minutis aequalibus. Stipes radio pilei plerumque duplo brevior. — Persistit hyeme et reviviscit vere.

1990. BOLETUS *perennis:* coriaceus, pileo velutino cinnamomeo fuscescenter cingulato in stipitem brevissimum concolorem abeunte, margine porisque albescentibus. *Linn. svec.* n. 1245. *Flor. Dan.* t. 1075. f. 2. *Bolton* t. 87. (subtomentosus). *Fries syst.* 1. p. 350.

Hab. ad terram arenosam pinetorum totius Sveciæ frequenter.

Praecedentibus longe tenacior et hinc diutius persistens, sed non reviviscens, verum zonis nigrescentibus valde singularis demum evadens.

1991. BOLETUS *varius:* pileo rigido glabro lævi, poris minutis subrotundis pallidis, stipite laterali brevi obconico porifero: deorsum infra poros nigro corneo. *Pers. syn.* p. 523. (cum badio). *Swartz l. c.* p. 11. *Fries syst.* 1. p. 352. *Sowerb. fung.* t. 89. (nummularius). *Flor. Dan.* t. 1075. f. 1.

Hab. ad ramos et truncos inprimis Salicum rarius.

Valde variabilis colore et directione pilei, sed substantia initio mollis carnosa, dein valde dura cornea, omnino perennis, praecipue ad basin ebenina.

1992. BOLETUS *frondosus:* ramosissimus estipitatus, pileis dimidiatis rugosis fuligineo-griseis, poris albis. *Fl. Dan.* t. 952. *Sowerb.* t. 87. *Trattinn. fung. esc.* p. 118. t. U. *Fries syst.* 1. p. 355. *Aspegren bleking.* p. 92.

β pileis lævibus carneo-rufescentibus. *Swartz l. c.* p. 13.

Hab. ad radices Quercuum in regionibus australioribus passim, sed β in pinetis Sveciæ mediæ raro.

Pileis laminiformibus elongatis numerosissimis supra se invicem positis in enormem magnitudinem multiplicatur. Caro mollis esculenta inodora.

1993. BOLETUS *giganteus:* imbricato-multiplex, pileis latissimis subzonatis rivulosis spadiceo-pallidis, poris inæqualibus pallescentibus. *Pers. syn. p.* 521. *Fries syst.* 1. *p.* 356. *Femsjon. p.* 68. *Sowerb. t.* 86. (imbricatus). *Bolton t.* 76. (elegans).

Hab. ad basin truncorum Fagi Smolandiæ occidentalis raro.

Pilei singuli longe majores quam in praecedente, saepe manum magnitudine aequantes, carne crassa.

1994. BOLETUS *citrinus:* multiplex, pileis latis adnatis imbricatis glabris citrinis, poris sulphureis demum pallescentibus. *Pers. syn. p.* 524. *Swartz l. c. p.* 82. *Fl. Dan. t.* 1019. *Wahlenb. ups. n.* 1052. B. sulphureus *Fries syst.* 1. *p.* 357. *Sowerb. fung. t.* 133.

Hab. in truncis Quercus frequenter.

Manu saepe crassior et latior; substantia primum tenax, dein sicca et fragilis, demum friabilis subfatiscens ultra aestatem ut in praecedentibus parum duratura.

1995. BOLETUS *suberosus:* pileo carnoso-suberoso epidermide fuscescente glabra tecto, vertice obliquo producto, poris inæqualibus albis. *Linn. svec. ed.* 2. *n.* 1253. *Wulf. in Jacqu. coll.* 1. *p.* 344. — B. betulinus *Pers. syn. p.* 535. *Fl. Dan. t.* 1254. *Sowerb. fung. t.* 212. *Fries syst.* 1. *p.* 358.

Hab. in truncis Betulæ regionum montosarum passim.

Pileus primum eximie reniformis et pulvinatus, dein medio magis gibbosus, saepe spithamam latus et tres quatuorve uncias crassus, per totam substantiam albissimus molliter suberosus (nec ullibi fibrosus), poris tantum duas lineas longis inferne tectus. Odor et sapor acidus. — Svecis *Hvit-Ticka, Syl-sopp, Kork-sopp.*

1996. BOLETUS *mollis:* pileo carnoso rugoso incarnato alutaceo, poris inæqualibus albis. *Pers. syn. p.* 526. *Fries syst.* 1. *p.* 360. *obs.* 1. *p.* 109.

Hab. ad radices denudatas Abietis cum sequente rarius, etiam Upsaliæ.

Valde irregularis e basi saepe dilatatus in formam triquetram; marginibus obtusis.

1997. BOLETUS *fuscus:* pileo carnoso-coriaceo fusco-fuligineo strigosoque, margine cærulescente, poris minimis albicantibus. *Pers. syn. p.* 527. *Swartz l. c. p.* 87. — B resinosus *Fries syst.* 1. *p.* 361. *Flor. Dan. t.* 1138. (velutinus).

Hab. ad radices denudatas Abietum passim.

Forma valde varia, interdum suborbicularis et integra, alibi dimidiata et lobata; sed color semper valde profundus, hinc inde fere carbonarius et substantia lenta demum corio vix crassior.

1998. BOLETUS *cuticularis:* pileis carnoso-fibrosis hirtis ferrugineo-fulvis, poris nitidis griseo-ferrugineis. *Decand. fl. franc.* 2. *p.* 119. *Fries syst.* 1. *p.* 363. *Sowerb. t.* 195. (impuber).

Hab. in truncis dejectis Padi, Alni etc. passim.

Quasi substantia duplici fibrosa constituitur, utraque nitida: altera baseos longitudinalis cito attenuata, adeo ut extrorsum tantum cuticulam fungi constituat (unde nomen); altera tubulorum, longe maximam partem fungi efficiens (tubulis 3 lineas longis) et extrorsum fere omnem. Hinc fungus exsiccatione maxime incurvatur.

1999. BOLETUS *adustus:* pileis carnoso-fibrosis tenacibus villosis pallidis margine patulo nigrescente, poris minutis cinereis demum adustis. *Pers. syn. p.* 529. *Swartz l. c. p.* 85. *Fries syst.* 1. *p.* 363. *Sowerb. t.* 231. (carpineus).

Hab. in caudicibus Aceris etc. inprimis hortorum passim.

Proximis minor utpote radio vix plus quam unciali et crassitie aliquot linearum, sed totus fere constituitur substantia fibrosa superiore tenaci, subtus tantum obducta poris brevissimis semilineam tantum longis et, ubi deficere incipiunt vel premuntur, nigricantibus (adustis).

2000. BOLETUS *borealis:* albus, pileis intus parallele fibrosis mollibus subvillosis a basi extenuatis margine acutis patulis, poris inæqualibus. *Fries syst.* 1. *p.* 366.

Hab. ad caudices Abietis in sylvis altioribus Sveciæ ex. gr. Smolandiæ, in Omberg Ostrogothiæ frequentissime, Upsaliæ.

Plerumque palma et minor et tenuior; poris valde irregularibus, dimidiam crassitiem fungi constituentibus.

2001. BOLETUS *pulvinatus:* albus, pileis intus divergenter fibrosis hirtisque basi gibbis extrorsum rotundatis: margine incurvo obsoleto, poris inæqualibus. B. suberosus *Wahlenb. ups. n.* 1054.

Hab. in truncis Ulmorum Upsaliæ.

Praecedenti certe affinis, sed duplo major et saltem triplo crassior: substantia interiore magis succosa tenaci et elastica (quare suberosus l. c. dicitur, quamquam non Linnæi). Optima differentia consistere videtur in directione fibrarum interiorum, quae a basi undique ita divergunt, ut angulo recto superficiem attingant et per eandem in hirsutiem ejusdem directionis exeant. Hinc eximia pulvinata forma. Pars fibrosa multoties crassior quam tubulosa. — Ab hoc diversus videtur B. ulmarius Sowerb. fung. t. 88. superficie non tantum glabra verum etiam eximie colliculosa vel grandius tuberculosa.

2002. BOLETUS *svaveolens:* pileo carnoso-suberoso azono villoso albo, poris majusculis fuscescentibus. *Linn. svec. n.* 1255. *Sv. Bot. t.* 221. *Fries syst.* 1. *p.* 366.

Hab. in Salice præsertim alba regionum meridionalium et maritimarum, forsan etiam amygdalina per convalles fluminum maximorum ab alpibus profluentium?

Hujus loco multi sine dubio B. odoratum habuerunt, unde praesentem speciem frequentiorem crediderunt quam re vera est.

2003. BOLETUS *hirsutus:* albidus, pileo coriaceo hirto cingulato, poris rotundis obtusis fuscescentibus. *Wulf. in Jacqu. coll.* 2. *p.* 149. *Fries syst.* 1. *p.* 367.

Hab. ad truncos.

Substantia ejus compactior quam in sequentibus, etiamsi fractura bombycina; hirsutie extera tam stricta ut cingulos elevatos constituat. Pori vix tertiam partem crassitiei efficiunt; dissepimentis firmis crassiusculis.

2004. BOLETUS *velutinus:* albidus, pileo coriaceo-spongioso tenui velutino subzonato, poris rotundis acutis albidis. *Pers. syn. p.* 539. *Swartz l. c. p.* 90. *Fries syst.* 1. *p.* 368.

β lutescens. *Pers. l. c. Swartz l. c. Wahlenb. lapp.*

Hab. ad ramos et truncos frondosos molliores ubique.

Substantia tota laxius bombycina, tenuior; poris ipsâ longioribus, duas lineas longis, tenuissimâ membranâ interstinctis.

2005. BOLETUS *pallescens:* subochraceus, pileo subcoriaceo glabrescente margine extenuato lobato, poris rotundis acutiusculis. *Fries syst.* 1. *p.* 269. *obs.* 2. *p.* 256. *Sowerb. fung. t.* 250. (pellepor).

B. albidus *Flor. lapp. n.* 1062.

Hab. in ramis arborum frondosarum molliorum ex. gr. Alni incanæ Lapponiæ rarius.

Secundum superficiem crescit in illaesa epidermide ramorum, ideoque per longitudinem eorum se extendit et tam lobatus evadit. Zonae ramo proximae omnino glaberrimae et nitentes, sed extimae puberulae. Pori paullo crassiori membrana distingvuntur quam in praecedente, et dimidiam crassitudinem pilei efficiunt.

2006. BOLETUS *versicolor:* pileis subcoriaceis: zonis variis ex aureo cæruleoque sericeo-nitentibus, poris rotundis albis. *Linn. svec. n.* 1254. *Bolton fung. t.* 21. *Flor. Dan. t.* 1554. *Fries syst.* 1. *p.* 368. *obs.* 2. *p.* 259.

Hab. in truncis præsertim cavis et putrescentibus, locis occultissimis, rarius.

Tegitur epidermide quasi crustacea, ab insectis illaesa, in cujus superficie exteriore sericeum est indumentum, quod colores illos iridis efficit. Ceterum tenuitate et magnitudine sequenti proximus.

2007. BOLETUS *abietinus:* pileis coriaceo-membranaceis albido-villosis fuscoque zonatis, poris dentatis irregularibus violaceis. *Pers. syn. p.* 541. *Fries syst.* 1. *p.* 370. — Agaricus decipiens *Willd.* — Sistotrema violaceum *Pers. syn. p.* 551. *Swartz l. c. p.* 241.

Hab. in caudicibus et truncis dejectis Abietis ubique.

Ceteris omnibus tenuior, utpote Gyromio quodam vix crassior. Hinc etiam pori valde dilacerati, saepe dentes compressos (Sistotrematis), rarius lamellas radiantes (Dædaleæ), referentes.

2008. BOLETUS *cinnabarinus:* pileo suberoso explanato acuto ruguloso cinnabarino, poris saturatioribus dentatis. *Pers. syn. p.* 540. *Jacqu. austr.* 4. *t.* 304. *Swartz l. c. p.* 90. *Fries syst.* 1. *p.* 371. *Wahlenb. lapp. n.* 1064.

Hab. in truncis dejectis Betulæ albæ regionum elevatiorum et septentrionalium, ut Lapponiæ, Vermelandiæ, Vestmanniæ ad Skinskatteberg.

Radius ejus parum plus quam uncialis; crassities circiter quatuor linearum, qua maximam partem constituta poris saepe tres lineas longis, usque ad basin saturate cinnabarinis. Substantia fungi ceterum nihil fibrosi continet.

2009. BOLETUS *pinicola:* durus, pileo pulvinato-dilatato nigrescente margine cinnabarino lævigato, poris rotundatis integerrimis ochraceo-albidis per strata distincta. *Swartz l. c. p.* 88. *Sv. Bot. t.* 480. *Fl. Dan. t.* 953. (igniarius). *Fries syst.* 1. *p.* 372.

Hab. in caudicibus abietinis frequenter.

Optime redivivus et quocunque autumno stratum per quam distinctum adponens. Crassities perpendicularis dimidium radium superat. Pororum superficies primum quasi caseosa.

2010. BOLETUS *odoratus:* durus, pileo dilatato umbrino-nigrescente margine cinnamomeo tomentoso, poris angulatis dentatisque cinnamomeis in stratis confluentibus. *Wulf. in Jacqu. coll.* 2. *p.* 150. *Pers. syn. p.* 532. *Schæff. fung. t.* 106. *Fries syst.* 1. *p.* 373. *Wahlenb. ups. n.* 1057. *Aspegr. bleking. p.* 92.

Hab. in caudicibus abietum Sveciæ septentrionalis usque ad Upsaliam passim, dein Blekingiæ rarius.

Praecedente siccior et minus fortiter redivivus, itaque minus crassus. Substantia pororum vix ulla strata distingvenda offert, sed tota striis suis albis melius a carne ceterâ obscurâ discernitur quam in praecedente.

2011. BOLETUS *fomentarius:* pileo subtriquetro glabro fuligineo-canescente intus molli margine pallide

glauco demum ferrugineo, poris concoloribus minimis. *Sowerb. fung. t.* 133. *Fries syst.* 1. *p.* 374.

β. Betulæ. *Linn. svec. n.* 1257. *Sv. Bot. t.* 167.

Hab. in Fagis provinciarum meridionalium ubique, *β* in Betulis septentrionalium.

Quo major pars substantiae interioris mollis est, eo melior censetur, et eo strictius Svecis *Fnôsk-ticka* vel *Bjôrk-ticka.*

2012. BOLETUS *igniarius:* durus, pileo crasso sublævi e cinereo nigrescente margine obtusissimo ferrugineo, poris concoloribus convexis exiguis. *Linn. svec. n.* 1256. *Sv. Bot. n.* 125. *Fries syst.* 1. *p.* 375.

β. nigricans durissimus. *Fries l. c. n.* 9. *Linn. lapp. n.* 521.

Hab. in ligno arborum frondosarum præsertim Amentacearum ubique, *β* in Betula inprimis regionum septentrionalium.

Intus substantia corticalis parcissima durissima, in qua, pariter ac in tubulis, puncta et striae albissimae sunt, quibus sulphureis evadentibus, ad ignem diutius conservandum aptissimus fungus censetur et tum Svecis *Tunder* vel *Tônner-svamp.*

2013. BOLETUS *salicinus:* durissimus late effusus margine undulato acute cingulato porisque flavo-umbrinis exiguis. *Pers. syn. p.* 543. *Fries syst.* 1. *p.* 376.

Hab. in caudicibus et truncis Salicum prope terram passim.

Tam parum elevatus, ut lignum fere solummodo incrustet; sed crusta durissima, plerumque tantum duas lineas crassa, tota fere tubulis minutissimis constituta, quorum strata recentiora veterioribus quasi supra infunduntur. Nec itaque minus longe perennat quam praecedentes, quamvis tenuis.

2014. BOLETUS *obliquus:* latissimus totus constitutus poris contiguis obliquis spadiceis aperturis denticulatis minutis. *Swartz l. c. p.* 91. *Fries syst.* 1. *p.* 378. *Wahlenb. ups. n.* 1060.

Hab. inter lignum et corticem in truncis Ulmorum passim.

Crassities ejus duarum linearum, sed longitudo tubulorum ob obliquitatem plus quam duplo major.

2015. BOLETUS *medulla panis:* effusus duriusculus glaber siccus albus margine undulato elevato, poris elongatis plerumque obliquis. *Jacqu. misc.* 1. *p.* 141. *t.* 11. *Bolton t.* 166. *f.* a. *Fries syst.* 1. *p.* 380.

Hab. præsertim inter lignum et corticem arborum pomiferarum et drupacearum inprimis Vestrogothiæ rarius.

Crusta ejus crassitie fere praecedentis, sed non solis tubulis composita, verum materià proprià, ad basin praevalente, margines glabros duriusculos constituente, etiam praedita.

2016. BOLETUS *cellulosus:* longe effusus tenuis siccus albus totus constitutus poris irregularibus cellulæformibus brevissimis. *Flor. Dan. t.* 716. *f.* 1.
B. vulgaris *Fries syst.* 1. *p.* 581.
Hab. in lignis putrescentibus inprimis Betulæ ubique.
Tenuissimus, margine tantum byssaceo.

489. BUGLOSSUS.

Fistulina *Bull. ch. p.* 314. *Fries syst.* 1. *p.* 396. Boleti spec. *Auct.*

Pileus maxime fibroso-carnosus; subtus, primum verrucis radiatim villosulis, demum elongatis in tubulos liberos seminula subfusca fundentes. — *Fungus acaulis dimidiatus, intus eximie rubro-venosus omnino ut lingua bovina.*

2017. BUGLOSSUS *quercinus: Wahlenb. ups. n.* 1061. Boletus Buglossum *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 317. *Flor. Dan. t.* 1039. — Fistulina Buglossoides *Bull. ch. p.* 314. *t.* 497. — Fist. hepatica *Fries syst.* 1. *p.* 396. — Bol. hepaticus *Sowerb. t.* 58. *Bolton t.* 79. *Trattinn. fung. esc. p.* 123. *t.* V. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 93.
Hab. ad radices quercus Sveciæ temperatioris passim, mediæ usque ad Vesterås et Upsala rarius.

Magnitudo saepe pedalis, crassities versus basin bipollicaris. Color primum hepaticus, demum fere sangvineus extus intusque; tubulis pallidis circiter tres lineas longis. Septembri provenit et vix ultra hebdomadas nonnullas durare videtur. Esculentus fere ut Beta rubra.

490. HYDNUM.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1676. *Fries syst.* 1. *p.* 397.

Pileus varius vel nullus, e substantia sua exserens aculeos subulatos (teretes acutos), nudos. — *Fungi Boletis analogi, sed inferiores utpote nunquam*

tam carnosi ac Suilli (nisi genus præcedens, Buglossum, huc trahere velis), verum semper ut Polypori sicciores, ita tamen ut A) *Stipite centrali* *) *carnoso n.* 2018-2021. **) *suberoso compactissimo robur et centrum generis constituat n.* 2022-2024. ***) *coriaceo n.* 2025. B) *Stipite laterali tenui n.* 2026. 2027. C) *Pileo quasi composito seu ramosissimo n.* 2028-2030. D) *Pileo omnino estipitato debili (contra ingentem molem et robur Boletorum ejusdem subdivisionis) n.* 2031. E) *Fungilli crustá effusá n.* 2032. 2033.

2018. HYDNUM *imbricatum:* pileo carnoso planiusculo squamoso fuscescente, aculeis cinerascentibus, stipite subcylindrico. *Linn. svec. n.* 1257. *Fl. Dan. t.* 176. *Sowerb. fung. t.* 73. *Trattinn. fung. esc. p.* 150. *t.* X. *Fries syst.* 1. *p.* 398. *obs.* 1. *p.* 157.
Hab. in pinetis majoribus passim copiose.
Maximum nostratium, interdum pedalis latitudinis et pollicaris crassitudinis; carne eximie albida (Svecis *Hvit-Taggsvamp*).

2019. HYDNUM *lævigatum:* pileo carnoso convexo ruguloso fusco-cinereo, aculeis cinerascentibus, stipite inæquali. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 243. *Fries syst.* 1. *p.* 399. *obs.* 1. *p.* 140.
Hab. cum priore rarius.
Praecedente minus, macrius (vel tenuius); aculeis paullo longioribus.

2020. HYDNUM *repandum:* subvitellinum carnosum, pileo repando lævi glabro, aculeis inæqualibus. *Linn. svec. n.* 1258. *Flor. Dan. t.* 310. *Sowerb. t.* 176. *Fries syst.* 1. *p.* 400. *obs.* 1. *p.* 138.
Hab. in sylvis muscosis passim.
Cantharello quam maxime analogum colore (Svecis *Gultaggsvamp*), substantia, magnitudine, loco. Variat saturatius et pallidius. Latitudo nonnullarum unciarum et crassities aliquot linearum: aculeis conspicuis, crassitie pilei saepe longioribus.

2021. HYDNUM *infundibulum:* dilute spadiceum lente carnosum, pileo infundibuliformi margine extenuato

erecto flexuoso, aculeis æqualibus tenuibus, stipite deorsum attenuato. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 244. *Sv. Bot. t.* 492. *Fries syst.* 1. *p.* 401. *obs.* 1. *p.* 135.

Hab. in pinetis muscosis Sveciæ mediæ ex. gr. ad Rotebro Uplandiæ raro.

Altitudo circiter digiti; latitudo plerumque minor. Substantia multo firmior quam in praecedentibus, ad sequentium accedens.

2022. HYDNUM *svaveolens:* pileo suberoso tomentoso albido, aculeis violaceis, stipite brevi cæruleo. *Scop. carn. p.* 472. *Fries syst.* 1. *p.* 402. *obs.* 1. *p.* 133. (pullum). *Fl. Dan. t.* 1374. (cæruleum).

Hab. in sylvis abiegnis densissimis regionum montosarum vel saltem rupestrium, ut Smolandiæ, Sudermanniæ.

Odor fortis Anisi e pileo quam sequentium molliori; sed stipes non minus, quam in iisdem, compactus.

2023. HYDNUM *compactum:* pileo suberoso undulato tomentoso olivaceo-cinereo intus fusco-variegato, stipite brevissimo tuberoso. *Persoon syn. p.* 556. *Swartz l. c. p.* 245. *Fries syst.* 1. *p.* 402. *obs.* 1. *p.* 132.

β. aurantiacum: tubere radicali præcipue tomento aurantiaco. *ll. cc.*

Hab. in ericetis et pinetis passim.

Oritur e tubere radicali maxime compacto fere osseae duritiei; in *β* fere toto aurantiaco, grumosae substantiae, versus superficiem in tomentum se dissolventis. Stipes supra tomentum dictum plerumque constringitur, et dein in pileum dilatatur, qui per se satis tenuis intus pallidus.

2024. HYDNUM *ferrugineum:* suberosum obconicum ferrugineum, pileo supra hispido, aculeis subfuscis, stipite squamoso. *Fries obs.* 1. *p.* 133. *syst.* 1. *p.* 403. *Wahlenb. lapp. n.* 1070. (compactum).

Hab. in pinetis siccioribus frigidioribus etiam Lapponiæ passim.

Plerumque optime refert conum inversum, ultra tres uncias altum et duas latum, intus ubique ejusdem substantiae suberosae obscurae (subferrugineae), in qua tamen strata hori-

zontalia, ni fallor annotina, observantur, adeo ut solum inter affinia nostra Hydna totum perenne et reviviscens videatur. Stipitis indumentum quasi in squamas coalitum, structuram strobilaceam efficientes.

2025. HYDNUM *tomentosum:* pileo coriaceo plano infundibuliformi dilute cinereo, disco fusco-villoso, margine aculeisque albis. *Linn. svec. n.* 1259. *Fries syst.* 1. *p.* 405. *obs.* 1. *p.* 145. *Flor. Dan. t.* 1020. *f.* 2. (cyathiforme).

Hab. in pinetis muscosis montosis passim.

Gregatim crescit tum radicibus tum pileis connexis. Stipes vix unciam superans, crassitie vix pennae anserinae, glabriusculus. Pileus subuncialis latitudinis, tenuis et flaccidus; centro obscuriore, zonis subsimilibus cincto. Aculei breves minus conspicui quam in omnibus ceteris.

2026. HYDNUM *Auriscalpium:* pileo coriaceo-membranaceo tomentoso margine producto in stipitem undique tomentosum, aculeis subspadiceis. *Linn. svec. n.* 1260. *lapp. n.* 524. *Fl. Dan. t.* 1020. *f.* 1. *Bolton t.* 90. *Fries syst.* 1. *p.* 406.

Hab. in strobilis Pinus sylvarum ubique.

Totum obscurioris coloris, demum nigricantis. Stipes vix filo crassior, uncias duas plerumque longus. Pileus magnitudine ungvis minoris.

2027. HYDNUM *gelatinosum:* diaphanum glaucescens, pileo planiusculo villosulo margine producto in stipitem brevem incrassatum, aculeis pyramidatis. *Pers. syn. p.* 560. *Jacqu. austr. t.* 259. *Fl. Dan. t.* 717. (crystallinum). *Fries syst.* 1. *p.* 407.

Hab. in ramulis dejectis abietinis putridis inter muscos sylvarum passim.

Praecedenti magis affine quam primo intuitu videtur, vix uncia longius.

2028. HYDNUM *Erinaceus:* cordiforme albo-lutescens subsessile, aculeis longissimis. *Pers. syn. p.* 560. *Trattinn. fung. esc. p.* 155. *t.* Y. *Fries syst.* 1. *p.* 407.

Hab. ad truncos cavos putridos Fagi Smolandiæ occidentalis ex. gr. ad Femsjö.

Magnitudine valde variat. Extus barbam aculeis suis longis refert.

2029. HYDNUM *coralloides:* ramosissimum candidum demum lutescens, ramis intricatis attenuatis aculeos unilaterales pendulos gerentibus. *Scop. carn. p.* 472. *Sowerb. t.* 252. (*Trattinn. fung. esc. p.* 156. *t.* Z. quercinum). *Swartz l. c. p.* 252. *Fries syst.* 1. *p.* 408.

Hab. ad truncos putridos Quercus, Fagi et Abietis Sveciæ temperatioris, etiam Upsaliæ in Liljeconvaljsholme, rarius.

Fruticulum refert saepe magnitudinis capitis unicolorem carnosum et edulem breviter duraturum; ramis inferne digitum superne calamum crassis, a se invicem plerumque bene separatis: aculeis ramorum diametro demum longioribus barbatis. — Apud nos fere sola varietas abietina occurrere videtur.

2030. HYDNUM *leoninum:* contortuplicatum carnoso-fibrosum flavescens, plicis acutis asperis subtus aculeos barbatos exserentibus. *Fries syst.* 1. *p.* 411.

Hab. in Salicibus detonsis ex. gr. Upsaliæ cum Agarico adiposo.

Constituit tuber difforme interdum capitis magnitudinis, intus carne continua lenta olida (fere ut dicti Agarici), extus plicis numerosissimis parum prominentibus demum solummodo interstinctis barba aculeis constituta. Color et haec barba fere leonis.

2031. HYDNUM *strigosum:* pileo suberoso aspero nigrescente, aculeis longis strictis subconcoloribus. *Swartz l. c. p.* 250. *Fries syst.* 1. *p.* 414.

Hab. in truncis arborum frondosarum cultarum sicciorum Sveciæ mediæ raro.

Pilei vel solitarii vel tantum approximati. Substantia tota duriuscula strigosa implicationi multo minus apta quam praecedentis. Ceterum annuum est, ut pleraque Hydna, quae saltim e strato fructificante novum stratum ut Boleti paralleli edere non possunt.

2032. HYDNUM *argutum:* effusum crustaceum candidum alutaceum, aculeis obliquis acutis. *Fries syst.* 1. *p.* 424.

Hab. in truncis cariosis Betulæ.

Crusta ejus ut densioris substantiae ita et magis determinata, saepe quasi dendritica, et aculei acutiores.

2033. HYDNUM *obliquum:* effusum tenuissimum candidum byssaceum, aculeis obliquis obtusiusculis. *Fries syst.* 1. *p.* 424.

Hab. ad truncos cariosos.

Crusta tota byssina, maxime vaga, aculeos ejusdem substantiae emittens.

491. SISTOTREMA.

Fries syst. 1. p. 426.

Pileus irregularis carnoso-fragilis; lamellulis semper interruptis, irregulariter dispositis, brevibus, planis, flexis, utrinque perfecte theculiferis. — *Fungillus totus confluens anomalus.*

2034. SISTOTREMA *confluens: Persoon syn. p.* 551. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 239. *Fries syst.* 1. *p.* 426. *Aspegr. blek. p.* 93. — Hydnum lamellosum *Sowerb. t.* 112. *Decand. fl. fr.* 2. *p.* 112.

Hab. ad vias arenosas in pinetis regionum australiorum usque ad Norrköping raro.

Gregarium ob crustam radicalem communem, inodorum, candidum autumno breviter durans (nec ut Sistotremata reliqua Persoonii, jam Dædaleæ, ultra annum persistentia). Stipes saepe obsoletus, interdum centralis. Pileus ½-1 unc. latus.

492. THELEPHORA.

Willd. ber. p. 396. Fries syst. 1. p. 428. Helvellæ spec. *Linn.*

Pileus fere semper incompletus plerumque membranaceus; superficie fructificante papillosa vel rugosa vel denique lævi. — *Fungi plerique superficiales corticoli vel lignicoli* 1) *Pileo stipiteque subregularibus n.* 2035. 2) *Pileo in lacinias vel ramulos quam maxime diviso* (Merisma) *n.* 2036-2038. 3) *Fungillo resupinato cupulæformi: membrana fructificante superiore vel interiore velutina n.* 2039. 2040. 4) *Fungillo demum imbricato: membrana fructificante interiore lævissima n.* 2041-2042. 5) *Fungillo resupinate adnato n.* 2043. 2044. 6) *toto effuso n.* 2045-2047. b) *cum theculis quaternis n.* 2048. c) *marginibus byssaceis n.* 2049.

2035. THELEPHORA *terrestris:* umbrino-fusca subsuberosa, pileis explanatis strigosis subtus areolato-

verrucosis, stipite obconico. *Ehrh. crypt. n.* 178. *Persoon syn. p.* 566. *Swartz Vet. Ac. H.* 1811. *p.* 74. *Fries syst.* 1. *p.* 431.
Agaricus *Linn. lapp. n.* 517. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1649. (Helv. pineti).
Hab. in jugis glareosis inter pinos etiam regionum elevatiorum saltem usque ad Helsingiam passim.
Omnibus ceteris multo crassior, substantia interiore subsuberosa supra stipitem digitum crassa (hinc fungus non parum Agariciformis), superficie exteriore non parum rimosa et inaequali; radio eximie dentato rigido.

2036. THELEPHORA *laciniata:* ferrugineo-fusca submembranacea, pileis hirtis margine laciniato-crispis subtus scabris dimidiatis estipitatis. *Pers. syn. p.* 567. *Swartz l. c. p.* 75. *Fries syst.* 1. *p.* 431. *Bolton t.* 173. (Helv. caryoph.). *Aspegr. blek. p.* 93.
Hab. ad radices et ramos delapsos in pinetis passim, inprimis regionum meridionalium et littoralium.
Crassities tantum papyri. Diameter 1-2 unciae.

2037. THELEPHORA *palmata:* erecta purpureo-fusca, ramis complanatis palmatis pubescentibus apice albicantibus. *Fries syst* 1. *p.* 432. *obs.* 1. *p.* 156. *t.* 1. *f.* 1. *Swartz l. c. p.* 83. (Merisma foet.) *et p.* 84. (Mer. anthoc.). *Sowerb. t.* 156.
Clavaria cornuta *Wulf. in Jacqu. misc. p.* 98. *t.* 14. *f.* 2.
Hab. in pinetis (siccioribus) argillosis rarius.
Odor foetidus. Forma maxime varia interdum cyathoidea, rarius divisa ut Clavariae.

2038. THELEPHORA *cristata:* subdecumbens incrustans tuberculosa pallida, ramis planis dilatatis fimbriato-cristatis. *Fries syst.* 1. *p.* 454. *Swartz l. c. p.* 83. (Merisma). *Sowerb. t.* 158. (Clav. laciniata).
Hab. præcipue in sylvis frondosis ad muscos passim.
Odor tantum mucidus. Initio valde mollis et incrustans, demum ramis rigidioribus.

2039. THELEPHORA *rubiginosa:* resupinata subcupulæformis rigida rugosa rubiginosa extrorsum zonata spadicea intus velutina. *Persoon syn. p.* 567. *Swartz l. c. p.* 76. *Fries syst.* 1. *p.* 436. *Sowerb. t.* 26. (Aurcularia ferruginea).

Hab. in caudicibus putridis quercus etc. prope terram foliis delapsis sæpe tectam passim, etiam Upsaliæ.

Intus constituitur quasi materia terrena (rubiginosa) valde inaequali et incrassata, quae zonas nullas admittit totumque fungillum rigidum reddit. Raro unciá latior est.

2040. THELEPHORA *tabacina:* resupinata cyathiformis flexilis sericea ferruginea zonata intus pubescens. *Sowerb. fung. t.* 25 *Fries syst.* 1. *p.* 437. *obs.* 2. *p.* 274. (ferruginea). *Bolton t.* 174. *Aspegren bleking. p.* 93.

Hab. ad ramulos exsiccatos præcipue Coryli in Scania et Blekingia frequenter.

Praecedenti certe proxima, sed magis explanata et extenuata, supra sericea et subzonata, itaque longe magis elegans; marginibus fere aureis.

2041. THELEPHORA *hirsuta:* resupinata coriacea strigoso-hirta albida, intus glabra lævis lutescens. *Pers. syn. p.* 570. *Swartz l. c. p.* 78. *Fries syst.* 1. *p.* 439. *Sowerb. t.* 27. (Aur. reflexa). *Bolton t.* 82. *fig. c. e.* (Boletus auriformis).

β. sericea: margine tenui nitido. *Swartz l. c.*

Hab. ad cortices et ligna arborum frondosarum ubique vulgatissime.

Valde variabilis. Ad cortices tenuiores incipit cupuliformis tenuis, sed ad ligna crassiora saepe evadit dimidiata, (radio plus quam unciali), eximie coriacea subtus caesia.

2042. THELEPHORA *purpurea:* imbricata gelatinoso-coriacea zonata strigoso-hirsuta, subtus glabra purpurea. *Persoon syn. p.* 571. *Swartz l. c. p.* 79. *Fries syst.* 1. *p.* 440. *obs.* 2. *p.* 275. (vorticosa). *Fl. Dan. t.* 534. *f.* 4.

Hab. ad truncos populi locis humidis passim, etiam Upsaliæ.

Praecedenti re vera proxima, sed plerumque eâdem major et mollior (subgelatinosa), colore hymenii diversissimo.

2043. THELEPHORA *salicina:* resupinato-adnata extus villosa alba intus glaberrima sangvineo-rubra. *Fries syst.* 1. *p.* 442.

Hab. ad truncos Salicum etiam Lapponiæ.

Parva et pezizoidea, aliquot lineas lata.

2044. THELEPHORA *quercina:* resupinato-adnata extus nigrescens margine involuta intus glabra carnea. *Persoon syn. p.* 573. *Swartz. l. c. p.* 80. *Fries syst.* 1. *p.* 442.

Hab. in ramis emortuis præcipue Quercus frequenter.

2045. THELEPHORA *incarnata:* effusa coriacea glabra incarnata, ambitu subbyssino, papillis raris. *Persoon syn. p.* 575. *Swartz l. c. p.* 80. *Fries syst.* 1. *p.* 444.

Hab. ad truncos Populi etc. locis humidis etiam Upsaliæ.

2046. THELEPHORA *polygonia:* effusa membranacea glabra incarnata, tuberculis magnis polygonis. *Fries l. c.*

Hab. in ramulis Populi ubique.

2047. THELEPHORA *frustulata:* effusa durissima crassa glabra pallida tessulato-rimosa. *Swartz l. c. Fries syst.* 1. *p.* 445. *obs.* 1. *p.* 153.

Hab. ad ligna duriora putrescentia rarius.

2048. THELEPHORA *cæsia:* effusa suborbicularis læviuscula cæsio-cinerea carnosa: theculis quaterna serie. *Pers. syn. p.* 579. *obs.* 1. *p.* 15. *t.* 3. *f.* 6. *Swartz l. c. p.* 81. *Fries syst.* 1. *p.* 449.

Hab. ad terram.

Maculas 1-3 unc. latas efformat.

2049. THELEPHORA *lævis:* effusa byssino-membranacea lævis pallida subtus araneoso-tomentosa alba. *Fries syst.* 1. *p.* 451.

Hab. in ramis præsertim populneis ubique.

493. C L A V A R I A.

***Linn. gen. ed. Schr. n.* 1682.**

Clava cum stipite confluens tectaque membranâ eâdem minus evidenter seminuliferâ in plerisque, sed magis efflorescente in ultimis n. 2073-2075. — *Fungi formâ variantes, sed omnes annui, secundum substantiam ita subdividendi:* 1) *optime carnosi fere Agaricini* (Sparassis Fries) *n.* 2050. 2) *carnoso-alutacei* a) *ad basin crassiores sursum maxime divisi n.* 2051-2053. b) *e basi cauleque tenuiore ramosi n.* 2054-2060. c) *simplicissimi optime clavati n.* 2061-2070. 3) *vi-*

scoso-pellucidi n. 2071. 2072. 4) *nigricantes: clava subdistincta n.* 2073. 5) *epiphyti, minimi:* a) *apicem versus seminuliferi n.* 2074. b) *clava distinctius seminulifera ob stipitem mucoroideum* (Typhyla Fries) *n.* 2075.

2050. CLAVARIA *crispa:* superne ramosissima, ramis planis foliaceis crispis serratis membrana duplici lamellosis. *Wulf. in Jacqu. misc.* 2. *p.* 100. *t.* 14. *f.* 1. Sparassis crispa *Fries syst.* 1. *p.* 465.

Hab. in pinetorum sicciorum penetralibus Smolandiæ occidentalis raro.

Speciosissima et nobilissima, pedalis et ultra, pallide flavescens, inodora, sapidissima. Radix tuberosa, crassa. Ramorum folia vel laminae 1-2 unc. latae, in caput subglobosum Brassicae instar intricatae.

2051. CLAVARIA *Botrytis:* caudice difformi crassissimo decumbente pallido, ramis brevibus subrugosis superne rubicundis. *Persoon syn. p.* 584. *Swartz Vet. Ac. H.* 1811. *p.* 147. *Fl. Dan. t.* 1303. *Trattinn. fung. esc. p.* 157. *t.* BB. *Fries syst.* 1. *p.* 466.

Hab. in fagetis alibique.

Caudex saepe pollicem crassus difformiter divisus fere instar Brassicae botrytis.

2052. CLAVARIA *fastigiata:* caule crasso suberecto albo, ramis rectis teretibus fastigiatis flavis. *Linn. svec. n.* 1269. — *Pers. syn. p.* 586. *Swartz l. c. p.* 146. *Trattinn. fung. esc. p.* 143. *t.* AA. *Fries syst.* 1. *p.* 467. (flava).

Hab. in sylvis frondosis ubique.

Caulis deorsum attenuatus ad divisionem primariam crassitie unciae; ramis sursum fasciculato-ramosissimis.

2053. CLAVARIA *coralloides:* caule crassiusculo erecto ramisque albis elongatis inæqualibus. *Linn. svec. n.* 1268. *Fries syst.* 1. *p.* 467. *obs.* 2. *p.* 287. (Holmsköldiana). *Sowerb. t.* 278. *fig. sup.*

Hab. ad terram, annis calidis pluviosis, passim.

Non tantum tenuior verum magis regularis: ramis teretiusculis (Svecis *Bockskågg*). Sic seriem praecedentium ipsis nominibus Linnæanis indicatam terminat et ad sequentes procedit.

2054. CLAVARIA *stricta:* ramosissima pallida demum fuscescens, ramis ramulisque strictis adpressis acutis. *Pers. syn. p.* 588. *comm. p.* 45. *t.* 4. *f.* 1. *Fries syst.* 1. *p.* 468.

Hab. ad caudices pinorum passim.

2055. CLAVARIA *abietina:* ramosissima pallide umbrina inferne albo-tomentosa, ramis confertis erectis sulcato-rugosis, ramulis acutis. *Pers. syn. p.* 588. *Swartz l. c. p.* 148. *Fries syst.* 1. *p.* 469.

Hab. in sylvis abiegnis frequenter.

Junior et succosior trituratione virescit et amare sapit. Radix subtuberosa.

2056. CLAVARIA *pyxidata:* ramosissima pallide rufescens, ramis ramulisque subverticillatis in tubum dilatatis. *Pers. syn. p.* 589. *comm. p.* 47. *t.* 1. *f.* 1. *a-c. Swartz l. c. p.* 149. *Fries syst.* 1. *p.* 470.

Hab. in caudicibus pineis vetustis passim.

Divisione sua Bocomycidi degeneranti non absimilis.

2057. CLAVARIA *pratensis:* cæspitosa lutea, caule tenui, ramis brevibus geniculatis divaricatis, ramulis subfastigiatis. *Pers. syn. p.* 590. *comm. p.* 52. *t.* 4. *f.* 5. *Swartz l. c. p.* 150. *Fries syst.* 1. *p.* 471. *Fl. Dan. t.* 836. *f.* 2. (muscoides var.). *Bolt. t.* 114.

Hab. inter muscos in pratis.

Curta vix unciam superans, simulque mollis (initio subviscosa), obtusa.

2058. CLAVARIA *muscoides:* ramosa erecta lutea gracilescens bis terve furcato-divisa, ramis lunatis acutis. *Linn. svec. n.* 1270. *Fl. Dan. t.* 775. *f.* 2.

C. corniculata *Pers. syn. p.* 589. *Fries syst.* 1. *p.* 471.

Hab. in muscosis sylvarum frondosarum.

Praecedente siccior, simplicior et longior.

2059. CLAVARIA *cristata:* cæspitosa ramosa albida demum nigrescens, ramis superne dilatatis cristatis acutis. *Persoon syn. p.* 591. *Swartz l. c. p.* 151. *Flor. Dan. t.* 1304. *f.* 2. *Fries syst.* 1. *p.* 473.

Hab. ad terram humosam in sylvis frondosis frequenter.

2060. CLAVARIA *rugosa:* subsimplex tenax rugosa albescens superne demum inflata, ramis paucis dif-

formibus obtusis *Pers. syn. p.* 594. *comm. p.* 57. *t.* 2. *f.* 4. *Fl. Dan. t.* 1301. *Fries syst.* 1. *p.* 476. *obs.* 1. *p.* 158. *Bolton t.* 115. (elegans).

Hab. in sylvis variis passim.

Ad sequentes praecipue C. ligulam abit, sed digito longior, coloris laetioris, ad basin pulveracea potius quam byssacea.

2061. CLAVARIA *pistillaris:* solitaria obovata obtusa subrufescens cava demum subplicata tota glabra. *Linn. svec. n.* 1266? *Sv. Bot. t.* 504. *f.* 1. 2. (herculanea). *Schmidel. ic. p.* 17. *t.* 4. *fig. sup. Flor. Dan. t.* 1255. *Fries syst.* 1. *p.* 477.

Hab. in Fagetis præsertim calcareis regionum australiorum.

Saepe digitum longa et ultra unciam crassa, figura fere Ficus, omnimodo vegetior et floridior quam insequens idque forsan ob locum.

2062. CLAVARIA *ligula:* gregaria oblongo-clavata farcta apice demum compressa fuscescensque inferne pallide luteola basi villosa. *Schæff. t.* 171. *Fries syst.* 1. *p.* 477. *Schmid. ic. t.* 4. *f.* 2 *et t.* 5. *f.* 1.

C. cæspitosa *Wulf. in Jacqu. misc.* 2. *p.* 68. *t.* 12. *f.* 2. — C. luteola *Swartz l. c. p.* 154. *Sv. Bot. t.* 504. *f.* 3.

C. pistillaris lutea *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 39.

Hab. in sylvis abiegnis ubique.

Praecedente multo minor, vix unquam digito minimo longior et crassior, substantiae magis alutaceae, intus farcta, itaque hinc inde compressa. Color versus basin albescens in villum radicalem albissimum denique abit.

2063. CLAVARIA *macrorrhiza:* fistulosa subæqualis flavo-fusca obtusa inferne torta et in radicem longissimam hirsutam incrassata. *Swartz l. c. p.* 155. *t.* 1. *f.* 1. *Fries obs.* 2. *p.* 292. *syst.* 1. *p.* 478.

Hab. in collibus declivibus arenosis ex. gr. Stockholmiæ, Vadstenæ.

Radix 3-4 unc. longa crassitie pennae cygneae maximam partem fungi constituit.

2064. CLAVARIA *fistulosa:* longissima fistulosa gracilis stricta pallide rufescens attenuata in radicem vil-

losam. *Flor. Dan. t.* 1256 *et* 1100. *f.* 1. (pilipes). *Swartz l. c. p.* 154. *Fries syst.* 1. *p.* 479.

Hab. ramulis innata inter folia decidua usque ad Godtsunda Upsaliæ.

Radix hujus brevis angusta, sed fistula fungi 4 - 10 unc. longa, 1 - 2 lin. tantum crassa.

2065. CLAVARIA *purpurea:* cæspitosa simplicissima cava compressiuscula acuta purpurea. *Flor. Dan. t.* 837. *f.* 2. *Swartz l. c. p.* 156. *Fries syst.* 1. *p.* 480.

Hab. ad devia in graminosis pinetis Sveciæ superioris passim.

Circiter 4 unc. longa, inferne albido-villosa.

2066. CLAVARIA *angustata:* cæspitosa elongata gracilis teretiuscula lutea, stipitibus flexuosis. *Pers. comm. p.* 72. *t.* 1. *f.* 5. *syn. p.* 602. *Swartz l. c. p.* 158. *Fries syst.* 1. *p.* 481.

Hab. inter muscos præcipue locis montosis.

Tota 2 - 3 uncialis; clavula vix lineam crassa.

2067. CLAVARIA *rosea:* gregaria teretiuscula rosea demum sursum lutescens deorsum angustata albida flexuosa. *Dalman Vet. Ac. H* 1811. *p.* 157. *Fries syst.* 1. *p.* 482. *obs.* 2. *p.* 290. *t.* 5. *f.* 2. *Sv. Bot. t.* 558. (Swartzii)

Hab. in graminosis muscosis ex. gr. Smolandiæ et Vestrogothiæ.

2068. CLAVARIA *helvola:* gregaria cylindracea lævis sordide lutea apice dein cinnamomea. *Pers. syn. p.* 598. *Sv. Bot. t.* 504. *f.* 4. *Fries syst.* 1. *p.* 482.

Hab. ad terram humosam.

2069. CLAVARIA *argillacea:* subcæspitosa, clavulis incrassatis subcompressis difformibusque obtusis alutaceo-pallidis, stipitibus nitentibus flavis. *Schmid. ic. p.* 56. *t.* 15. *Fries syst.* 1. *p.* 482. *obs.* 2. *p.* 295. *t.* 5. *f.* 3. (Geoglossum!).

Hab. in ericetis Sveciæ meridionalis frequenter.

Clava a stipite satis distincta (fere ut in Geoglosso Auct.), fragilis, circiter 1 unc. alta.

2070. CLAVARIA *fragilis:* cæspitosa fistulosa fragilis alba lutescensve, stipite subfiliformi. *Fries syst.* 1. *p.* 484. *Bolton fung. t.* 111. *f.* 1. (gracilis). *Sowerb. fung. t.* 90. (cylindrica). *Retz. Vet. Ac. H.* 1769. *p.* 254. (simplex).

Hab. in ericetis et sylvis ubique.

Plerumque tota gracillima, sed interdum clava inflata evadit.

2071. CLAVARIA *viscosa:* adhærens viscosaque vitellina dichotoma, ramulis furcatis, caule subfiliformi radicato. *Pers. comm. p.* 55. *t.* 1. *f.* 5. *syn. p.* 594. *Swartz l. c. p.* 152. *Fries syst.* 1. *p.* 486.

Hab. ad truncos putridos pineos ubique.

Primum aurea pulcherrima, sed cito flaccessit et minus nitens evadit; inferne semper pallidior et valde attenuata. Sic tota saepe ultra tres uncias longa, filo nullibi multo crassior.

2072. CLAVARIA *cornea:* viscosa vitellina abbreviata divergenter ramulosa cæspitosaque. *Sowerb. t.* 40. *Swartz l. c. p.* 153. *Fries syst.* 1. *p.* 486. *Wahlenb. ups. n.* 1077.

Hab. ad truncos dejectos betulinos etc. passim.

Vix unquam semiuncia altior, praecedente multo rigidior fere corneae substantiae, nunquam flaccescens. Ex aperturis epidermidis vel ligni caespitose erumpit, nec radices in massam putridam spargit ut praecedens.

2073. CLAVARIA *ophioglossoides:* nigra sicca, clava simplicissima inflata. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1652. *Sowerb. fung. t.* 83. *Schmid. ic. p.* 92. *t.* 25.
Geoglossum hirsutum *Pers. syn. p.* 608. *Swartz l. c. p.* 163. *Fries syst.* 1. *p.* 488.

Hab. in paludosis præsertim Sphagno refertis regionum australiorum et litoralium passim, usque ad Upsaliam rarissime.

Plerumque digito minimo non altior et pennâ anserinâ non crassior. Ceterum valde variat forsan etiam glabritie (C. ophioglossoides *Vahl in Flor. Dan. t.* 1076. *f.* 2?).

2074. CLAVARIA *muscicola:* sursum leviter incrassata alba deorsum setacea. *Pers. syn. p.* 606. *obs.* 2. *p.* 60. *t.* 3. *f.* 2. *Swartz l. c. p.* 161. *Fries syst.* 1. *p.* 498. (Pistillaria).

Hab. locis uliginosis in axillis Leskeæ polyanthæ ex. gr. ad Axbergshammar Nericiæ.

Tam minuta, ut setas et capsulas dicti musci paullo deformatas apprime referat. Tota opaca et continua est, alutaceae substantiae.

2075. CLAVARIA *gyrans*: epiphylla alba simplex, stipite pubescente pellucido clavulam distinctam gerente. *Pers. syn. p.* 606. *Swartz l. c. p.* 161.

Typhula gyrans *Fries syst.* 1. *p.* 494. *obs.* 2. *p.* 297.

Hab. in foliis deciduis autumno.

Tantum semiunciam longa: stipite debili et plerumque decumbente mucoroideo, clava hinc illinc vibrante vel gyrante.

494. SPATHULARIA.

Pers. comm. p. 37. *Fries syst.* 1. *p.* 490. Elvellæ et Clavariæ spec. *Auct.*

Spathula verticalis (compressa) margine utroque in stipitem decurrens; membrana crassiore continente theculas seminula elastice ejicientes. — *Fungus carnosus stipitatus, ad Helvellas quasi mitrâ quam maxime compressâ accedens.*

2076. SPATHULARIA *flava*: *Persoon syn. p.* 610. *Fries syst.* 1. *p.* 491. *Swartz Vet. Ac. H.* 1812. *p.* 10. 11. *Wahlenb. ups. n.* 1078. — Helvella spathulata *Sowerb. t.* 35. *Afzelius Vet. Ac. H.* 1785. *p.* 312. *Bolton t.* 97. (faritoria).

Clavaria Spathula *Flor. Dan. t.* 658.

Hab. in pinetis inter muscos passim.

Stipes omnino teres, crassitie calami, intus paullo fistulosus, inter lobos vel margines mitrae maxime compressae, quod ad dimidiam partem, penetrans. Fungus totus plerumque pollicem altus et latus. Spathula initio fulva a stipite albescente facillime discernitur.

495. MITRULA.

Fries syst. 1. *p.* 491.

Clavula ovata lævis carnosa cava, basi stipitem discretum arcte ambiens, extus seminula elastice ejiciens. — *Fungus carnosus longe stipitatus simplicissimus.*

2077. MITRULA *paludosa*: clavula obtusa lutea, stipite pallido. *Fries l. c.*

Leotia *Persoon syn. p.* 611-614. *t.* 3 *f.* 13. *Swartz l. c. p.* 11. 12.

Hab. supra folia et muscos, in paludosis sylvaticis sæpe natantes, frequenter.

Stipes plerumque ultra unciam longus, sed penna corvina non crassior, valde fistulosus et fragilis, pariter ac clavula saepius aqua repletus.

496. MORCHELLA.

Dillen. gen. p. 74. *Fries syst.* 2. *p.* 5. Phalli spec. *Linn.*

Mitra (clava major, maxime diversa a stipite) undique rotundata lacunosa: lacunis inter costas reticulatas seminuliferis. — *Fungus insignis stipitatus ceraceo-carnosus.*

2078. MORCHELLA *esculenta:* mitra conica basi adnata stipiti inani lævi. *Pers. syn. p.* 618. *Trattinn. fung. esc. p.* 168. *t.* EE. *Fries syst.* 2. *p.* 6. *Sv. Bot. t.* 258.

Phallus esculentus *Linn. svec. n.* 1262. *Fl Dan. t.* 53.

Hab. in sylvis frondosis rupestribus Sveciæ temperatioris usque ad Upsaliam passim copiose, verno tempore.

Mitra plerumque spadicea vel brunnea, intus pariter ac stipes albissima, saporis grati (Svecis *Morkla*). Magnitudo circiter digitalis.

497. HELVELLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1679.

Mitra subpileiformis (centro suffulta) supra seminulifera lævisque, subtus concava sterilis. — *Fungi carnosi stipitati plerumque autumnales:* 1) *mitra primum compressa marginibusque adnata stipiti* a) *lacunoso sulcatove n.* 2079. 2080. b) *lævi n.* 2081. 2082. 2) *mitra primum umbilicata demum compressa semper marginibus libera n.* 2083. 2084. 3) *mitra semper convexa marginibus undique revolutis n.* 2085. 2086.

2079. HELVELLA *lacunosa:* mitra subinflata cinereofusca, stipite fistuloso costato-lacunoso perforatoque. *Afzel. Vet. Ac. Handl.* 1783. *p.* 304. *Fries syst.* 2. *p.* 15. *obs.* 2. *p.* 301. *Schæff. fung. t.* 154. (nigrescens).

Hab. in sylvis fagineis regionum australiorum passim, in Svecia media raro ex. gr. ad Carlberg Stockholmiæ, per pineta rarissime.

Stipes celluloso-fistulosus 1-3 unc. longus, demum totus nigrescens. Pileus niger.

2080. HELVELLA *sulcata:* mitra interiori latere stipiti adnata cinereo-fusca, stipite solido costis æqualibus sulcato. *Afzelius l. c. p.* 305. *t.* 10. *f.* 1. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1812. *p.* 13. *Fries syst.* 2. *p.* 15.

Hab. ad terram umbrosam pinetorum Sveciæ mediæ raro.

Stipes totus solidus, tantum 4-5 lin. crassus, circiter 2 unc. longus.

2081. HELVELLA *esculenta:* mitra inflata undulata gyroso-rugosa brunnea primum margine adnata stipiti lævi villoso. *Pers. syn. p.* 618. *Trattinn. fung. esc. p.* 161. *t.* CC. *Fries syst.* 2. *p.* 16.

Hab. ad devia pinetorum præcipue Sveciæ meridionalis passim.

Substantia tota crassior quam sequentis; praecipue mitra ob hanc causam gyroso-rugosa fere ut in Morchella. Hinc etiam esculenta Svecis *Sten-morkla.*

2082. HELVELLA *Infula:* mitra æquabili cinnamomea deflexa adnataque stipiti lævi. *Pers. syn. p.* 617. *Fries syst.* 2. *p.* 17. *Wahlenb. lapp. n.* 1073. H. Mitra *Sv. Bot. t.* 264. et forsan etiam *Linn. svec. n.* 1265. secundum *Herbat. ups. in am. ac.* 3. *p.* 431. *Afzel. Vet. Ac. Handl.* 1783. *p.* 303.

Hab. ad terram prope pineta totius Sveciæ usque in Lapponiam frequenter.

Praecedente multo magis membranacea et inanis. Mitra semper latere interiori adhaerens stipiti breviori (nec se unquam solvens et expandens ut in praecedente).

2083. HELVELLA *atra:* fuligineo-nigra, mitra utrinque adpressa subtus lævi, stipite farcto furfuraceo-villoso. *Flor. Dan. t.* 534. *f.* 1. *Afzel. l. c. p.* 307. *Fries syst.* 1. *p.* 19.

Hab. in sylvis humosis abiegnis et fagineis.

Praecedentibus longe minor, 1-2 unc. alta; stipite 1-2 lin. crasso, mitra $\frac{1}{2}$ unc. lata.

2084. HELVELLA *pezizoides:* mitra cupulata denique reflexa fusco-atra subtus stipiteque squamuloso-scabra. *Afzel. Vet. Ac. H.* 1783. *p.* 308. *t.* 10. *f.* 2. *Swartz l. c. p.* 14. *Fries syst.* 2. *p.* 20.
Hab. in sylvis abiegnis saltem Veciæ mediæ exterioris Sudermanniæ, ad Stockholm raro.
Magnitudine fere praecedentis, sed mitra latior et maturius explanari incipiens, vel magis pezizoidea.

2085. HELVELLA *circinans:* mitra carnosa convexa margine revoluta subtus nervis decurrentibus in stipitem fistulosum subpulverulentum. Leotia *Pers. ic. et descr. p.* 16. *t.* 5. *f.* 5-7. *syn. p.* 612. *Swartz l. c. p.* 15. *Fries syst.* 2. *p.* 27.
Hab. inter muscos in sylvis abiegnis passim.
Primum subpellucens pileo subtus magis aperto, demum opaca lutescens pileo optime revoluto; nervis tamen elevatis, decurrentibus, evidentibus.

2086. HELVELLA *lubrica:* tremellosa, mitra tumida repanda flavo-viridi, stipite cavo subæquali flavo. Leotia *Pers. syn. p.* 613. — *Sowerb. fung. t.* 70. *Fries syst.* 2. *p.* 29. *Swartz l. c. p.* 15.
Hab. in sylvis frondosis graminosis post frequentes pluvias rarius.
Praecedenti similis, sed non tantum extus quam maxime lubrica, verum intus gelatinâ fluxili omnino distenta, unde magis rotundata minus revoluta (hinc praecedentem H. revolutam cum Liljeblad. fl. dixi in Flor. Upsal. n. 1084).

498. PEZIZA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1680. *Fries syst.* 2. *p.* 40.

Receptaculum marginatum cupulæforme, sursum versum, primum clausum, demum expansum, intus tectum membrana fructificante: theculis seminula plura, plerumque octo (Octospora Hedw), elastice ejicientibus, paraphysibus ejusdem longitudinis. — *Fungilli plus minus carnoso-ceracei (neque indurati neque nimium emolliti e. s. p. quæ formæ genera sequentia con-*

stituunt): 1) ALEVRIÆ: *extus primum indumento pruinoso-furfuraceo veli loco tectæ* a) *Helvelloideæ: cupula semper aperta vixque nisi primum superne connivens, magna, sessilis, nisi basi producta, terrestris n.* 2087-2095. b) *Geopyxides: primum clausæ, terrestres* *) *stipitatæ vel longius radicatæ n.* 2096-2099. **) *sessiles n.* 2100. 2101. c) *erumpentes corticolæ sicciores* (*Cenangio accedentes*) *n.* 2102. 2103. 2) PILOSÆ *s. Villosæ i. e. villis primum clausæ* a) *majores subterrestresve n.* 2104-2107. b) *minores vix linea latiores, corticolæ vel lignicolæ n.* 2108-2112. c) *minima herbicola n.* 2113. d) *minimæ subiculo innatæ n.* 2114. 2115. e) *subcoriacea convergenter corrugata n.* 2116. - - 3) PHIALEÆ: *glaberrimæ, mox apertæ* a) *membrana fructificante crassiore parietibus n.* 2117-2122. b) *membrana fructificante tenuiore quam cupula n.* 2123-2126. c) *cupula molli aquosa n.* 2127. 2128. d) *cupula subcornea n.* 2129. 2130. e) *cupula convexa n.* 2131.

2087. PEZIZA *Acetabulum*: stipite anguloso lacunoso multifistuloso costas ramosas per cupulam cyathiformem fuligineam dispergente. *Sowerb. fung. t.* 59. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1812. *p.* 98. *Fries syst.* 2. *p.* 44.

Hab. in terra umbrosissima sub arboribus frondosis raro, nec nisi Stockholmiæ ad Carlberg apud nos lecta.

Valde singularis stipite fere Helvellæ lacunosæ, sub terra ut videtur multi-radicato, quo versus Rhizinam Fries. regreditur.

2088. PEZIZA *badia*: subsessilis integra flexuosa margine primum involuta intus saturate brunnea, extus dilutior subviolacea basi farinosa. *Pers. syn. p.* 659. *Fries syst.* 2. *p.* 46. *obs.* 1. *p.* 164. *Bolton fung. t.* 99. (Helv. cochleata).

Hab. ad terram locis graminosis rarius.

2089. PEZIZA *leporina*: substipitata uno latere elongata intus ferruginea, extus dilutior fulvescensve pulverulenta basi villosa. *Pers. syn. p.* 637. *Swartz*

Vet. Ac. Handl. 1812. *p.* 96. *Fries syst.* 2. *p.* 47. *Flor. Dan. t.* 1077. *f.* 2.

Hab. ad terram inter muscos in pinetis frequenter.

Proximis minor vix unciam alta et semiunciam lata.

2090. PEZIZA *onotica:* substipitata uno latere elongata intus rosea, extus fulvescens pulverulenta basi demum rugosa. *Pers syn p.* 637. *Fries syst.* 2. *p.* 48. *Sv. Bot. t.* 486. *f.* 1. (minor).
P. leporina *Sowerb. t.* 79.

Hab. in fagetis aliisque sylvis frondosis proximis inter folia delapsa passim.

Praecedente major et magis luxurians (ut solent fungi in sylvis frondosis), interdum tres uncias alta.

2091. PEZIZA *aurantia;* subsessilis obliqua intus aurantiaca, extus albescens subpruinosa. *Flor. Dan. t.* 657. *f.* 2. *Pers. syn. p.* 637. *Fries syst.* 2. *p.* 49.
P. coccinea *Sowerb. t.* 78. *Bolton t.* 100.

Hab. in sylvis abiegnis inter fragmenta recentia ligni passim.

Elegantissima disco ultra unciam lato semper saturate aurantiaco.

2092. PEZIZA *umbrina:* basi producto-radicata contortaque magna intus umbrina, extus pallescens alutacea lævis. *Pers. syn. p.* 638. *Swartz l. c. p.* 97. *Sv. Bot. t.* 486. *f.* 2. (*et f.* 3. alutacea). — P. cochleata *Linn? Sowerb. t.* 5. *Fries syst.* 2. *p.* 50.

Hab. in sylvis abiegnis aliisque ad ligna putrida eorumve fragmenta passim.

Major ceteris nostris, utpote saepe ultra binas uncias et alta et lata, simulque basi suâ productâ melius enutrita et convoluta, hinc etiam extus glabra.

2093. PEZIZA *repanda:* basi producto-radicata subinfundibuliformis intus fusca margine repanda, extus albicans alutacea lævis. *Wahlenb. ups. n.* 1093. *Fries syst.* 2. *p.* 51. *Pers. ic. pict. p.* 49. *t.* 20. *f.* 2. (pallidior). — P. coronata *Jacqu. misc.* 1. *p.* 140. *t.* 10 (major).

Hab. in caudicibus putrescentibus abietinis aliisque.

Praecedente minor, sed firmioris substantiae et hinc etiam utrinque magis discolor.

2094. PEZIZA *vesiculosa:* basi producta intusque cava primum globosa demum campanulata ore crenata intus umbrina extus furfuraceo-albescens. *Sowerb. fung. t.* 4. *Fries syst.* 2. *p.* 52.
Hab. in fimetariis rarius.

Magnitudine et colore fere P. umbrinae, sed substantia ut locus longe aliena fere coprinoidea.

2095. PEZIZA *cerea:* basi producta in stipitem solidum obconicum, supra infundibuliformis lutescens repanda, extus albescens. *Sowerb. fung. t.* 3. *Swartz l. c. p.* 99. *Fries syst.* 2. *p.* 52.
Hab. in cortice vaporariorum æstate passim.

A praecedente longe diversa videtur substantia sua uniformi cerea interdum digitum crassa.

2096. PEZIZA *Craterella:* stipite longissimo radicato cylindraceo, cupula hemisphærica lævi disco fuscescente. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 55. *t.* 19. *f.* C. *Swartz l. c. p.* 100. *Fries syst.* 2. *p.* 56.
β. macropus: major extus magis villosa. *Sowerb. t.* 58. *Bolton t.* 96. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 54. *t.* 19. *f.* B.
Hab. in terra molli vegetabili etiam carbonaria ex. gr. ad Skinskatteberg Vestmanniæ; *β* in regionibus australioribus.

Maxime variare videtur superficie exteriore secundum terrae indolem; in terrà carbonarià tota glabra stipite nigricante; in terrà vero a vegetabilibus putridis ortà extus villosa, vegetior, pallidior.

2097. PEZIZA *tuberosa:* stipitibus elongatis flexuosis tubere nigro difformi innatis, cupula infundibuliformi spadicea. *Hedwig st. cr.* 2. *p.* 33. *t.* 10. *f.* B. *Sowerb. fung. t.* 63. *Swartz l. c. p.* 99. *Fries syst.* 2. *p.* 58.
Hab. in nemoribus e radicibus (Anemones?) vel strobilis tectis surgens.

Stipes tenuitate fili eximie flexuosus ob locum subterraneum.

2098. PEZIZA *Ciborium:* cinnamomea, stipite gracili lævi basi radiculoso-fibrilloso, cupula urceolata. *Fl. Dan. t.* 1078. *f.* 1. *Fries syst.* 2. *p.* 59.
Hab. in paludosis inter muscos regionum maritimarum ex. gr. Reften Scaniæ et Hopseidet Finmarkiæ.
Altitudo paullo plus quam unciae, sed latitudo urnae subcylindricae tantum aliquot linearum.

2099. PEZIZA *arenaria:* sessilis radicata fusca extus verruculosa primum globoso-campanulata demum dilatata lacerata. *Osbeck Vet. Ac. H.* 1762. *p.* 288. *t.* 7. *f.* 1-4. *Swartz ib.* 1812. *p.* 98. *Fries syst.* 2. *p.* 63.
Hab. in arena volatili humida submarina Sveciæ meridionalis.
Cupula demum uncialis latitudinis, radicibus plures uncias longis.

2100. PEZIZA *granulosa:* sessilis minuta subglobosa demum explanata pallida rubicundave extus rugoso-granulata margine pellucide papillata. *Swartz l. c. p.* 105. *Fries syst.* 2. *p.* 67. *Flor. Dan. t.* 655. *f.* 2. (scabra).
Hab. in fimo equino (pallidior), vaccino (rubicundior).
Ex minimis parum ultra lineam lata, nisi in fimo vaccino semiuncialis.

2101. PEZIZA *humosa:* sessilis carnosa scutelliformis glabra sangvineo-rubra margine lævi. *Flor. Dan. t.* 656. *f.* 2. *Bolton t.* 101. *f.* 1. *Fries obs.* 2. *p.* 309. *syst.* 2. *p.* 71.
Hab. in humo sylvarum subuda passim.
Etiam ex minimis plerumque lineâ non latior, sed firmula.

2102. PEZIZA *fascicularis:* sessilis cæspitosa turbinata subcoriacea difformis rugoso-farinacea disco saturate fusco. *Alb. et Schwein. p.* 315. *t.* 12. *f.* 2. *Fries syst.* 2. *p.* 75. *exs. n.* 291.
β. corylina: subclausa coriacea extus albo-furfuracea.
Hab. in ipso cortice Populi epidermidem penetrans frequenter, sed *β* in ligno Corylorum et Alni per corticem erumpens saltem in Svecia media copiose.

Praecipue β longe durior omnibus ceteris, diutius, forsan ultra annum, persistens, revera coriacea, saepe inaperta manens et tamen compressione fere unciam lata, forsan nimium ad genus Cenangii accedens.

2103. PEZIZA *purpurea:* subsessilis infundibuliformis subcoriacea extus pruinoso-carnea, disco demum explanato difformi purpureo. *Hedwig st. cr.* 2. *p.* 63. *t.* 22. *f.* A. *Fries syst.* 2. *p.* 77.
Hab. supra basin residuam Quercus Upsaliæ, Ostrogothiæ raro.

Cupulae interdum in latitudinem unciae explanantur, tunc parum elevatae.

2104. PEZIZA *coccinea:* stipite turbinato breviter adpresseque tomentoso albido, cupula infundibuliformi: disco saturate coccineo. *Jacqu. austr. t.* 163. *Bolton fung. t.* 104. *Sowerb. fung. t.* 13. (epidendra). *Hoffm. veg. cr.* 2. *p.* 27. *t.* 7. *f.* 5.
Hab. in ramis delapsis humo uda (faginea?) tectis regionum australiorum verno tempore rarius.

Variat inter lin. et unc. magnitudinem, plus minus stipitata, sed semper elegantissime extus alba intus coccinea.

2105. PEZIZA *hemisphærica:* sessilis, cupula hemisphærica cerea extus sordide villosula: pilis fasciculatis, margine longius ciliato, disco albo-glaucescente. *Hoffm. veg. cr.* 2. *p.* 28. *t.* 7. *f.* 6. *Swartz l. c. p.* 101. *Flor. Dan. t.* 656. *f.* 1. *Fries syst.* 2. *p.* 82.
P. fasciculata *Hedw. st. cr.* 2 *p.* 14. *t.* 4. *f.* B.
Hab. in terra sub arboribus frondosis.

Substantia tenuis sed firmula. Cupula plerumque aliquot lineas lata, extus fasciculis sparsis pilorum tenuissimorum, margine ciliis articulatis (Confervoideis) fugacibus.

2106. PEZIZA *scutellata:* sessili-adnata applanata extus marginem versus setis nigris strictis hispida pallida, disco dilutius miniato. *Linn. svec. n.* 1272. *Sowerb. fung. t.* 24. *Fries syst.* 2. *p.* 85. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 11. *t.* 3. *f.* B. (hirta).
Hab. in terra circa caudices abietis etc. locis humidis passim.

Circiter tres lineas lata, setis fere semper inflexis copiosis latius marginata.

2107. PEZIZA *stercorea:* sessili-adnata gregaria tota fulva extus superne setulis badiis erectis ciliata. *Pers. syn. p.* 150. *Fries syst.* 2. *p.* 87.
P. scutellata *Bolton fung. t.* 108. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 10. *t.* 3. *f.* A.
Hab. in fimo bovino etc. locis humidis ubique.
Praecedente minor vix duabus lineis latior, setulis tenuioribus paucioribus ciliata, ut color substantiae optime pelluceat.

2108. PEZIZA *virginea:* nivea, stipite tenuissimo deorsum attenuato, cupula hemisphærica tenui extus villo conferto patulo. *Pers. syn. p* 653. *Swartz l. c. p.* 102. *Fries syst.* 2. *p.* 90. *Sowerb. fung. t.* 65. (nivea). *Fl. Dan. t.* 1016. *f.* 4.
Hab. in ramulis delapsis arborum frondosarum ex. gr. Betulæ.
Tantum lineam unam et alta et lata, sed distinctius pilosa.

2109. PEZIZA *corticalis:* stipite tenuissimo brevissimo, cupula extus flocculoso-tomentosa e cinereo rufescente, intus albescente. *Pers. syn. p.* 651. *Swartz l. c. p.* 101. *Fries syst.* 2. *p.* 96.
Hab. in ipso cortice ex. gr. Coryli Upsaliæ etc.
Per epidermidem erumpens sessilis videtur et firmula, sed in cortice denudato considerata tenuiter stipitata esse reperitur.

2110. PEZIZA *bicolor:* subsessilis globosa albide tomentosa, disco subaurantiaco. *Sowerb. fung. t.* 17. *Fries syst.* 2. *p.* 92.
Hab. in ramis delapsis Quercus etc. passim.
Vix plus quam lineam lāta altaque, tota bicolor.

2111. PEZIZA *calycina:* erumpens, stipite crasso turbinato lutescente glabro, margine albide tomentoso turgido, disco carneo elevato. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 64. *t.* 22. *f.* B. *Fries syst.* 2. *p.* 91.
Hab. in ramis dejectis putrescentibus Pini sylvestris.
Praecedentibus durior et magis valide fasciculatim per corticem erumpens, lineas paucas longa, margine discolori quasi calycino singularis.

2112. PEZIZA *flammea:* e conceptaculo nigricante erumpens firma subglobosa unicolor flammeo-rubiginosa strigoso-villosa. *Albert. et Schwein. p.* 319. *t.* 11. *f.* 7. *Fries syst.* 2. *p.* 96.

Hab. in ligno denudato indurato Pyri Mali etiam Upsaliæ.

Ut ex ipso ligno maxime duro enata ita et ipsa ceteris firmior. Constare videtur strato triplici: extimo nigro ligni, medio fulvescente villum gignente et intimo albidiore disci; sed interdum extimum magis obliteratum ut versus n. 2110. recedat, praecipue cum in superficie interna non radiante ligni sedeat.

2113. PEZIZA *strigosa:* sessili-adnata applanata nigra strigosa disco dilutiori. *Fries obs.* 2. *p.* 304. *syst* 2. *p.* 101. *exsicc. n.* 156.

Hab. in culmis dejectis graminum.

Minima vix lineam lata, setis nigris divergentibus diametrum totius disci saepe longis eximie radiata.

2114. PEZIZA *Rosæ:* sessili-innata subcoriacea concava subtomentosa spadicea, subiculo tomentoso concolore. *Pers. obs.* 2. *p.* 82. *Fries syst.* 2. *p.* 109. *exs. n.* 252.

Hab. in epidermide ramorum aridorum Rosarum.

Subiculum late effundit, sed cupulae vix semilineam latae.

2115. PEZIZA *fusca:* cupulis sessili-innatis membranaceis concavis fuscis demum explanatis cinereis, subiculo rugoso tomentoso fusco. *Pers. obs.* 2. *p.* 82. *Fries syst.* 2. *p.* 109. *exsicc. n.* 292.

Hab. in epidermide ramorum aridorum Pruni etc.

Subiculum crassius quam in praecedente, sed cupulae tenuiores.

2116. PEZIZA *pinicola:* obovata extus rugoso-radiata sulcataque fusco-nigricans, margine inflexo convergenter fimbriato, disco expallente. *Fries syst.* 2. *p.* 113. *exs. n.* 162. (Phacid. fibrosum) *et n.* 294. (Pez. farinacea β).

Hab. in cortice Pini sylvestris passim.

Cupulae in cortice juniore magis aggregatae minores, in adultiore solitariae et majores vix tamen lineam latae. Cenangio ferruginoso forsan nimium affinis.

2117. PEZIZA *firma:* stipite subfiliformi deorsum attenuato nigrescenteque flexuoso, cupula infundibuliformi demum dilatata dilute fusca. *Pers. syn. p.* 658. *Fries syst.* 2. *p.* 117. *Bolt. fung. t.* 105. *f.* 1.

Hab. in cortice squamoso ramorum dejectorum Betulæ.

E rimis et stratis corticis fusci exit stipitibus interdum plus quam unciam longis, sed cupulis triplo angustioribus.

2118. PEZIZA *virgultorum:* stipite subfiliformi flexuoso, cupula fuscescente infundibuliformi. *Fl. Dan. t.* 1016. *f.* 2. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 53. *t.* 19. *f.* A. (O. fungoides). *Fries syst.* 2. *p.* 118. *Swartz l. c. p.* 103. (fructigena).

Hab. in ramulis delapsis Amentacearum, rarius in glandibus Quercus, strobilis Alni etc.

Praecedenti valde similis et forsan nimium affinis, vix nisi tenuitate et colore dilutiore ab illa differens.

2119. PEZIZA *lutescens:* lutescens minor, stipite brevi subcylindrico, cupula hypocrateriformi orbiculari. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 30. *t.* 9. *f.* C. *Fries syst.* 2. *p.* 120.

Hab. in ramis abietinis dejectis rarius.

Ex minoribus vix linea altior et latior.

2120. PEZIZA *coronata:* pallescens, stipite cylindraceo, cupula concava margine dentibus setaceis coronata. *Swartz l. c. p.* 103. *Fries syst.* 2. *p.* 120. (*Flor. Dan. t.* 1016. *f.* 5. *Bolton t.* 106. *f.* 2. lignatilis).

Hab. ad caules delapsos herbarum ex. gr. Urticæ, vel in ramis Betulæ.

Stipes 1-2 lin. longus, cupula lineam lata: dentibus primum conniventibus dein erectis.

2121. PEZIZA *bryophila:* stipite setiformi albescente, cupula infundibuliformi pallida rosellave. *Fries syst.* 2. *p.* 119. *Flor. Dan. t.* 1016. *f.* 1.

β. pyriformis: *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 32. *t.* 10. *f.* A.

Hab. in alis muscorum Bryoideorum præsertim Finmarkiæ frequenter, æstivalis.

Capsulam Bryi mutatam fere refert cupula lineam unam non lata in stipite circiter tres lineas longo. Tota subpellucida est. Ceterum propius ad terram enata latior (ut in Fl. Dan.),

sed altius in musco tenuiori orta angustior (ut in fig. Hedwigii) evadere videtur.

2122. PEZIZA *albidula:* albida tenella, stipite filiformi sursum incrassato, cupula demum explanata integerrima margine obtusiusculo. *Hedwig st. cr.* 2. *p.* 30. *t.* 9. *f.* B.
P. cyathoidea *Fries syst.* 2. *p.* 124.
Hab. in caulibus herbarum et culmis segetum putrescentibus passim.
Stipes vix bilinearis, cupula lineam lata.

2123. PEZIZA *Phiala:* stipite brevi attenuato lævi, cupula cyathiformi integerrima sordide flavescente disco subspadiceo. *Flor. Dan. t.* 1078. *f.* 2. *Fries syst.* 2. *p.* 129.
Hab. in ramis putridis Alni incanæ ad Tromsö Nordlandiæ alibique.
Majuscula, circiter duas lineas alta et tres lata.

2124. PEZIZA *æruginosa:* æruginosa, stipite brevi, cupula turbinata expansa subflexuosa: disco albicante. *Pers. syn. p.* 617. *Flor. Dan. t.* 534. *f.* 2. (Helvella). *Fries syst.* 2. *p.* 130. *obs.* 2. *p.* 237. *Swartz l. c. p.* 104.
Hab. in ligno putrescente Quercus, Betulæ etc.
Paucas lineas alta, difformis et hinc ad varia genera relata; sed facile dignoscitur aerugine lucente, qua lignum imbuit, unde Smolandis *Ugglevea,* quod a Bysso olim derivavit Linnæus fl. sv. n. 1186.

2125. PEZIZA *citrina:* extus citrina, stipite obconico crasso, cupula plano-concava undulata: disco flavo. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 28. *t.* 8. *f.* B. *Fries syst.* 2. *p.* 151.
Hab. in lignis denudatis putrescentibus Betulæ, Quercus etc.
Substantia fere ceracea firmula et formam et colores exsiccatione conservans. Altitudo et latitudo circiter lineae.

2126. PEZIZA *herbarum:* subceracea alba subsessilis, cupulis plano-convexis adpressis. *Pers. syn. p.* 664. *Fries syst.* 2. *p.* 156. *exsicc. n.* 251.
Hab. ad caules Urticæ etc.
Cupula vix lineam lata.

2127. PEZIZA *cinerea:* sessili adnata mollis scutellata cinerea, margine integerrimo albidiore. *Sowerb. fung. t.* 64. *Fries syst.* 2. *p.* 142.
Hab. ad ramos putrescentes in sylvis ubique.
Cupulae demum duas lineas latae evadunt.

2128. PEZIZA *lacustris:* sessilis applanata ceraceo-mollis fuligineo-nigricans. *Fries syst.* 2. *p.* 143. *exsicc. n.* 175.
Hab. in culmis Scirpi lacustris natantibus ad lacus sylvestres.
Vix linea dimidia unquam latior.

2129. PEZIZA *Lecideola:* sessili-adnata minuta subcornea concava nigra crusta cinerascente insidens. *Fries syst.* 2. *p.* 151. *obs.* 1. *p.* 166. *t.* 4. *f.* 2.
Hab. in lignis denudatis etc. frequenter.
Vix puncto major est, sed perennis.

2130. PEZIZA *compressa:* sessilis tenuis nigerrima exsiccata compressa conchæformis disco planiusculo. *Fries syst.* 2. *p.* 152.
Hab. in lignis durioribus nudis, perennis. Etiam Upsaliæ in Pyro Malo lecta.
Nudis oculis forma punctorum vix discernibilis, sed sub lente valde regularis et uniformis elliptica: directione ex fibris ligni minime pendente.

2131. PEZIZA *acicularis:* candida glabra, stipite aciculari subramoso, capitulo convexo. *Fries syst.* 2. *p.* 156. *Swartz l. c. p.* 16. (Helotium).
Helv. agariciformis *Bolton fung. t.* 98 *f.* 1. *Sowerb. fung. t.* 57.
Hab. in truncis cavis putrescentibus Quercus passim.
Gregaria et hinc etiam passim inferne ramosa, tenax et diu persistens. Stipes interdum unciam longus; capitulo 1-2 lin. lato.

499. PATELLARIA.

Fries syst. 2. *p.* 158.

Receptaculum patelliforme (Lecideæ) semper apertum marginatum: superficie fructificante continua, ob theculas connatas, nullis paraphysibus interstinctas, seminula ejicientes. — *Fungillus lentus Pezizam denique nimium carbonaceam referens.*

2152. PATELLARIA *atrata:* applanata nigra, margine tumido, disco subpruinoso. *Fries l. c. p.* 160. *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 61. *t.* 21. *f.* A. (Lichen).
Hab. ad ligna et cortices emortuos arborum frequenter.
Perennis est et demum duritie non tantum omnibus Pezizoideis praevalet, sed etiam Lecideis. Patellulae circiter lineam latae.

500. ASCOBOLUS.

Pers. disp. meth. p. 35. *Fries syst.* 2. *p.* 161. Octosporæ spec. *Hedw.*

Receptaculum orbiculatum submarginatum: disco demum convexo ob theculas super paraphysibus denique elongatas, liberas, nudas, sæpe elastice dissilientes furfurisque instar dilabentes: seminulis nigris (fere ut Agarici coprini). — *Fungillus inter Pezizoideos maxime mollis et laxus, arrhizus, post paucos tantum dies se dissolvens et disparens.*

2153. ASCOBOLUS *furfuraceus:* fusco-virescens externe furfuraceus. *Pers. syn. p.* 676. *Fries syst.* 2. *p.* 163. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1812. *p.* 107.
Pez. stercoraria *Sowerb. fung. t.* 18. *Bolton. t.* 109. *f.* 2. (fusca).
(β minor: O. porphyrospora *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 25. *t.* 7. *f.* A.)?
Hab. in fimo bovino frequenter (β in equino).
Cupulae 1-2 lin. latae per se virescentes, sed demum theculis nigrescentibus emersis obfuscatae.

501. BULGARIA.

Fries syst. 2. *p.* 166. Octosporæ elasticæ *Hedw.*

Receptaculum orbiculatum marginatum subtus ventricoso-turbinatum intusque gelatinosum: membrana fructificans inter paraphyses persistentes theculas elasticas emittens. — *Fungi substantia magis quam in Pezizis p. s. d. tremelloso-gelatinosa elastica crassa: arrhiza terrestri in spec.* 1, *sed lignicola in ceteris.*

2154. BULGARIA *globosa:* umbrina, subtus globoso-ventricosa cavaque demum rugosa, disco plano. *Fries l. c.* — Lycoperdon truncatum *Linn. syst. veg. ed. Murr. p.* 981. *Hall Vet. Ac. H.* 1812. *p.* 1. *t.* 1. (Pez. Burcardia).

Hab. ad terram argillaceam supra muscos et folia delapsa in pinetis humidis Sveciæ mediæ prope Mälaren, ut ad Vesterås in Björnön, juxta Upsala, et ad oras Sudermanniæ.

Fungus saepe magnitudinem pugni attingens, arrhizus.

2135. BULGARIA *inquinans:* turbinata firma, extus rugulosa furfuracea umbrina, disco planiusculo nigricante. *Fries l. c. p.* 167. *Aspegren bleking. p.* 95. — *Pers. syn. p.* 631. (Peziza). *Swartz l. c. p.* 18. Pez. infundibulum *Hoffm. veg. cr.* 2. *p.* 22. *t.* 6 *f.* 2. Octosp. elastica *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 23. *t* 6. *f.* E. Pez. polymorpha *Flor. Dan. t.* 464. *Müller Vet. Ac. Handl.* 1762. *p.* 105-115. *t.* 3. (Limsvamp).

Hab. e ligno erumpens in caudicibus Quercus et Fagi.

Circiter unciam altus latusque, primum velo saepe quinquelaciniato clausus, intus solidus eximie gelatinoso-elasticus.

2136. BULGARIA *sarcoides:* polymorpha firmula incarnato-rubra, extus demum subvenosa, disco excavato. *Fries l. c. p.* 168. *Pers. syn. p.* 633. (Peziza). *Jacqu. misc.* 2. *p.* 378. *t.* 22. (Lichen!). *Fl. Dan. t.* 1017. *f.* 1. (P. carnosa) *et f.* 2. (P. turbinata). *Hedw. st. cr.* 2. *p.* 26. *t.* 7. *f.* B. (Oct. carnea). *Bolton t.* 101. *f.* 2. (max. evolut.).

Hab. in truncis putrescentibus Qvercus, Sorbi etc. passim.

Plerumque scutelliformis 2-3 lin. lata marginibus primum plicato-inflexis ut in praecedente, sed interdum (ut in fig. Bolt.) uncialis difformis, semper tamen colore et substantia gelatinosa dignoscitur.

502. DITIOLA.

Fries syst. 2 p. 169.

Receptaculum orbiculatum planiusculum, nunquam clausum submarginatum: disco primum tenui dein gelatinose tumente et se corrugando deliquescente. — *Fungillus primum tuberculiformis, dein pezizoideus, sed stipite crasso suberoso perenni (quamvis non reviviscente) et fructificatione fere Tubercularicæ.*

2137. DITIOLA *radicata:* stipite obconico tenuissime albo-tomentoso, disco planiusculo aureo. *Fries l. c.*

Alb. et Schwein. p. 548. *t.* 8. *f.* 6. (Helotium).
Leotia tuberculata *Fl. Dan. t.* 1378. *f.* 2.
Hab. e ligno etiam fabrefacto Pini sylvestrris erumpens ubique.

Longe radicata e vasis vel septis radiantibus ligni provenit et instar clavellorum infixorum firmiter sedet, interdum lineas duas extra lignum prominens: disco demum fere ejusdem mensurae latitudinis. Quin radiculâ suâ lignum distendente ad destructionem ejusdem multum conferat, nullum est dubium.

503. TYMPANIS.

Tode fung. meg 1. *p.* 23. *Fries syst.* 2. *p.* 173. Pezizæ spec. *Auct.*

Receptaculum cyathiforme obtuse marginatum subcorneum; membrana seminulifera fatiscente. — *Fungilli duri nigrescentes: rarius simplices per epidermidem erumpentes ut spec. prim., plerumque compositi in cortice nidulantes more Sphæriarum plurimarum.*

2138. TYMPANIS *Frangulæ:* simplex turbinato-truncata nigricans, disco umbrino marginem obliterante. *Fries l. c. exsicc. n.* 102. *Aspegren bleking. p.* 96.
Hab. in cortice ramorum exsiccatorum Frangulæ.
Lineam vix lata.

2139. TYMPANIS *conspersa:* cæspitosa, cupulis elevatis medio impressis demum undique albo-pulverulentis. *Fries syst.* 2. *p.* 175. *exsicc. n.* 12 *et* 171. Pez. conglomerata *Wahlenb. lapp. n.* 1083.
Hab. in ramis emortuis Sorbi, Alni incanæ etc. ubique.

Caespes saepe duas lineas latus, sed cupulae singulae fere quadrantem lineae tantum emetiuntur.

2140. TYMPANIS *saligna:* connata subelongata marginata nitidule atra, cupulis subimmersis. *Tode l. c. t.* 4. *f.* 37. *Fries syst.* 2. *p.* 176.
Hab. in ramis emortuis Salicum ex. gr. capreæ Lapponiæ raro.

Tota fere uniformis interdum lineas aliquot emetiens, cupulis valde inconspicuis.

504. CENANGIUM.

Fries syst. 2. p. 177.

Receptaculum plerumque compressum, ideoque diu clausum permanens, demum discum arescentem aperiens; marginibus semper valde involutis. — *Fungilli coriaceo-aridi, plerumque fasciculatim e cortice erumpentes.*

2141. CENANGIUM *ferruginosum:* gregarium rugoso-pruinosum cervinum, disco demum aperto lineari lutescente. *Fries syst.* 2. *p.* 187. *exsicc. n.* 292. *Aspegren bleking. p.* 96.

Hab. in cortice juniore adhuc virescente Pini sylvestris passim.

Circiter lineam et altum et latum.

2142. CENANGIUM *pinastri:* varium rugosum atronitens, disco albescente vel oblongato (marginibus involutis) vel subrotundo (marginibus in frustulas dilabentibus). *Fries syst.* 2. *p.* 184. *exsicc. n.* 55.

Pez. Hysterium *Wahlenb. lapp. n.* 1082.

Hab. in cortice abiegno frustuloso.

Hujus cupulae minus elevatae, saepius orbiculares, semilinea parum latiores.

2143. CENANGIUM *quercinum:* adnatum lineare flexuosum pruinosum cinerascens, disco demum aperto pallido. *Fries syst.* 2. *p.* 189. *exsicc. n.* 130. *Pers. syn. p.* 100. (Hysterium).

Hab. in ramis Quercus nuper emortuis frequenter.

Primum vermiculi instar sub epidermide serpit, aliquot lineas longum; labiis elevatis aridis; disco demum vix semilineam lato. Ad genus insequens accedit.

505. STICTIS.

Pers. obs. 2. p. 73. Fries syst. 2. p. 191.

Receptaculum vix ullum, sed membrana fructificans immersa cortici vel ligno, per se marcescens. — *Fungilli, ut videtur, orti a succo per vasa radiantia exsudante.*

2144. STICTIS *radiata:* orbicularis, limbo niveo sublacero pulverulento, disco minore virescente. *Pers.*

syn. p. 674. *Swartz Vet. Ac. H.* 1812. *p.* 107 (Peziza). *Fries syst.* 2. *p.* 194. — *Wahlenb. lapp. n.* 1084.

Hab. in ipso cortice denudato molli Salicum etc.

Vix semilinea latior, initio orta e vesicula in septis radiantibus corticis constituta.

2145. STICTIS *parallela:* striæformis rufescens in siccis nigra. *Fries syst.* 2. *p.* 197. *exsicc. n.* 95. *Wahlenb. lapp. n.* 1012. (Hysterium).

Hab. in lignis denudatis lævibus præsertim Juniperi.

Striae saepe ultra lineam longae, sed tenuissimae, exitum septorum radiantium ligni optime denotantes et tegentes.

2146. STICTIS *versicolor:* suboblonga, margine elevato, disco ex albo fuscoque vario. *Fries l. c. exsicc. n.* 276. *Aspegren bleking. p.* 96.

Hab. in lignis arborum frondosarum.

Margine evidentiore et magis elevato ad praecedentis generis ultimam speciem quodammodo revertitur. Itaque quodcunque septum radians ligni non insignit ut praecedens.

506. AURICULARIA.

Link in Berlin. Mag. 1809. *p.* 42. *et* 1816. *p.* 45 Exidia *Fries syst.* 2. *p.* 220.

Receptaculum subgelatinosum horizontale subfoliaceum, supra tantum fructificans papillis duriusculis. — *Fungi plerumque solitarii, majores, lignatiles, serotini, minus persistentes, exsiccati membranacei, minus reviviscentes quam Tremellæ.*

2147. AURICULARIA *Judæ:* sessilis concava flexuosa venoso-plicata olivaceo-cinerea subtomentosa. *Martius erl. p.* 459. *Fries syst.* 2. *p.* 221. (Exidia). Tremella Auricula *Linn. svec. n.* 1157. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1625. *Bolton fung. t.* 107.

Hab. ad truncos Sambuci regionum meridionalium rarius.

Latitudinem trium unciarum interdum attingit.

2148. AURICULARIA *Sagarum:* stipite brevissimo excentrico obliquo, limbo repando subtus punctato-scabro fusco-nigrescente. *Retz. Vet. Ac. H.* 1769. *p.* 249. (Tremella). *Fries syst.* 2. *p.* 223. (Ex. recisa). *Aspegren bleking. p.* 96.

Hab. ad ramos putrescentes Salicum rarius.

Latitudo ½ - 1 unciae. Humida valde turget.

2149. AURICULARIA *glandulosa:* effusa subapplanata crassa undulata subtus cinerea subtomentosa supra papillis conicis spiculosa. *Fries syst.* 2. *p.* 224. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 57. *t.* 8. *f.* 1. (Trem. arborea).
Hab. ad truncos et ramos.
Maxime varia formâ et magnitudine.

507. TREMELLA.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1669. Tremelloidea *Link B. Mag. 7. p. 33. gen. 12–14.*
Receptaculum gelatinosum subpellucidum lobatum, utrinque simile fructificansque læve: seminulis dispersis (vel innatis *in spec. ult.*) sine ullis theculis. — *Fungi præ ceteris tremulantes, sed basi compactiore intra corticem radicantes et se nutrientes, forma varia interdum cylindrica in spec. ult.*

2150. TREMELLA *fimbriata:* cæspitosa erecta purpureo-nigrescens, lobis flaccidis incisis margine undulato-fimbriatis. *Fries syst.* 2. *p.* 212. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 32. *t.* 7. *f* 1. (undulata).
Hab. ad truncos et ramos putridos præsertim Alni locis humidis.
Altitudo 3-4 unc., laciniis latitudine digiti minoris, crassitie lineae. Post exsiccationem in aqua reviviscit et colorem citrinum edit.

2151. TREMELLA *mesenterica:* expansa gyroso-plicata pulposa aurea demum seminulis concoloribus inquinans. *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1769. *p* 249. *Jacqu. misc.* 1. *p.* 142. *t.* 13. *Fries syst.* 2. *p.* 214. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 31. *t.* 6. *f.* 4. (auriformis) *et p.* 55 *t.* 7. *f.* 3. (mesenterica).
Hab. in ramis arborum frondosarum delapsis frequenter.
Magnitudine et forma maxime varians ut ex figg. Hoffm. patet.

2152. TREMELLA *juniperina:* cæspitosa digitata fulva, ramis subcylindricis apice fimbriatis. *Linn. svec. n.* 1135. *Web. gött.* 277. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 33. *t.* 7. *f.* 2. (digitata). — Gymnosporangium clavariæforme (et conicum?) *Decand. fl fr.* 2. *p.* 217. — Podisoma *Link B. Mag.* 3. *p.* 9. — Puccinia *Pers. syn. p.* 228.
Hab. in Juniperis langvescentibus primo vere ubique, frequentissima Uplandiæ, Lapponiæ.

Paullo ultra unciam longa, ramis pennae crassitudinis, ob structuram farctam non parum rigidulis.

508. DACRYMYCES.

Nees syst. p. 89. Fries syst. 2. p. 228.

Receptaculum subglobosum carnoso-gelatinosum intus structura radiosum, demum pellucidum subdeliquescens — *Fungillus e lignis lacrymæ instar exsudans.*

2153. DACRYMYCES *stillatus:* demum plicatus luteo-aurantiacus. *Nees l. c. Fries l. c.* — Trem. deliquescens *Decand. fl. fr.* 2. *p.* 91. — Trem. abietina *Persoon obs.* 1. *p.* 78.

Hab. in lignis nudis præsertim Abietis, apud nos ad sepimenta usitatis, ubique.

E vasis radiantibus ligni erumpit fere Ditiolae in modum, sed omnino sessilis est, plerumque lineam tantum latus nisi per plures annos vere reviviscens magis increscat.

509. AGYRIUM.

Fries syst. 2. p. 231.

Receptaculum subglobosum ceraceum læve, intus structura radiosum: superficie demum fatiscente. — *Fungilli minimi punctiformes e lignorum vasis radiantibus exsudantes.*

2154. AGYRIUM *rufum:* sphæricum compactum incarnatum demum rufo-fuscum. *Fries l. c. exsicc. n.* 252. — in ligno abietino. — Præcedentis forsan status maxime diminutus et marcescens.

2155. AGYRIUM *cæsium:* sphæricum subliberum albido-cæsium *l. c. exsicc. n.* 279. — in ligno Juniperi.

510. SCLEROTIUM.

Tode meg. p. 2. Fries syst. 2. p. 246.

Subrotundum subcartilagineum superficiale et arrhizum: seminulis subinde pruinæ instar emergentibus. — *Fungilli minimi a succo ex herbis vel arborum partibus annuis exsudante orti, ne dicam constituti.*

2156. SCLEROTIUM *Brassicæ (semen):* globosum liberum ex albido spadiceum demum corrugatum nigrescens, intus album. *Fries l. c. exsicc. n.* 68. *Bolton t.* 119. *f.* 2. (Sphæria). *Bergii Vet. Ac. H.* 1765 *p.* 208. (Lycoperdon).

β. varium: subadnatum demum nigrum. *Fries l. c. p.* 257. *Hoffm. veg. cr.* 2. *p.* 18 *t.* 5. *f.* 2. (Elvella). Hab. in Brassica *α* supra terram *β* sub terra

Supra terram 1-2 lin. latum, sub terra ut magis difforme etiam latius, e quo varietates luxuriantes Brassicae derivare voluerunt creduli Hortulani, hinc famosum, Svecis *Kålfrö*.

2157. SCLEROTIUM *durum:* adnatum depressum oblongum difformeque nigrum intus albidum. *Fries l. c. exsicc. n.* 218. — in caulibus Umbellatarum etc. — ubi in formam Stictis fere redigitur.

2158. SCLEROTIUM *populinum:* — *salicinum:* *etc.* innata subangulata nigrescentia — sub epidermide horum foliorum orta.

511. RHIZOCTONIA.

Decand. fl. fr. 2. *p.* 271. *Fries syst.* 2. *p.* 265.

Difformis concrescens, cartilagineo-carnosa, intus contextu et colore similis, fibris radicalibus conjuncta et adnata. — *Fungilli in radicibus plantarum subterranei.*

2159. RHIZOCTONIA *Muscorum:* luteo-fulva, filamentis expansis pallidis. *Fries l. c. exsicc. n.* 174. Hab. ad radices Schistidii ciliati rarius.

512. SPERMOEDIA.

Fries syst. 2. *p.* 268.

Varia rotundata carnoso-farinacea, cortice ex membrana seminum squamuloso vel subpruinoso. — *Fungillus e seminibus Cerealium morbo oedematoso mutatis oriundus.*

2160 SPERMOEDIA *Clavus:* corniformis extus purpureo-nigra *l. c.* — loco seminum Secalis, quibus duplo triplove major ideoque Svecis *Mjölökor*, sed virosa et sæpe noxia, fere ut multi alii fungi plus minus evoluti.

513. PHALLUS.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1677.

Volva duplex: exteriore lævi ovata apice sine nexu clausa; interiore ad aperturam pilei adnexa. Annulus subradicalis reliquias pilei sistens. Stipes cellulo-

sus cito elongatus. Pileus s. caput campanulatus extus maxime lacunosus et mucosus, apice gerens labium membranaceum cum volva interiore primo continuum, intra quod cavitas tenui membranulâ clausa gelatinam forsan etiam seminuliferam edens. Mucus seminalis tum exterioris superficiei tum cavitatis demum in semina graniformia, forsan lenticulis N i d u l a r i æ analoga, confluere videtur. — *Fungus in sua subdivisione mire evolutus, perfectissimos fungos stipite simulans, cujus elongatione cavitas ejus quod ad maximam partem invertitur, et sic quasi pileus extus supraque seminulifer formatur.*

2161. PHALLUS *impudicus:* pileo conico reticulato inferne nudo patuloque. *Linn. svec. n.* 1261. *Rothman Vet. Ac. Handl.* 1742. *p.* 20. *t.* 2. *f.* 1. *Fl. Dan. t.* 175. *Bolton t.* 92. *Fries syst.* 2. *p.* 285.
Hab. in lucis amoenissimis regionis Fagi frequenter, dein rarius usque ad Upsaliam, fine æstatis jove adhuc tonante obvius.

Odorem fere cadaverinum longe lateque spargit. Radix longa chordaeformis. Fungus volvis adhuc non ruptis ovum gallinaceum et colore et magnitudine refert, e quo dein subito surgit stipes spithamaeus pollice crassior; pileo denique bis unciam alto mucorem virescentem foetidissimum dispergente.

514. RHIZOPOGON.

Fries symb. gast. p. 5. syst. 2. p. 293.

Saccus flocculosus basi fibrillis reticulatis radicatus, demum irregulariter rumpens intus venis anastomosantibus, quibus adhærent sacculi partiales globosi. — *Fungus tuberibus Solani similis, S c l e r o d e r m a t i magis quam T u b e r i cuidam cibario affinis.*

2162. RHIZOPOGON *luteolus:* adpresse fibrillosus laxe radicans. *ll. cc.*
Hab. in pinetis sabulosis Sveciæ meridionalis ex. gr. ad Älmås paroeciæ Femsjö S m o l a n d i æ o c c i d e n t a l i s.

Magnitudine ut plurimum nucis Juglandis. Odor et sapor nauseosus.

515. NIDULARIA.

Bull ch p 69. Fries syst. 2. p. 297. Peziza lentifera *Linn. spec.*

Saccus coriaceus cyathiformis superne se regulariter aperiens, intus primum refertus pulpa gelatinosa, nexum sacculorum (interdum etiam tegmen eosdem conservans) demum efficiente. Sacculi lenticulares quasi funiculo umbilicali tantum adnexi vel liberi. — *Fungilli sacculos quasi ova in nido foventes, in lignis putrescentibus præcipue sedentes, autumno optime obvii, maxime inter se affines.*

2163. NIDULARIA *striata:* obconica hirsuta spadicea interne striata. *Bull. l. c. t.* 40. *f.* 1. *Sowerb. fung. t.* 29. *Fries l. c. Bolton t.* 102. *f.* 2. *Hoffman veg. cr.* 2. *p.* 33. *t.* 8. *f.* 3.

Hab. ad terram juxta ligna putrida præsertim hortorum rarius.

Major sequentibus, interdum plus quam semiunciam alta, supra insertionem lentium (sacculorum) intus striata. Lentes vix lineam latae, pallescentes.

2164. NIDULARIA *campanulata:* campanulata villosa cinereo-fusca intus lævissima plumbea. *Sowerb. fung. t.* 28. *Fries l. c. Fl. Dan. t.* 780. *f.* 1. *et* 469. *f.* 1. *Hoffm. l. c. p* 31. *t.* 8. *f.* 2. (Cyathus lævis). *Roth catal* 1. *p.* 236. (nitidus). — Pez. lentifera *Linn. svec. n.* 1271.

Hab. in lignis præcipue sepimentorum frequenter.

Praecedente brevior sed latior, et lentes quoque majores quam in ceteris ultra lineam latae fundo adfixae etiam plumbei coloris. Attamen minor et angustior varietas γ agrestis Fries l. c. etiam occurrit ad sequentem valde accedens.

2165. NIDULARIA *Crucibulum:* turbinato-cylindrica subtomentosa ochracea interne farcta materia alutacea. *Fries l. c. Hoffm. l. c. p.* 29. *t.* 8. *f.* 1. *Aspegren blek. p.* 97. *Sowerb. fung. t.* 30. (lævis). *Flor. Dan. t.* 105.

Hab. in lignis putredine maxime dissolutis humidis rarius.

Radice magis caret quam praecedentes, sed superficie tota tomentosa enutritur, saepe conglomerata, vix tres lineas alta, intus pulpa pallescente magis repleta.

2166. NIDULARIA *farcta:* globosa superne membranacea fusca intus repleta liquore viscido sacculos liberos continente. *Roth catalect.* 1. *p.* 257. *t.* 7. *f.* 2. *Fries symb. gast. p.* 5.

Hab. in lignis aqua sæpe obtectis saltem Smolandiæ.

Magnitudine plerumque pisi, tam tenuis, ut sacculi interiores promineant. Sic nexum cum genere sequente ostendit.

516. MYRIOCOCCUM.

Fries syst. 2. *p.* 304.

Materia floccoso-furfuracea globulum difformem constituens et granula seminalia continens. — *Fungillus cito evanescens fere mucoroideus.*

2167. MYRIOCOCCUM *præcox: Fries exsicc. n.* 70.

Hab. ad ligna variasque quisquilias circa Femsjö Smolandiæ, primo vere.

Fungillus totus tuberculiformis 2-4 lin. latus; materia flocculosa alba, e qua undique prominent granula punctiformia solida seminulis referta e coccineo fusca.

517. PILOBOLUS.

Tode meg p. 41. *Fries syst.* 2. *p.* 308. *Link Berl. Mag.* 3. *p.* 32. *t.* 2. *f.* 50.

Stipes loco sacci exterioris elevans sacculum seminalem demum evanescentem: seminulis in massa byssacea contentis. — *Fungillus mucoroideus fimicolus fugacissimus, sed nucleo duriore fere sequentis generis.*

2168. PILOBOLUS *crystallinus:* stipite obovato deorsum attenuato, sacculo viridi-nigrescente. *Tode l. c. Fries l. c. Bolton t.* 135. *f.* 1. (Muc. urc.). *Flor. Dan. t.* 1080.

Hab. in fimo equino etc.

Primum totus Sphærulam lutescentem refert, dein post aliquot horas stipes elevatur hyalinus (s. crystallinus) ante diem caducus, sed globulum vel vesiculam relinquens indurescentem. Fungillus totus vix linea altior.

518. SPHÆROBOLUS.

Tode meg. p. 43. *Fries syst.* 2. *p.* 309.

Saccus exterior sessilis subimmersus demum stellatim se findens: membrana interior a fundo se solvens ad

apices elevans sacculum globosum eâdem quasi calyculatum procidentem. — *Fungillus totus sphæricus.*

2169. SPHÆROBOLUS *stellatus:* sacco flavo-pallescente, ore regulariter stellato. *ll. cc. Wahlenb. ups. n.* 1123. — Lyc. Carpobolus *Linn. faun. svec. app. p.* 558. *Sowerb. fung. t.* 22. *Flor. Dan. t.* 865.

Hab. in terra ligno putrido orta præcipue intra caudices cavos passim.

Gregatim crescit initio quasi bysso albida obtectus, qua evanescente prodeunt sphaerulae saccorum lineam tantum latae satis coriaceae, demum se findentes in lacinias 5-7 aequales acutas nucleum album intus farinaceum dicto modo elevantes. Per aliquot menses durare videtur.

519. SPHÆRIA.

Gen. pl. ed. Schr. n. 1684. Fries syst. 2. p. 319.

Sacculus subglobosus (sphærula) plerumque induratus nigerque clausus, denique ostiolo se evacuans: theculis inclusis convergentibus demumque cum seminulis diffluentibus et gelatinæ instar se evacuantibus. — *Fungus ipse quam maxime varians, adeo ut denique omnino desideretur, superstitibus solis sphærulis iisque denique minimis (hinc genus a sphærulis semper evidentibus et solis constantibus dictum):* 1) Carnoso-suberosæ: *materia alba fungi quod ad majorem partem constitutæ n.* 70-74. 2) Compositæ *quod ad majorem partem sphærulis, stromate tamen bene definito circumdatis n.* 75-93. 3) Connexæ *tantum basi vel crusta effusa communi magis superficiali et nullam maculam definitam ad lignum relinquente n.* 194-202. 4) Simplices: *sphærulis a se invicem omnino separatis n.* 203-220. — *quas divisiones ulterius subdivisas vide infra s. l.*

1) Carnoso-suberosæ: *materia alba sphærulas excipiente quod ad maximam partem constitutæ* a) *marginatæ dilatatæque, extus nigræ, supra disco albo sphærulas gerente n.* 70. 71. b) *elongatæ subcylindricæ, infra sphærulis sub epidermide nigra latentibus præditæ, superne albidiores sterilesque n.* 72-74.

2170. SPHÆRIA *punctata:* stipitata turbinata extus nigra, disco albo plano sphærulis nigro-punctato. *Sowerb. fung. t.* 54. *Fries syst.* 2. *p.* 530. *exsicc. n.* 182. *Wahlenb. ups. n.* 1102. — *Linn. svec. n.* 1275. *Flor. Dan. t.* 288. (Peziza).

Hab. in fimo equino veteriore passim.

Apud nos plerumque brevius stipitata: disco usque ad 5 lineas lato; margine acuto tenui integerrimo non punctato. Substantia interna suberosa tenax albissima.

2171 SPHÆRIA *albo-deusta:* foliaceo-expansa, sublus libera aterrima nitida concentrice rugosa, supra albida demum cinerascens sphærulas per verrucas farinosas emittens. — S. deusta *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 3. *t.* 1. *f.* 2. *Fries syst.* 2. *p.* 345. *exsicc. n.* 261. *Pers. syn. p.* 16. — S. versipellis *Tode meg.* 2. *p.* 55. *t.* 17. *f.* 129.

Hab. in terra prope radices cariosas Fagi regionum meridionalium frequenter, dein ad Fraxinum Upsaliæ raro.

Latissima omnium saepe palmam aequans, substantia coriacea crustaceo-foliacea vix ullibi lineam crassa, intus et ad margines semper albissima, supra demum strato sphaerularum obfuscata. Æstivalis est, nec per hyemem apud nos durans.

2172. SPHÆRIA *hypoxylon:* loriformis palmatim divisa, superne primo albida membranacea, inferne nigra hirta. *Sowerb. fung. t.* 55. *Fries syst.* 2. *p.* 327. *exsicc. n.* 181. *Aspegr. blek. p.* 97. *Bolton fung. t.* 129. (digitata). *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 11. *t.* 3. *f.* 1. (cornuta). — *Linn. svec. n.* 1267. (Clavaria).

Hab. in caudicibus putredine diu corruptis Fagi per regionem fagineam propriam frequenter.

In longitudinem foliaceam magis extensa quam ceterae, Lichenem loriformem primo referens, saepe tres uncias longa; sed dein usque ad medium nigrescit ibique fructifera incrassatur. Lignum radicando penetrat fere ut Fungi perfectiores.

2173. SPHÆRIA *digitata:* oblongo-cylindrica cæspitosa carnoso-suberosa e rufescente atra, apice sterili acuto albescente, stipite glabro. *Ehrh. beitr.* 6. *p.* 7. *Fries l. c. p.* 326. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 17. *t.* 4. *f.* 2. (clavata).

Hab. ad terram juxta Fagos in hortis per eandem regionem ac præcedens.

Eidem etiam valde affinis, sed obesior magis perennans. Adhuc magis crassa et carnosa est S. polymorpha l. c. Sowerb. t. 69., contra vero S. carpophila Fries exsicc. n. 302. longe gracilior subulata, quae formae diversae forsan a loco non parum pendent.

2174. SPHÆRIA *capitata:* stipite cylindraceo flavo demum intus basique nigrescente, capitulo ovato-globoso carnoso badio. *Fries l. c. Fl. Dan. t.* 540. *Bolton t.* 130. (agariciformis).

Hab. in Sclerodermate cervino parasitica, itaque etiam extra regionem Fagi, saltem ad Kinnekulle usque raro.

Hujus forsan varietas tenuior, a fungo profundius latente orta, est S. ophioglossoides Pers. syn. p. 4. Fries exsicc. n. 301.

2) COMPOSITÆ *quod ad majorem partem sphærulis, stromate tamen bene definito plerumque circumdatis, eoque fere a cortice arboris primum facto et in superficie ligni definitâ maculâ utplurimum adfixo;* a) *cupulæformis cavitatem intra discum includens n.* 75 b) *excentrice vel divergenter radiantes n.* 76. 77. c) *supra planum subæquale sphærulis erectis parallelis n.* 78-82. d) *sphærulis convergentibus* *) *circumscriptis stromate atro evidentissimo n.* 83-85. **) *in cortice definite mutato expansis n.* 86-90. ***) *infra epidermidem, sed supra corticem non mutatum, circinantibus n.* 91-93.

2175. SPHÆRIA *repanda:* cupulæformis subtus corrugata, margine repando-lacero erecto separato a disco: sphærulis parallelis supra stratum albescens. *Fries obs.* 1. *p.* 168. *t.* 1. *f.* 5 *syst.* 2. *p.* 346. *exsicc. n.* 1. *Wahlenb. ups. n.* 1103.

Hab. in Sorbi Aucupariæ ligno per corticem erumpens frequenter.

Haec septentrionalis species apud nos cupulas interdum unciam latas sistit, marginibus disruptis lineam altis et crassis.

2176. SPHÆRIA *concentrica:* subglobosa atra stratis concentricis sphærularum radiantium. *Bolton fung.* t. 180. *Wahlenb. lapp.* n. 993. *Fries syst.* 2. p. 331. *exsicc.* n. 141. *Ehrenb. hor. phys. berol.* p. 89. t. 18. f. 8. (Eschscholzii).

Hab. in Betulis præsertim igne adustis per Lapponiam frequenter aliasque regiones subsimiles rarius, sed in meridionalibus provinciis ad Fraxinum etc.

Saltem in Lapponia maximus fungus totius generis interdum pugnum aequans, idque ob perennem suum modum crescendi stratis annuis omnino ut Boleti perennes stratuosi. Substantia interior omnino ligni carbonati, nigrescenti-nitens. An fungi tales stratuosi in summo septentrione optimi propter brevem ibidem et minus siccam aestatem? In australioribus provinciis magis fuscescit et sequenti similior evadit.

2177. SPHÆRIA *fusca:* semiglobosa fusca intus concolor, sphærulis radiantibus: ostiolis umbilicatis. *Pers. ann. bot.* t. 2. f. 3. *syn.* p. 12. *Wahlenb. ups.* n. 1104. *lapp.* n. 994. *Fries syst.* 2. p 332. *exsicc.* n. 42. *Hoffm. veg. cr.* 1. p. 20. t. 5. f. 1. (fragiformis).

Hab. in ramis Coryli Sveciæ temperatioris frequentissime, Alni incanæ regionum septentrionalium.

Pisi minoris magnitudinem vix superat. Ab hac S. fragiformis Fries exsicc. n. 41. extus rubicundior intus magis nigra, magnitudine pisi majoris, in Fagis obvia, forsan loco tantum differt.

2178. SPHÆRIA *mammata:* sphærulis paucis connatis majusculis parallelis superne liberis semiglobosis papillatis. *Wahlenb. lapp.* n. 1003.

β? tenuior. S. lanciformis *Fries syst.* 2. p. 362. *exsicc.* n. 73.

Hab. in ramis Salicis capreæ et Betulæ albæ præsertim Lapponiæ.

Insignis ob sphaerulas majores quam in ceteris, semine Sinapis grandiores, eximie ab initio laeves; quamvis superne separatae, tamen maculam communem circumscriptam in ligno bene efficientes.

2179. SPHÆRIA *stigma:* explanata irregularis circumscripta lævis demum extus intusque nigra, sphærulis parallelis ostiolis eminentibus quadricoccis. *Hoffman veg. cr.* 1. *p.* 7. *t.* 2. *f.* 2. *Fries syst.* 2. *p.* 550. *β exsicc. n.* 46. *Wahlenb. ups. n.* 1107.
S. decorticans *Sowerb. t.* 137.
Hab. præsertim in ramis Betulæ crassitudine digiti vel paullo ultra frequenter.

Mirum in modum effusa (sed bene limitata) corticem totum tenuem in suam substantiam convertens, plures uncias saepe lata, sed semilinea vix unquam crassior. Hinc ramos betulinos longe lateque quasi decorticans vel epidermide sua privans. Quo latior eo plures maculas adhaesionis habet.

2180. SPHÆRIA *quercina:* suborbicularis convexa nigrescens intus subconcolor, ostiolis prominulis tetragonis. *Persoon syn. p.* 24. *t.* 1. *f.* 7. b. *Fries syst.* 2. *p.* 362. *exsicc. n.* 143.
Hab. in ramis Quercus parcius.

Plerumque linea parum latior. Utrum essentialiter ab hac et praecedente differant S. disciformis Hoffman. — Fries exs. n. 71., S. verrucaeformis ib n. 74. aliaeque, mihi incertum videtur.

2181. SPHÆRIA *flavovirens:* inæqualis rugosa nigra intus pulverulenta flavovirensque, sphærularum ostiolis prominulis punctiformibus. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 10. *t.* 2. *f.* 4. *Fries syst.* 2. *p.* 357. *exsicc. n.* 222.
Hab. in ramis Rosarum etc. rarius.

Magnitudine praecedentis, sed singularis virente et pulveraceo stromate.

2182. SPHÆRIA *subcutanea:* explanata irregularis circumscripta, sphærulis parallelis: ostiolis rugosis epidermidem separatim penetrantibus. *Wahlenb. lapp. n.* 1000. *Fries syst.* 2. *p.* 371.
Hab. in ramis Salicis phylicifoliæ Lapponiæ.

Extensione S. stigmati fere similis, sed eàdem crassior: sphaerulis altioribus.

2183. SPHÆRIA *alnifraga:* convergens subrotunda in-

tus cinerea, ostiolis discretis umbilicatis radiatim corrugatis. S. prunastri β Alni *Fries l. c.*

Hab. in ramis Alni glutinosæ saltim Upsaliæ.

Corticem Alni penetrat sine evidenti fractura, sed ob substantiam internam fatiscentem cavitates insignes post se relinquit.

2184. SPHÆRIA *Sorbi:* convergens subrotunda inferne nigra superne cortice intus albido tecta, ostiolis elongatis quinquangulis subcontiguis. *Fries syst.* 2. *p.* 580. *exsicc. n.* 114.

Hab. in ramis Sorbi ubique, etiam Padi Lapponiæ.

Saepe duas lineas lata et unam alta, supra corticem multo magis denudata quam praecedens.

2185. SPHÆRIA *detrusa:* convergens conica intus lutea basi in lignum detrusa, ostiolis elongatis teretibus. *Fries syst.* 2. *p.* 582. *exsicc. n.* 6.

Hab. in ramis siccis Berberidis.

Multo angustior praecedentibus, sub corticem ipsi ligno innata, adeo ut decidens foveolam relinquat. Color interior a cortice quodammodo derivari potest. Ostiola interdum rostrorum longitudinem accipiunt ut in praecedente.

2186. SPHÆRIA *nivea:* conica, stromate albo innato, disco truncato farinaceo niveo, ostiolis subprominulis globosis lævibus atris. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 26. *t.* 6. *f.* 3. *Wahlenb. lapp. n.* 998. *Fries syst.* 2. *p.* 386. *exsicc. n.* 76.

Hab. in cortice Populi ubique.

In pagina inferiore corticis verrucas nigras vix lineam latas efficit. Permultae formae occurrunt huic similes ex. gr. diatrypa Fries exs. n. 79. taleola ib. n. 78.

2187. SPHÆRIA *dissepta:* laxe circumscripta, sphærulis sparsis amplis, ostiolis erumpentibus subjunctis. *Fries syst.* 2. *p.* 392. *exsicc. n.* 224.

Hab. in ramulis Ulmi rarius.

Ad Cytisporas admodum accedit sphaerulis amplis in maculam corticis interioris et extimi ligni suffusam disjunctis vel disseptis, sed nullà substantià stromatis conjunctis.

2188. SPHÆRIA *Pini:* pustulæformis, stromate intus flavido, sphærulis ovatis exiguis, ostiolis exsertis

subglobosis lævibus in discum planum stipatis. *Albert. et Schwein. p.* 20. *t.* 8. *f.* 1. *Fries syst.* 2. *p.* 397. *exsicc. n.* 7.

Hab. sub epidermide Pini sylvestris rarius.

Pustulae epidermidem prominentem efficiunt circiter lineam latae, disco subcaesio; intus sphaerulis minimis numerosissimis. Alia subsimilis est S. Abietis Fries exs. n. 77.

2189. SPHÆRIA *turgida:* pustulæformis confluens, sphærulis globosis contiguis, ostiolis in disco minuto conjunctis convexis obtusis. *Pers. obs.* 1. *p.* 17. *Fries syst.* 2. *p.* 400. *exsicc. n.* 262. (faginea).

Hab. sub epidermide Fagi passim.

Pustula epidermidis multoties latior disco suo fere punctiformi (idque ob corticem tenacem difficile perforandum); sphaerulis magnis numerosis sine stromate vel cortice interjacente.

2190. SPHÆRIA *ambiens:* pustulato-erumpens, sphærulis in ambitu positis longius rostratis, ostiolis subglobosis lævibus discum albidum stromatis ambientibus. *Persoon syn. p.* 44. *Fries syst.* 2. *p* 403. *exsicc. n.* 8. *Wahlenb. lapp. n.* 999. *t.* 30. *f.* 4. (calvula). *Aspegren bleking. p.* 98.

Hab. in cortice Salicis glaucæ Lapponiæ, alibi in Tilia etc.

Stromate albido S. niveae convenit, sed situ sphaerularum inter praecedentes et sequentes fere media. Valde similis S. stilbostomæ Fries exs. n. 145. in corticibus tenacioribus ostiola magis approximata reddentibus.

2191. SPHÆRIA *pulchella:* circinans, sphærulis globosis decumbentibus, rostris longissimis setaceis flexuosis obtusis demum conniventibus. *Pers. syn. p.* 43. *Fries syst.* 2. *p.* 406. *exsicc. n.* 146.

Hab. sub epidermide Betulæ albæ frequenter.

Valde variat: sub epidermide tenuiore minor, brevius rostrata; sub crassiore magis coacervata, rostris sphaerula quadruplo longioribus, copiosioribus.

2192. SPHÆRIA *quaternata:* subcircinans, sphærulis subquaternis decumbentibus, rostris brevibus obtusis lævibus pertusis. *Pers. syn. p.* 45. *t.* 2. *f.* 1. 2. *Fries syst.* 2 *p.* 409. *exsicc. n.* 9.

Hab. sub epidermide Fagi.

Sphaerulae quam in praecedente paullo majores magis fuscae (nec tam atrae).

2193. SPHÆRIA *vestita:* subcircinans, sphærulis confertis globosis flocco mucoso lutescenti-pallido obductis, ostiolis junctis. *Fries syst.* 2. *p.* 410. *exsicc. n.* 230

Hab. sub epidermide Ribis rubri raro.

5) Connexæ *tantum:* a) *sphærulis communi basi insidentibus* *) *parasitice in aliis fungis* (*sphærulis lætius coloratis*) *n.* 94-97. **) *corticolis n.* 98. 99. b) *sphærulis intra crustam supra lignum denudatum effusam* (*nec definite adnatam ut in subdiv. compositarum*) *n.* 200-202.

2194. SPHÆRIA *citrina:* carnosa effusa planiuscula citrina, ostiolis prominulis fuscescentibus. *Pers. syn. p.* 18. *Fries syst.* 2. *p.* 337. *exsicc. n.* 51. *Wahlenb. ups. n.* 1116.

Hab. parasitice in Boletis perennantibus.

Effusa ad latitudinem unciae et ultra, sed semilinea vix crassior utpote sphaerulis minimis (ut in sequentibus) et tamen cirrhos fatiscentes copiosissimos albissimos emittentibus, in quos totum stratum superius fere dissolvitur.

2195. SPHÆRIA *cinnabarina:* cæspitosa, sphærulis liberis globosis corrugatis cinnabarinis demum decoloratis, ostiolis papillæformibus. *Tode meckl.* 2. *p.* 9. *f.* 68. *Fries syst.* 2. *p* 412. *exsicc. n.* 184.

Hab. ad ramos Aceris etc. rarius.

Sphaerulae vix quadrantem lineae latae, conglomeratae in caespites lineam excedentes. Basis eorum concolor et homogenea, plerumque parum eminens et certe propria. Color cinnabarinus in griseum et fuscum abiens, analogus esse videtur Tuberculariae.

2196. SPHÆRIA *coccinea:* coacervata, sphærulis liberis globulosis lævibus coccineis demum disparentibus, ostiolis papillæformibus. *Pers. ic. et descr. t.* 12. *f.* 2. *Fries syst.* 2. *p.* 412. *exsicc. n.* 183.

Hab. in cortice Fagi etc. passim.

Sphaerulae fere minores quam in praecedente, sed acervulae majores et praecipue elevatiores, non unius aetatis et homogeneae, verum juniores supra veteriores obfuscatas positae, unde etiam maculae quasi nudae apparent, ubi nullae sphaerulae novae enatae. Occurrit etiam parasitica ut sequens.

2197. SPHÆRIA *sangvinea:* parasitica mollis, sphærulis minimis inæqualibus lævibus papillatis sangvineis. *Bolt. fung. t.* 121. *Fries syst.* 2. *p.* 453. (cum episphæria ib.). *Wahlenb. lapp. n.* 1004.

Hab. parasitice in aliis Sphæriis compositis sæpius conglomerata in Sorbi, magis dispersa in Stigmate, unde et in nudum corticem evagatur (Fries exs. n. 264.) et tunc omnino simplex (Fries exsicc. n. 265).

Praecedentibus omni modo magis vaga: sphaerulis inaequalis magnitudinis, interdum denique pallescentibus vel exalbidis.

2198. SPHÆRIA *Cucurbitula:* cæspitosa, sphærulis ovato-globosis lævibus aurantiacis, demum collapsis cupulæformibus subastomis. *Tode meckl.* 2. *p.* 38. *f.* 110. *Fries syst.* 2. *p.* 415. *exsicc. n.* 263.

Hab. in rimis turionum fere viventium Abietis raro.

Praecedentibus magnitudine et colore non dissimilis, sed quasi e succo vivo orta magis collabens.

2199. SPHÆRIA *cupularis:* cæspitoso-effusa, sphærulis nigris rugulosis astomis demum collapsis cupulæformibus. *Pers. syn. p.* 53. *t.* 1. *f.* 9. 10. *Fries syst.* 2. *p.* 416. *exsicc. n.* 231.

Hab. in cortice Ulmi, Carpini etc præsertim hortorum.

Sphaerulae maxime scutelliformes, fere dimidiam lineam latae, cum crusta sua nigerrimae.

2200. SPHÆRIA *rubiformis:* pulvinata primum fusco-rubiginosa demum nuda nigra intus subconcolor, sphærulis subglobosis demum mammillatis. *Pers. syn. p.* 9. *ann. bot.* 2. *p.* 20 *t.* 2 *f.* 1.

S. multiformis *Fries obs.* 1. *p.* 169. *t.* 1. *f.* 2. 3. *syst.* 2. *p.* 334. (excl. *β.*) *exsicc. n.* 44.

Hab. ad truncos lignaque denudata putrescentia Betulæ etc. ubique, optima in summa Lapponia.

Plerumque Rubum quendam nigrum acinis insignibus refert, sed in statu juniore pulvere ferrugineo eoque interdum

in crustam fere sequentis effuso tecta est, et denique maxime longaeva luxurians reperitur margine elevato concentrice rugoso (S. peltata Decand. fl. fr. n. 767. S. deusta Wahlenb. lapp. n. 995).

2201. SPHÆRIA *rubiginosa:* late effusa tenuis pulverulente rubiginosa, sphærulis demum prominentibus umbilicatis. *Pers. syn. p.* 11. *Fries syst.* 2. *p.* 540. *exsicc. n.* 142.

Hab. in lignis dejectis durioribus Sorbi, Mali, Quercus etc. passim.

Praecedente multo tenuior utpote tota vix semilineâ crassior, sphaerulis adhuc multoties angustioribus.

2202. SPHÆRIA *serpens:* effuso-serpens tenuis demum confluens lævisque nigra, papillis prominulis. *Pers. syn. p.* 20. *Fries syst.* 2. *p.* 541. *exsicc. n.* 47. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 15. *t.* 5. *f.* 2. (mammif.).

Hab. in lignis dejectis mollioribus Salicum etc. passim.

Praecedenti primo intuitu similis, sed tum crusta tum sphaerulae ita confluentes, ut vix nisi papillulae in superficie laevi conspiciantur. Hinc etiam tota magis limitata quamquam per longitudinem vasorum ligneorum serpens.

4) SIMPLICES: *sphærulis nulla materia communi conjunctis, sed a se invicem liberis* a) *superficialibus* *) *villosis n.* 203. **) *glabris n.* 204-209. b) *subimmersis* *) *materia propria alba plus minus tectis n.* 10-12. **) *nudis n.* 13-15. c) *subinnatis vel sub epidermide foliorum primum ortis n.* 16-20.

2203. SPHÆRIA *hirsuta:* sphærulis subglobosis nigris pilisque concoloribus tectis, ostiolo obsoleto. *Fries syst.* 2. *p.* 449. *Sowerb. t.* 386. *f.* 3.

β. crinita: pilis longioribus prope lignum. *Fries exsicc. n.* 124.

Hab. in lignis exsiccatis sub cortice adhuc non nisi laxius adhærente ex. gr. in Pinu sylvestri; *β* in lignis mollioribus ex. gr. Coryli.

Vix puncto major, sed ob indumentum aterrimum insignis. Aliae canescentes ut S. canescens Fries exsicc. n. 50. et S. ovina ib. n. 149. minus notabiles videntur.

2204. SPHÆRIA *Peziza:* gregaria molliuscula, sphærulis primo globosis nitidis demum collabescendo concavis astomis. *Tode meckl.* 2. *p.* 46. *f.* 122. *Fries syst.* 2. *p.* 452. *exsicc. n.* 235.

Hab. in lignis mucidis fissis etiam Finmarkiæ.

Etiam ex minimis puncto vix latior, primum eximie elevata demum quam maxime delapsa.

2205. SPHÆRIA *pomiformis:* subgregaria molliuscula, sphærulis pomiformibus lævibus circa ostiolum prominens impressis. *Pers. ic. pict. t.* 3. *f.* 4. 5. *Fries syst.* 2. *p.* 455. *exsicc. n.* 236.

Hab. ad ligna denudata ex. gr. Sorbi, Ulmi.

Praecedente parum major, sed insignis umbilico tantum collapso papillam emittente quasi petiolum pomi ex ejusdem basi impressa.

2206. SPHÆRIA *spermoides:* sphærulis majoribus globosis rigidis fragilibusque intus atris ostiolis obsoletis. *Hoffm. veg. cr.* 2. *p.* 12. *t.* 3. *f.* 3? *Fries syst.* 2. *p.* 457. *exsicc. n.* 237. *Bolton t.* 122. *f.* 2.

Hab. in truncis durioribus ex. gr. Quercus e vasis radiantibus penetrans rarius.

Ex maxime conspicuis fere lineam lata.

2207. SPHÆRIA *ovoidea:* sphærulis majoribus sparsis ovatis subacutis fragilibus pallidis, ostiolis minutis. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1817. *p.* 267. *syst.* 2. *p.* 459. *Wahlenb. ups. n.* 1115.

Hab. in ramis exsiccatis denudatis Quercus.

Magnitudine fere praecedentis, verum, ut videtur, ob septa radiantia ramorum minora, magis dispersa, et, forsan propter exsiccationem citiorem, parietibus dilutioribus tenuioribus praedita, etiam hoc respectu ovo cum crusta sua tenui similior.

2208. SPHÆRIA *Bombarda:* fasciculata fusco-nigra, sphærulis oblongatis ventricosis apice papillæformibus nigris. *Pers. syn. p.* 75. *Fries syst.* 2. *p.* 456. *exsicc. n.* 266.

Hab. ad caudices similes putrescentes, discum eorum detruncatum præcipue occupans et ex vasis ligneis quasi exsudans rarius.

Longior et angustior praecedentibus forsan ex analogia vasorum ligneorum.

2209. SPHÆRIA *pulvis pyrius:* conferta aterrima, sphærulis ovato-globosis rugosis sulcatis irregularibusque. *Persoon syn. p.* 86. *Fries syst.* 2. *p.* 458. *exsicc. n.* 312.

Hab. in caudicibus exsiccatis denudatis præsertim Betulæ usque in Lapponiam frequentissime.

Ut e fasciculis radiantibus tenuioribus orta ita etiam praecedentibus duplo nisi triplo minor. Quantum ab hac differant S. pulveracea Ehrh. Fries exs. n. 121. S. moriformis Tode Fries exs. n. 125. et aliae, dubium videtur.

2210. SPHÆRIA *cubicularis:* compressa, conceptaculo albido tuberculiformi prominente, sphærulis conceptaculo immersis papillatis. *Fries syst.* 2. *p.* 477.

Hab. in ramis excorticatis Pyri Mali ad Vårdsätra Upsaliæ, in Ulmo l. c.

Singularis conceptaculo vel cubiculo primum inter fibras ligni adhuc illaesi immerso, demum supra lignum carie ad superficiem consumtum elevato, fere lineam longo: apice sphaerulam papillatam nigram triplo quadruplove minorem gerente, quae initio profunde immersa fuit, vix tamen unquam ligno contigua.

2211. SPHÆRIA *astroidea:* sphærulis subglobosis fasciculum stellulamve tuberculorum tenuissimorum albidorum demum elevantibus. *Fries syst* 2. *p.* 478.

Hab. in ramis excorticatis Sorbi etiam Lapponiæ ex. gr. ad Polmack.

Etiam singularis stellulis suis albis quadri- vel quinqueradiatis primum in ligno nudo enatis, dein supra sphaerulas emergentes elevatis. Ceterum S. pulveri pyrio minutia et forsan etiam affinitate proxima.

2212. SPHÆRIA *barbara:* sphærulis compressis utrinque rotundatis primum canescentibus demum nigricantibus, ostiolo rimæformi longitudinali inter labia albissima. *Fries syst.* 2. *p.* 468.

Hab. in ramis excorticatis Sorbi, quoque Upsaliæ lecta

Habitus maxime inconsvetus ob indumentum quasi a ligno fatiscente ortum et labiis quam diutissime adhaerens. Ceterum sequenti proxima, sed turgidior magnitudine seminis Sinapis.

2213. SPHÆRIA *compressa:* sphærulis emergentibus compressis atris, ostiolis linearibus elevatis cristatis. *Pers. syn. p.* 56. *t.* 2. *f.* 13. *Fries syst.* 2. *p.* 470. *exsicc. n.* 89.
Hab. in ramis excorticatis Mali etc.
Praecedente minor et omnium maxime compressa, adeo ut ostiolum longitudinale in cristam acutam elevetur.

2214. SPHÆRIA *foedans:* immersa papillam simplicem duplicemve emittens seminulis atro-inquinans sed cryptulam albissimam relinquens. *Fries syst.* 2. *p.* 480.
Hab. in ramis excorticatis mollioribus ex. gr. Salicis capreæ Lapponiæ ad Ivalojoki.
Singularis eo, quod in ramis dictis cryptulas tam insignes semina Sinapis capientes easque albissimas vel nudo ligno constitutas relinquat, et sic ad lignum destruendum et foedandum maxime conferat.

2215. SPHÆRIA *rostrata:* gregaria emergens, sphærulis globosis demum emersis: rostris longissimis subulatis subobtusis. *Fries syst.* 2. *p.* 473. *exsicc. n.* 116.
Hab. in ligno Fagi emortuo, ad quod decorticandum adjuvat.
Inter multas et maxime affines Sphaerias Ceratostomas haec rostro crassiore praedita est, quasi ad corticem tenacem Fagi vel penetrandum vel avellendum magis valente.

2216. SPHÆRIA *fimbriata:* conceptaculis aterrimis deorsum ore fimbriato albido se aperientibus emittentibusque rostra conferta. *Pers. syn. p.* 56. *Fries syst.* 2. *p.* 436 *exsicc. n.* 242. *Aspegr. blek. p.* 98. *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 1. *t.* 1. *f.* 1. (Carpini).
β. Coryli. *Pers. l. c. Fries exs. n.* 201.
Hab. in foliis viventibus Carpini et ejusdem regionis Coryli frequenter.
Tuberculum ex epidermide frondis efficit in utraque pagina aeque conspicuum punctorum instar, sed tantum in pagina inferiore se aperiens et rostra transmittens. Major est in Carpino, fimbriae autem evidentiores in Corylo.

2217. SPHÆRIA *tubæformis:* sphærulis tectis epidermide folii fere immutata subglobosis glabris: rostellis strictis crassiusculis fulvescentibus. *Tode*

meckl. 2. *p.* 51. *f.* 128. *Fries syst.* 2. *p.* 516. *exsicc. n.* 26.

Hab. in foliis Alni delapsis.

Magnitudine et situ fere praecedentis nisi in pagina superiore paullo magis prominens.

2218. SPHÆRIA *setacea:* sphærulis inter epidermidem non mutatam inclusis utrinque planiusculis, rostris deorsum exsertis setaceis nigris. *Pers. syn. p.* 62. *Fries syst.* 2. *p.* 518. *exsicc. n.* 286.

Hab. in foliis Betulæ præsertim nanæ Lapponiæ.

Sphaerula singula areolam vel cellulam folii occupat, itaque praecedente saltem duplo minor.

2219. SPHÆRIA *Gnomon:* sphærulis in pagina inferiore folii prominulis nigris demum collapsis, rostro e cavitate prominulo clavato recto concolore. *Tode meckl.* 2. *p.* 50. *t.* 125. *Fries syst.* 2. *p.* 517. *exsicc. n.* 285.

Hab. in foliis Coryli deciduis.

Minima, tantum in pagina inferiore prominens puncti instar.

2220. SPHÆRIA *leptidea:* sphærulis in pagina inferiore folii prominentibus aterrimis nitidis demum planis, ostiolo prominente. *Fries syst.* 2. *p.* 522. *exs. n.* 13.

Hab. in foliis Vaccinii Vitis ideæ, etiam Lapponiæ.

Quasi puncta minutissima efficit, sed bene definita. — Alias multas Sphaerias minimas praesertim caulicolas praetereo.

520. LOPHIUM.

Fries syst. 2. *p.* 533. Hysterii spec. *Pers.*

Sacculus crustaceus maxime compressus, subbivalvis, rima ipso longiore dehiscens: theculis nucleum fatiscentem et demum pulveraceum constituentibus. — *Fungus ipse ceterum semper nullus.*

2221. LOPHIUM *mytilinum:* subpedicellatum transversim striatum atro-nitens. *Fries syst.* 2. *p.* 533. *exsicc. n.* 60. — Hyst. myt. *Pers. syn. p.* 97. *Wahlenb. ups. n.* 1117. — Sphæria Ostracium *Sowerb. fung. t.* 375. *f.* 9.

Hab. ad ligna pinea passim, ad cortices rarius.

Vix semilinea longius, sed concham inprimis Mytilum striis suis concentricis apprime referens. Tardius crescere et lon-

gius durare videtur quam Sphaeriae subsimiles, quamvis fragilius. — Hujus status quasi praecipitatus esse videtur L. mytilinellum Fries exsicc. n. 271.

521. SPHÆRONÆMA.

Fries syst. 2. p. 535. Sphæriæ globiferæ *Tod.*

Sacculus elongatus tubuliformis, apice demum exsudans gelatinam in globulum induratam. *Quasi elongatio vasorum ligni ad circulos hyemales detegenda.*

2222. SPHÆRONÆMA *rufum:* subulatum acutum, globulo limpido pallidiore. *Fries l. c. exs. n. 27.*
Hab. in lignis Pini. — Huic affine *S. truncatum* brevius obtusius atrum, globulo candidissimo — in caudicibus Abietis.

522. CYTISPORA.

Ehrenb. sylv. ber. p. 28. Fries syst. 2. p. 540. Næmaspora *Pers.*

Sacculi plures, intra conceptaculum commune circa columnam centralem e corticis fundo adscendentem radiantes, introrsum collis horizontaliter convergentes, et ostiolis sese aperientes in ostium commune gelatinam in formam cirrhorum varie coloratorum edens. — *Sphæriis convergentibus ultimis valde analogæ, sed in cortice magis vivo potius membranaceæ, magis contractiles ideoque gelatinam seminalem copiosiorem validius propellentes:* 1) *conceptaculo communi evidenter a sphærulis distincto n.* 23-25. 2) *inconspicuo n.* 26. 3) *sphærulis confluentibus in cavo communi lobato n.* 27. 28. 4) *sphærulis dissolutis adeo ut cavum commune rotundatum magnum oriatur n.* 29. 30.

2223. CYTISPORA *rubescens:* conceptaculo depresso, disco erumpente fuligineo, cirrhis rubentibus. *Fries syst.* 2. *p.* 542. *exsicc. n.* 109.
Hab. in cortice Sorbi, post hiemem, frequenter.
Nodulos efficit insignes, semine Sinapis majores, circulo baseos vel diametro conceptaculi sesquilineari.

2224. CYTISPORA *chrysosperma:* conceptaculo depresso-conico, disco erumpente denique nigrescente, cirrhis flavis. *Fries syst.* 2. *p.* 542. *exsicc. n.* 154. Sphæria cirrhata *Sowerb. fung. t.* 138.
Hab. in cortice Populi, etiam Lapponiæ.

Praecedente pluries minor utpote basi vel conceptaculo semilineam tantum lato, virescente. Discus externus primum griseus.

2225. CYTISPORA *levcostoma:* conceptaculo depresso-conico, disco truncato albo-marginato, cirrhis rufis irregularibus. *Fries exsicc. n.* 244. — Sphær. levcost. *Pers. syn. p.* 59. *Fries syst.* 2. *p.* 587. *Wahlenb. lapp. n.* 1018. (Næm. crocea).

Hab. in cortice ramorum Padi, etiam summæ Lapponiæ ad Polmack, frequenter.

Conceptaculum circiter lineam latum optime radiatum.

2226. CYTISPORA *fugax:* conceptaculo inconspicuo, sphærulis contiguis atris deplanatis, disco subfuligineo, cirrhis pallidis tenellis. *Fries syst.* 2. *p* 544. *exsicc. n.* 211. *Aspegren blek. p.* 99. — Sph. pustulata *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 26. *t.* 5. *f.* 5. bene.

Hab. in cortice vel potius epidermide Salicis.

Tam deplanata ut inter strata ipsius epidermidis locum habeat, e qua discus minor minus prominet quam in praecedentibus. Maculae totius circuitus sphaerularum fere lineam latus.

2227. CYTISPORA *levcosperma:* sphærulis confluentibus in cavum commune sinuatum nigrum, disco plano albido cirrho concolori. *Persoon syn. p.* 108. (Næmasp.). *Fries syst.* 2. *p.* 543. *exsicc. n.* 156. *Aspegren blek. p.* 99. — Sph. cirrhata *Hoffm. veg. cr.* 1. *p.* 27. *t.* 6. *f.* 1.

Hab. in epidermide tenaciore Carpini, Fagi etc.

Praecedente magis elevata, ceterum magnitudo fere eadem.

2228. CYTISPORA *carbonacea:* sphærulis confluentibus in maculam atram circularem integerrimam intus cellularem extus orificio aterrimo. *Fries syst.* 2. *p.* 541. *exsicc. n.* 246.

Hab. in cortice ramulorum Ulmi.

In epidermide parum conspicitur, sed illà detractà in cortice denudato optimae maculae nigrae circiter lineam latae.

2229. CYTISPORA *melasperma:* sphærulis dissolutis in conceptaculo communi atro cirrhum concolorem rudem edente. *Fries l. c. exsicc. n.* 157.

Hab. inter epidermidem et corticem ramorum crassiorum Betulæ.

Conceptaculum commune oblongum fere duas lineas elongatum.

2230. CYTISPORA *lanata:* sphærulis maxime dissolutis intra conceptaculum cavum lanatum gelatinosum ferrugineo-fuscum, ostiolo erumpente nigro. *Fries exsicc. n.* 159. *syst.* 2. *p.* 482. (Sphæria).

Hab. inter epidermidem et corticem ramorum crassiorum Betulæ, autumno.

Constituit bursulas mirum gelatinosas, parietibus intus albidis, piso vix minores.

523. PHOMA.

Fries syst. 2. *p.* 546. Sphæriæ spec. *Pers.*

Receptaculum quodammodo commune a cellulosa folii conformatum, suborbiculatum, medio elevatum pertusumque, sed cujus cellulæ singulæ etiam per se denique irregulariter disrumpuntur. — *Intra paginas foliorum crescit, et inter genera proxima quodammodo media, sed utroque inferior.*

2231. PHOMA *saligna:* fusco-nigra convexa, centro umbonato. *l. c. exsicc. n.* 283. — Sphæria salicina *Sowerb. t.* 372. *f.* 1. — in foliis Salicum delapsis, puncta majora referens per paginam superiorem evidentiora.

524. DOTHIDEA.

Fries syst. 2. *p.* 548. *obs.* 2. *p.* 347. *t.* 5. *f.* 5. Sphæriæ compos. spec. *Auct.*

Receptaculum quodammodo commune a cellulosa corticis vel folii saltem extrorsum grandefacta formatum: cellulis vel sacculis minutis contiguis, demum a se invicem separatis apice pertusis (seminula edentibus?) persistentibus. — *Fungilli eximie dilatati vel* 1) *corticoli per epidermidem erumpentes n.* 32-35. *vel* 2) *foliicoli epidermidem in suam substantiam convertentes* a) *in pagina superiore n.* 36. 37. b) *in pagina inferiore* *) *nigræ n.* 38-40. **) *lætius coloratæ n.* 41. 42.

2232. DOTHIDEA *Berberidis:* oblonga per series longitudinales a cortice erumpens aterrima convexa.

Hab. in ramis et stipitibus Berberidis saltem Upsaliæ frequenter.

Pustulae saepe lineam longae, seriatim per epidermidem albidiorem erumpentes satis conspicuae.

2233. DOTHIDEA *Ribesia:* elliptica transversim erumpens nigra convexa. *Fries syst.* 2. *p.* 550. *exsicc. n.* 100. — Sphæria *Pers. syn. p.* 14.

Hab. in ramis Ribis nigri et rubri.

Pustulae quam in praecedente plerumque breviores, minus seriatae ob situm transversum a constructione epidermidis pendentem.

2234. DOTHIDEA *Sorbi:* irregularis depressa submarginata nigra. *Wahlenb. lapp. n.* 1014. (Hysterium).

Hab. in ramulis Sorbi.

Intra laminas ipsius epidermidis sedere videtur, ut cum epidermide omnino detrahatur, quae forma instar punctorum approximatorum superficiem fere totam accupat; sed interdum sparsim congregatur materia ejus in pustulas sparsas magis elevatas, quae est D. pyrenophora Fries syst. 2. p. 552.

2235. DOTHIDEA *latitans:* suberumpens (epidermide laceratâ tecta) suborbicularis convexa fusco-nigra. *Fries syst.* 2. *p.* 552. *exsicc. n.* 281. (Sphæria).

Hab. in foliis perennibus Vaccinii Vitis ideæ.

Pustulae vix semilinea latiores.

2236. DOTHIDEA *betulina:* epiphylla angulato-difformis confluens atro-nitens, tuberculis pertusis. *Fries syst.* 2. *p.* 554. *exsicc. n.* 144. (Sphær. xylomoides). *Wahlenb. lapp. n.* 996. *t.* 30. *f.* 3. (S. Betulæ nanæ).

Hab. in pagina superiore foliorum Betulæ nanæ per hyemem persistentium optime, albæ deciduorum minus bene, denique in Alno magis corrugata.

In Betulæ nanæ foliis supra epidermidem elevata, optime limitata sine ullo ambitu folii mutati (ut in sequentibus). In ejusdem pagina inferiore aliquando occurrit, sed magis dispersa et tunc nulla correspondens in superiore adest. In B. alba minor et denique in Alno collapso-corrugata (Xyloma alneum Pers. syn. p. 108. Wahlenb. lapp. n. 1017).

2237. DOTHIDEA *impressa:* epiphylla subrotunda passim collabescendo cupulæformis atra. *Fries syst.* 2. *p.* 564. *exsicc. n.* 152.

Hab. in foliis exaridis Diapenziæ, Chamæmori etc. per alpes Lapponicas ubique.

Tota punctis minoribus non major.

2238. DOTHIDEA *Pteridis:* hypophylla nervisequia sublinearis cinereo-nigra opaca, ostiolis aterrimis. *Fries syst.* 2. *p.* 555. *exsicc. n.* 67. *Wahlenb. ups. n.* 1100. (Xyloma). *Sowerb. fung. t.* 394. *f.* 10. (Sphæria).

Hab. sub foliis Pteridis aquilinæ.

2239. DOTHIDEA *Podagrariæ:* hypophylla difformis nigra subnitida papillata crustæ concolori indeterminatæ insidens. *l. c. exsicc. n.* 192.

Folii colorem in circuitu pallescentem interdum efficit.

2240. DOTHIDEA *Himantia:* macula nigra lineas vasis caulis subparallelas ramosas emittente, cellulis seriatis prominulis. *Fries syst.* 2. *p.* 559. *exsicc. n.* 243. (Sphæria). *Pers. syn. p.* 89.

Hab. in caulibus Umbellatarum.

Crescit modo dendritidis vel fere ut conferva radians.

2241. DOTHIDEA *fulva:* hypophylla angulato-diffluens ochracea demum fulva, ostiolis sparsis immersis rubris. *Fries syst.* 2. *p.* 554. *exsicc. n.* 241. (Sph. xantha). *obs.* 1. *p.* 172. *Wahlenb. lapp. n.* 997. (ochracea).

Hab. in foliis langvescentibus Pruni Padi.

Pagina utraque Fungillo hocce coloratur, sed inferior magis turget materia fungosa vel potius quasi caseosa pallidiore semper ochracea, cui puncta impressa. Hujus status crassior, sed minus evolutus esse videtur D. rubra in Pruno spinosa Fries exsicc. n. 191.

2242. DOTHIDEA *typhina:* elongata vaginas graminum ambiens albida, granulis fulvis e cellulosa protrusis. *Fries l. c. p.* 553.

Sph. typhina *Pers. syn. p.* 29. *ic. et descr. p.* 21. *t.* 7. *f.* 1.

Hab. ad vaginas graminum vegetantium, æstate.

Longitudinem 1-2 unc. occupat: granulis extus subrotundis, sed intus oblongis cellulosae satis adaptatis.

525. RHYTISMA.

Fries syst. 2. *p.* 565. Xyloma *Auctt.*

Receptaculum quodammodo commune a cellulosa saltem

superficie potius contracta factum: epidermide demum sese elevante et in frustula irregulariter dilabente, relicto cavo seminulifero. — *Substantiam membranarum extimarum tantum quasi sphacelatam nigerrimam reddere videtur* 1) *in ramulis annotinis n.* 43. 2) *in foliis versus paginam superiorem præcipue tendens n.* 44-46.

2243. RHYTISMA *maximum:* latissimum læve in ambitu lobatum sub disco candidum. *Fries syst.* 2. *p.* 566. *exsicc. n.* 250.

Hab. in ramis salicinis vivis, vere.

2244. RHYTISMA *Andromedæ:* oblongum costato-rugosum nitidum. *l. c. exsicc. n.* 155. *Wahlenb. lapp. n.* 1016. (Xyloma) *ups. n.* 1098.

Hab. in foliis Andr. polifoliæ.

2245. RHYTISMA *salicinum:* crassum tuberculosum subnitens intus album. *l. c. exsicc. n.* 154. 208. *Wahlenb. lapp. n.* 1015. (xyloma). — in salicibus.

2246. RHYTISMA *acerinum:* tenue effusum demum flexuosum. *l. c. exsicc. n.* 207.

526. PHACIDIUM.

Fries syst. 2. p. 571.

Receptaculum magis circumscriptum subrotundumque (ne potius dicam partiale) dissolutione cellulosæ interioris sub epidermide ortum: epidermide demum radiatim a centro in lacinias dehiscente. — *Totum multo magis minutum quam in præcedente genere* 1) *in partibus perennibus junioribus n.* 47. 48. 2) *in plantarum partibus magis annuis n.* 49. 50.

2247. PHACIDIUM *Pini:* disciforme atrum laciniis obtusis dehiscens, parietibus intus albis. *Fries syst.* 2. *p* 575. *exsicc. n.* 163. — Xyloma *Alb. et Schwein. p.* 60 *t.* 5. *f.* 8.

Hab. in cortice juniore Pini sylvestris passim.

Pustulae 1-2 lin. latae: parietibus crassioribus quam in ullo alio intus albissimis.

2248 PHACIDIUM *carbonaceum:* subrotundum inæquale nigrum laciniis obtusis dehiscens. *Fries l. c. exsicc. n* 210.

Hab. in ramis salicinis, puncto forsan duplo majus.

2249. PHACIDIUM *Andromedæ:* pusillum subsphæricum atrum laciniis 3-4 obtusis dehiscens. *l. c. n.* 132. — Quale etiam Ph. Vaccinii n. 289. — Nec multum differt Ph. leptideum n. 98.

2250. PHACIDIUM *coronatum:* orbiculare subdepressum nigricans in lacinias plures acutas dehiscens, disco flavescente. *Fries syst.* 2. *p.* 577. *obs.* 1. *p.* 167. *exsicc. n.* 163. *Aspegren bleking. p.* 99. Peziza comitialis *Sowerb. t.* 118.

Hab. in foliis delapsis Fagi etc.

Satis evidens, fere lineam latum.

527. LEPTOSTROMA.

Fries syst. 2. *p.* 597. *obs.* 1. *p.* 196. *t.* 1. *f.* 6. b.

Receptaculum partiale fere præcedentis generis, sed plerumque lineare et angustissimum, demum circumscissum et a basi saltem angustissima quod ad majorem partem decidens, relicto vestigio minore — *in foliis gramineis vel caulibus herbarum.*

2251. LEPTOSTROMA *juncinum:* — in Junco effuso.

2252. LEPTOSTROMA *filicinum:* — in stipitibus Pteridis, Osmundæ regalis.

2253. LEPTOSTROMA *Spireæ:*

528. HYSTERIUM.

Pers. syn. p. 97. *Fries syst.* 2. *p.* 579.

Receptaculum ovale vel oblongatum simplex rima longitudinali dehiscens — *idque vel* 1) *magis proprium in plantarum partibus perennibus* a) *nudum* 54-56. b) *erumpens per epidermidem separatam n.* 57. 58. *vel* 2) *potius, ut in generibus præcedentibus, formatum ab epidermide partium annuarum* a) *foliorum n.* 59-62. b) *culmorum n.* 63. 64.

2254. HYSTERIUM *pulicare:* superficiale ellipticum oblongumve atrum, labiis obtusis striatis subcontiguis. *Pers. syn. p.* 98. *Fries syst.* 2. *p.* 579. *exsicc. n.* 91. 61. 92. *Wahlenb. lapp. n.* 1010.

Hab. in corticibus et lignis antiquioribus arborum frondosarum ex. gr. Alni, Betulæ, Quercus ubique.

Magnitudine, colore et forma fere pulicis. Situs ejus plerumque vagus, nec fibris substratis necessarie parallelus.

2255. HYSTERIUM *elongatum:* superficiale elongatum utrinque acutum rectum læviusculum opacum atrum, labiis obtusis. *Wahlenb. lapp. n.* 1011. *Fries syst.* 2. *p.* 581. *obs.* 1. *p.* 193. *exsicc. n.* 62. *Aspegren blek. p.* 99.

Hab. in ramis excorticatis arborum molliorum ut Salicis capræ æ, Populi.

Praecedente longius, a directione fibrarum ligni omnino pendens.

2256. HYSTERIUM *lineare:* subimmersum lineare parallelum nigrum, labiis tumidulis lævibus. *Fries syst.* 2. *p.* 583. *exsicc. n.* 90.

Hab. in lignis denudatis durioribus præsertim Mali rarius.

Multo angustius praecedentibus; disco magis aperto.

2257. HYSTERIUM *Fraxini:* erumpens ellipticum durum nigrum, labiis lævibus tumidis disco lineari excurrente undique separatis. *Pers. syn. p.* 98. *Fries syst.* 2. *p.* 585. *exsicc. n.* 249.

Sphæria sulcata *Bolton fung. t.* 124.

Hab. in ramulis emortuis Fraxini epidermidem penetrans raro.

Specie prima aliquantum majus et sine dubio citius per epidermidem albescentem discolorem erumpens, nec tam diu durans ob fragilitatem majorem.

2258. HYSTERIUM *elatinum:* erumpens difforme curvatumque rugosum atrum, labiis distantibus, disco rubescente. *Pers. syn. p.* 28. *Fries syst.* 2. *p.* 584. *exsicc. n.* 94. (junius) *et n.* 93. (in cortice frustuloso).

Hab. in ramis et truncis Abietis ubique.

Loco et eruptionis modo optime distingvitur.

2259. HYSTERIUM *pinastri:* epiphyllum ovali-oblongum læve nigricans. *Schrad. diar. bot.* 2. *p.* 69. *t.* 3. *f.* 4. *Fries syst.* 2. *p.* 587. *exsicc. n.* 50. — in foliis Pini sylvestris ubique.

2260. HYSTERIUM *melaleucum:* hypophyllum ellipticum læve nigrum, labiis intus albidis. *Fries obs.* 1.

p. 192. *t.* 2. *f.* 1. *syst.* 2. *p.* 589. *exsicc. n.* 29. — in Vaccinio Vite idea maculam pallidiorem efficiens.

2261. HYSTERIUM *maculare:* epiphyllum subrotundo-ellipticum depressum læve atrum, rima straminea. *Fries syst.* 2. *p.* 592. *exsicc. n.* 167. — in Vaccinii uliginosi annuis foliis maculam magis albescentem et evidentem effundens.

2262. HYSTERIUM *versicolor:* hypophyllum ovale subdepressum læve nigrum extus pruinosum, labiis prominentibus rufescentibus. *Wahlenb. lapp. n.* 1009. *t.* 30. *f.* 5. *Fries syst.* 2 *p.* 592. — In foliis Salicis hastatæ et arbusculæ Lapponiæ. — Maculae in pagina inferiore magis pruinosae et receptacula quoque intus magis rufescentia.

2263. HYSTERIUM *culmigenum:* elliptico-oblongum læve nigrum demum disco pallido. *Fries l. c. obs.* 2. *p.* 355. *t.* 7. *f.* 3. *exsicc n.* 97. — in culmis et foliis Graminum ex. gr. Elymi arenarii.

2264. HYSTERIUM *scirpinum:* elongatum aterrimum depressum, labiis medio in cristam elevatis demum secedentibus. *Fries l. c. exsicc. n.* 170. — in Scirpo lacustri.

529. ACTIDIUM.

Fries syst. 2. *p.* 595. *obs.* 1. *p.* 190. *t.* 3. *f.* 1.

Receptaculum stellatum: rima plerumque quinqueradiata a centro versus peripheriam dehiscente, vix tamen discum ostendente — *Constructione valde proprium quasi Hysterium quoddam compositum referens, sed forsan Sphæriæ astroideæ aliisque ostiolo quinquangulari præditis magis affine.*

2265. ACTIDIUM *hysterioides:* receptaculis totis quinqueradiatis nudis aterrimis. *Fries obs.* 2. *p.* 353. *syst.* 2. *p.* 596. *exsicc. n.* 63.

Hab. in superficie ligni decorticati Abietis rarius.

Totum puncto non majus, sed lente vitrea consideratum radiis quinque satis regularibus constare reperitur sine substrato subiculo ullo.

530. L Y C O P E R D O N.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1683. (excl. pl. *Pers. syn. p.* 140. cum Bovista *p.* 137.

Saccus sessilis subrotundus subalutaceus, extus furfure vel granulis plus minus apiculatis rarius epidermide diu continua tectus, vertice rotundato irregulariter rumpens; intus primitm carnosus, demum contextu floccorum ramosissimorum seminula copiosissima gerentium. — *Fungi in sua subdivisione maximi plerumque terrestres:* 1) *Lycoperdon Pers. superficie in furfurem vel squamulas vel granula dissoluta; seminulis ecaudatis n.* 1. — 2) *Bovista Pers. superficie in epidermidem continuam propter distensionem fungi magis limitatam coalita, seminulis caudatis* (*Link Berl. mag.* 3. *f.* 48.) *n.* 2.

2266. LYCOPERDON *Bovista:* magnum subglobosum molle furfuraceum subtus plicatum. *Linn. svec. n.* 1280. *Sv. Bot. t.* 294. *Pers. syn. p.* 141.

β. pratense: obconicum hirsutia in verrucas substellatas convergente. *Bolton t.* 117. *f.* a. *Pers. l. c. p.* 142.

γ. gemmatum: pyriforme, verrucis apiculatis deciduis. *Bolton l. c. fig.* c. d. *Flor. Dan. t.* 1120. *Pers. l. c. p.* 145.

δ. pyriforme: cæspitosum longius pyriforme granulosum, radiculis elongatis fibrosis. *Bolton l. c. f.* e. (*Jacqu. austr.* 3. *t.* 224? minim.). *Persoon syn. p.* 148.

Hab. in graminosis fertilioribus, pratis, campis elatioribus, *δ* in caudicibus sylvarum ubique.

Maxime varium (L. proteus Bull.) a latitudine pedali usque ad parvitatem pisi; sed superne cavitate fere cyathiformi se aperiens et pulverem umbrino-virescentem explodens (unde Svecis *Bofis*, *Käringfis* etc.), remanente dein basi crassa fere fomentaria non nisi per annos disparente.

2267. LYCOPERDON *nigrescens:* minus globosum demum nigrescens epidermidem in lobos abjiciens. *Pers. syn. p.* 156. *Bolton fung. t.* 118.

Hab. in pratis frondosis rarius.

Plerumque uncia non latius, pulvere quoque nigrescente.

551. TULOSTOMA.

Pers. syn. p. 139. Lycoperdi spec. *Linn.*

Saccus stipite cylindrico elevatus subglobosus nudus, apice subcartilagineus dehiscensque ore subrotundo, primum dentibus brevibus deciduis clauso: intus cavitate superne nuda. — *Fungillus proximis plerumque angustior, sed durior.*

2268. TULOSTOMA *brumale:* stipite læviusculo. *Pers. l. c. Wahlenb. ups. n.* 1127.
Lyc. pedunculatum *Linn. svec. n.* 1276.
Hab. in aggeribus fuco exstructis Scaniæ etc. frequenter, ceterum in vallis usque ad Upsaliam raro.
Circiter sesquiunciam altus, sed capitulum vel saccus vix piso major. Ad radicem interdum volvae reliquias loco sacci exterioris ostendere videtur, quibus ad sequens genus accedit.

552. GEASTRUM.

Pers. syn. p. 131. Lycoperdi spec. *Linn.*

Saccus coriaceus duplex: exterior instar volvæ radicalis, stellatim dehiscens seque reflectens; interior interdum breviter pedicellatus acutus ore fimbriato. — *Fungus magnitudine inter genera præcedentia quodammodo medius; sed fere arhizus et subterraneus.*

2269. GEASTRUM *rufescens:* radio multifido rufescente, sacco sessili pallidiore fimbriis indistinctis. *Pers. syn. p.* 134. *Flor. Dan. t.* 1453 *et* 560. *Sowerb. fung. t.* 80. (Lyc. recolligens). — Lyc. stellatum *Linn. svec. n.* 1277. *am. ac.* 3. *p.* 453.
Hab ad sylvas pineas Sveciæ mediæ orientalis raro.
Propius ad Lycoperdon accedit, cum contra insequens Tulostomati quodammodo similius.

2270. GEASTRUM *quadrifidum:* arhizum, radio subquadrifido, sacco subpedicellato oreque elongato distinctius fimbriato. *Pers. syn. p.* 133.
Hab. in pinetis ejusdem regionis ac præcedens raro.
Praecedente magis elongatum, interdum sesquiunciale. Ceterum utrumque admodum variat divisione et colore radii, adeo ut limites inter ea valde incerti.

533. SCLERODERMA.

Pers. syn. p. 150. Lycoperdon Tuber *Linn.*

Saccus induratus subsuberosus nunquam dehiscens, intus seminulis conglomeratis. — *Fungus tuberiformis, vel 1) semper subterraneus arhizus extus tantum granulatus intus floccis in materiam quasi argillaceam mutatis n. 1., vel 2) interdum supra terram emergens radicatus extus reticulatus areolatusve intus floccis distinctis n. 2.*

2271. SCLERODERMA *cervinum:* fulvescens granulatus æquabilis. *Pers. syn. p.* 156. *t.* 4. *f.* 2. *Wahlenb. ups. n.* 1126. — Lycop. Tuber (cervin.) *Linn. svec. n.* 1281. *lapp. n.* 526. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1653.

Hab. in terra sylvarum præsertim Abiegnarum per plerasque provincias usque ad Vermelandiam inferiorem, Upsaliam et Vestrobotniam maritimam passim copiose.

Vix unciam latum evadit, demum medio cavum, ad parietes oppletum materia rutilante, glebas seminales nigricantes excipiente. Solum apud nos Tuber indigenum, quod sues tantum diligenter quærunt, hinc Svecis notum nomine *Granáple.*

2272. SCLERODERMA *citrinum:* pallescente citrinum, areis crassiusculis. *Pers. syn. p.* 153. *Bolton fung. t.* 116. *Fries symb. gast. p.* 6.

Hab. in Quercetis regionis Fagi rarius, cum S. spadiceo Aspegr. blek. p. 100. aliisque parum diversis.

534. STEMONITIS.

Pers. syn. p. 186. Clathri spec. *Linn.*

Stipes setiformis duriusculus intra sacculum fugacem penetrans ibique axin s. columnam constituens, floccos seminuliferos undique gerentem. — *Fungillus magis elongatus lignis exsiccatis superficie nitida adhærens.*

2273. STEMONITIS *fasciculata:* cæspitosa, sacculo attenuato toto evanescente. *Pers. syn. p.* 187. *Wahlenb. lapp. n.* 1026.

Clathrus nudus *Linn. svec. n.* 1263. *Bolton fung. t.* 93. *f.* 1. *Sowerb. fung. t.* 50. (Trichia). *Flor. Dan. t.* 216.

Hab. in lignis exsiccatis eorumque utplurimum facie detruncata passim.

Paullo ultra semiunciam longa, vix lineam lata; stipite omnino setae instar rigente et nitente, aterrimo. Status vero ejus junior larvatus est Embolus lacteus Hoffm. veg. cr. 2. p. 8. t. 2. f. 3. forsan etiam Mucor Embolus Linn. svec. n. 1288.

2273*. STEMONITIS *ovata:* sparsa, capillitio subovato stipite ad dimidium ejusdem vix penetrante, floccis undique ex apice stipitis radiantibus. *Pers. syn. p.* 189.

Hab. in caudicibus putridis cavis Abietis etiam Upsaliæ, sed rarius.

Stipites omni subiculo communi carent, sed loco ejusdem singuli basi dilatatae insident, e qua continue attenuati sunt per longitudinem sesquilineae, capitulo vix seminibus papaveris majore. Stipes aterrimus nitidus, capitulo brunneo.

555. A R C Y R I A.

Pers. syn. p. 182. Link Berl. Mag. 3. p. 29. t. 2. f. 39.

Stipes durius culus superne gerens sacculi basin persistentem cancellumque flocculorum in vertice etiam coeuntem moxque denudatum, demum totum deciduum. — *Fungillus non parum persistens.*

2274. ARCYRIA *punicea:* congesta croceo-punicea, cancellis adnatis ovatis rubris demum fuscis. *Pers. syn. p.* 185. *Aspegren blek. p.* 100.

Clathrus denudatus *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1649. *Jacqu. misc.* 1. *p* 156. *t.* 6.

Hab. ad truncos putrescentes præsertim Fagi rarius.

Minuta, vix sesquilineam alta, sed colore persistenter puniceo insignis.

556. C R I B R A R I A.

Pers. syn. p. 189. t. 3. f. 5. 6. (Schmid. ic. t. 33. f. 2).

Stipes extrorsum percursus fibris in sacculi basi nervorum crassiusculorum instar se distribuentibus, et sic supra eandem cribrum rigidulum vel cancellum superficiale formantibus, demum in modum ciliorum vel dentium marginalium separatim se expandentibus. — *Fungillus magis divergenter radicatus.*

2275. CRIBRARIA *intricata:* sacculo subrotundo fuscescenter purpureo, reticulo subnodoso. *Pers. syn. p.* 195. *Schrad. nov. gen. p.* 7. *t.* 3. *f.* 1.

Hab. in ligno abietino.

557. TRICHIA.

Pers. syn. p. 176. Link Berl. Mag. 3. p. 18. t. 2. f. 38.

Stipes introrsum percursus filis in sacculi cavo se libere ramificantibus et expandentibus, primum contortis, demum longe se evolventibus seminulaque sustentantibus; sacculo toto tenuissime membranaceo. — *Fungillus totus fasciculum floccorum tenuissimorum membranula inclusum refert.*

2276. TRICHIA *fallax:* sacculo primum ruberrimo demum argillaceo deorsum plicato. *Pers. syn. p.* 177. *obs.* 1. *p.* 59. *t.* 3. *f.* 4. 5. *Schmidel ic. p.* 126. *t.* 33. *f.* 1-18. — Muc. miniatus *Jacqu. austr. t.* 299. *Flor. Dan. t.* 467. *f.* 2.

Hab. in lignis putridis mollibus inter muscos pinetorum ubique.

Vix sesquilineam alta primum elegantissime rubra (fere ut Arcyria punicea), sed dein valde decolora, effoeta et Pezizae in modum expansa, observatorem minus cautum fallens.

2277. TRICHIA *clavata:* sacculo primum cinnabarino demum nitenter flavo deorsum attenuato. *Persoon syn. p.* 178. *Fries symb. gast. p.* 15. *Flor. Dan. t.* 655. *f.* 1. (cinerea?).

Hab. ad truncos putrescentes præsertim Fagi.

Magnitudine praecedentis, sed membrana tenuiore demum scariosa et nitente.

558. PHYSARUM.

Pers. syn p. 168. t. 3. f. 7-10. Link Berl. Mag. 7. p. 42.

Stipes plerumque muco conflatus: capitulo parietibus varie rumpentibus, nucleo seminulifero filis inconspicuis. — *Fungilli minimi plerumque in muscis parasitici.*

2278. PHYSARUM *farinaceum:* capituli cortice extus farinoso-glaucescente: nucleo nigerrimo. *Pers. syn. p.* 174. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1815. *p.* 114. *Fries symb. gast. p.* 20. (Didymium).

Hab. præsertim in foliis et caulibus Polytrichorum majorum.

Semine Papaveris vix majus.

2279. PHYSARUM *vernicosum:* capitulo rufescente nitido: nucleo nigro. *Link l. c. p.* 45. *Pers. syn. p.* 165. (Diderma) *obs. myc.* 1. *p.* 89. *t.* 3. *f.* 7. *Fries symb. gast. p.* 13. (Leocarpus). *Aspegren bleking. p.* 100.

Hab. cum priore, sed rarius.

Praecedente aliquantum majus, quasi muco stipitis totum perfusum.

539 DIDERMA.

Pers. syn. p. 164. Leangium *Link Berl. Mag. V.* 3. *p.* 26. *conf. V.* 7. *p.* 42.

Stipes vix ullus, sed receptaculum (vel columna basilaris) internum cavitatem sacci intrans et quasi sacculum interiorem constituens. Seminula inter utrumque sacculum filis valde conspicuis ad basin crassioribus contexta. — *Fungillus major quam præcedentis generis, lignicolus.*

2280. DIDERMA *stellare:* sacculo lenticulari subtus umbilicato supra stellatim fisso reflexo. *Pers. syn. p.* 164. *Schrad. nov. gen. p.* 25. *t.* 5. *f.* 3. 4. (Didymium). *Fries symb. gast. p.* 14.

Lycoperdon radiatum *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1654. *Liljebl. fl. ed.* 2. *p.* 460.

Hab. in ligno putrido caudicum Abietinorum, sæpe super muscis vel aliis fungis ex. gr. Thelephora laciniata autumno crescens, ut in Kungsparken Upsaliæ.

Eximius fungillus, quamquam lineâ vix latior, extus primum griseus dein pallide areolatus; limitibus demum albescentibus, membranam interiorem indicantibus, denique omnino dehiscentibus, quo facto frustula media dilabuntur, sed lateralia adhaerent et reflectuntur, sicque paginâ suâ interiore radium albissimum circa nucleum aterrimum concinne efficiunt. Postremo detersis seminulis filisque intertextis prodit receptaculum centrale etiam albidum filorum reliquiis albis circumdatum. — Locis magis udis occurrit varietas cujus saccus paullo major, magis nigricans, minus areolatus et minus regulariter disrumpens, nec latere interiore tam albidus.

540. LYCOGALA.

Pers. syn. p. 157.

Saccus sessilis simplex membranaceus irregulariter rumpens, intus floccis adnatis inconspicuis, massa seminali copiosa initio maxime liquida. — *Fungilli proximis majores, insigniter colorati.*

2381. LYCOGALA *miniata:* gregaria globosa primum miniata demum fuscescens, pulvere roseo. *Pers. syn. p.* 158.

Lycoperdon Epidendrum *Linn. svec. n.* 1279. *Fl. Dan. t.* 720. *Sowerb. fung. t.* 52. *Bolton fung. t.* 119. *f.* 1.

Hab. in caudicibus et lignis putrescentibus ubique.

Plerumque magnitudine Pisi, sed eximie varians. Nec pro certo constare videtur an generice differat major illa L. atra Alb. et Schwein. (Strongylium majus Link Berl. Mag. 3. p. 24. Trichoderma fuliginoides Pers. syn. p. 231.) in sylvis frondosis.

541. LICEA.

Link Berl. Mag. 7. p. 41. Perichæna *Fries symb. gast. p. 11.*

Sacculus subinnatus simplex subcoriaceus circumscissus: operculo rotundato; filis adnatis inconspicuis. — *Fungillus ex epidermide plantarum prorumpens.*

2382. LICEA *strobilina:* congregata rufo-fusca, seminulis flavescentibus. *Albert. et Schwein. p.* 109. *t.* 5. *f.* 5. *Fries l. c. Decand. fl. fr. suppl. p.* 100.

Hab. inter squamas strobilorum Abietinorum passim, Upsaliæ frequenter primo vere.

Semine Sinapis non major. Mirum quantum hic Fungillus versus apices squamarum et adhuc magis ad paginam exteriorem earum abire videtur in Hysterium conigenum Pers. syn. p. 102. (Sphæriam strobilinam Fries syst. 2. p. 495.), ob hanc causam in praecedentibus omissum.

542. SPUMARIA.

Pers. syn. p. 162. Link Berl. Mag. 3. p. 23.

Saccus furfuraceo-cellulosus, introrsum plicatus, fatiscens; seminulis intra plicas contentis majusculis. — *Fungillus difformis.*

2283. SPUMARIA *Mucilago:* magna alba, saccis ramoso-cornutis intus nigris. *Pers. syn. p.* 163.
Hab. super foliis et caulibus plantarum, autumno.
Saccus demum tenuissimus seminulis copiosis atris refertus.

543. ÆTHALIUM.

Link Berl. Mag. Vol. 3. p 24 et Vol. 7. p 41. Fuligo *Pers.*

Tegmentum exterius extrorsum floccosum includens saccum introrsum lamellosum; seminulis ad lamellas coacervatis. — *Fungillus difformis.*

2284. ÆTHALIUM *flavum:* late effusum flavum sulphureumve, seminulis purpurascenti-fuscis *Link.* — *Bolton fung. t.* 134. *Flor. Dan. t.* 1366. — Mucor unctuosus *Linn. svec. n.* 1282. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1656. (septicus).
Hab. in lignis sylvestribus et domesticis ubique.
Late effunditur butyri instar, Svecis *Troll-smôr.*

544. MUCOR.

Linn. gen. ed. Schr. n. 1685. Pers. syn. p. 199. Schlechtend. berol. p. 148. Ascophora, Thamnidium et Eurotium *Link l. c. fig. 43-45.*

Fibræ septatæ simplices elongatæ, vesiculam seminuliferam cito disrumpentem minimam gerentes. — *Fungillus tenerrimus Svecis Môgel.*

2285. MUCOR *Mucedo:* vesicula nigrescente grisea. *Linn. svec. n.* 1284. *Pers. syn. p.* 201. *Fl. Dan. t.* 467. *f.* 4. *Aspegren blek. p.* 102.
β. Ascophora Mucedo *Tode meckl.* 1. *p.* 13. *t.* 3. *f.* 22.
Hab. in obsoniis putrescentibus.

2286. MUCOR *herbariorum:* vesiculis flavescentibus acaulibus congerie filorum eo magis circumdatis. *Pers. syn. p.* 202. *Decand. fl. fr. suppl. p.* 100. — Eurotium *Link l. c. p.* 51. *f.* 44.
Hab. in plantis pressis domo asservatis.

545. ASPERGILLUS.

Link Berl. Mag. 3. p. 16. f. 23. et Polyactis *ib. f. 22.* Mucoris spec. *Linn.*

Fibræ septatæ non ramosæ sed interdum inferne connatæ (Polyactis) apicibus incrassatis capituliformibus extus seminuliferis. — *Magis persistens quam præcedentis generis species.*

2287. ASPERGILLUS *glaucus:* capitulis primum albis demum glaucis. *Link l. c.* — Monilia *Pers. syn. p.* 691. — Muc. glaucus *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1656. *Flor. Dan. t.* 777. *f.* 2.
Hab. in pomis aliisque vegetabilium partibus succosioribus.

546. ARTHRINIUM.

Kunze ------- *Fries* --

Fibræ septatæ radiantes plerumque prostratæ undique seminulis fusiformibus adspersæ — *cæspitose per epidermidem plantarum erumpentes.*

2288. ARTHRINIUM *caricinum:* cæspitibus parvis atris. *Kunz. myc. heft.* 1. *p.* 9 *t.* 1. *f.* 4. *Fries exsicc. n.* 297. *Aspegren bleking. p.* 101.
Hab. in foliis caricum, ubi nudo oculo visum puncta atra refert.

547. TRICHODERMA.

Pers. syn. p. 230. Trichothecium *Link l. c. p.* 18. *f.* 27. 29.

Fibræ septatæ ramosæ decumbentes implexæque: seminulis lateralibus congregatis. — *Tegmen tenuissimum constituit.*

2289. TRICHODERMA *roseum:* fibris cæspitosis albis, seminulis roseis didymis. *Pers. syn. p.* 231. *Hoffman germ. t.* 10. *f.* 1.
Hab. inter corticem et lignum Salicis capreæ, Populi etc.

548. PENICILLIUM.

Link Berl. Mag. Vol. 3. *p.* 16. *f.* 24 *et Vol.* 7. *p.* 37. Mucoris spec. *Linn.*

Fibræ septatæ erectæ apice in modum penicilli divisæ ibique seminuliferæ. — Fila quasi in truncum communem connata esse videntur.

2290. PENICILLIUM *crustaceum:* fibris albis: apicibus seminulisque glaucescentibus. — Mucor crustaceus *Linn. svec. n.* 1283. *Bolton fung. t.* 132. *f.* 2. (cæspitosus).
Hab. in putrescentibus vegetabilium partibus, præsertim saccharo conditis, quas apicibus suis contiguis obtegit.

549. MONILIA.

Pers. syn. p. 691. Link Berl. Mag. 3. p. 21. cum Torula.

Fibræ non septatæ, sed tantum constrictæ inter utriculos plus minus opacos (seminula intus continentes?).

2291. MONILIA *antennata:* effusa demum nigra, articulis ovatis. *Pers. syn. p.* 694. *Hoffm. germ. t.* 13. *f.* 4. (Dematium).
Hab. in lignis putrescentibus.

2292. MONILIA *herbarum:* late incrustans atra, articulis globosis subcontiguis. *Pers. l. c. p.* 693.
Hab. in caulibus etc. frequenter.

2293. MONILIA *hyalina:* filis aggregatis erectis sursum incrassatis hyalinis, articulis globoso-ovalis. *Fries obs.* 1. *p.* 210. *t.* 3. *f.* 4. — in culmis Bromi.

550. RACODIUM.

Pers. syn. p. 701. (partim) Ozonium *Link Berl. Mag. 3. p. 21.*

Fibræ primariæ crassiusculæ, sed ultimæ tenues moniliformes.

2294. RACODIUM *auricomum:* primum fulvum tandem griseum. — *Fries obs.* 1. *p.* 213. *Aspegr. bleking. p.* 101. — Mesenterica lutea *Alb. et Schw.*
Hab. in truncis cæsis. — Alias multa vegetabilia byssacea subsimilia ex. gr. Xylostroma giganteum Tode in fungos majores loco opportuno abeunt.

551. DEMATIUM.

Pers. syn. p. 694. Helmisporium *Link l. c. V. 3. p. 10. f. 9. et V. 7. p. 39.*

Fibræ rigidæ continuæ ramosæ: seminulis concatenatis adhærentibus.

2295. DEMATIUM *ciliare:* atrum, fibris subbulbosis confertis. *ll. cc.* ad ramos exsiccatos locis humidis delapsos Fagi, Alni etc. vere.

552. RHIZOMORPHA.

Pers. syn. p. 704. Regensb. bot. zeit. 1822. p. 726.

Fibræ continuæ subanastomosantes rigidæ extus glabræ, intus modiolo villoso vel potius vasculari — *inter corticem et lignum serpentes, interdum etiam septa radiantia ligni penetrantes, apicibus denudatis phos-*

phorescentibus, saltem cum crescant in fodinis Lithantracis (Regensb. Bot. Zeit. 1824. p. 420.) *et in cellis vinariis* (Sowerb. l. c.).

2296. RHIZOMORPHA *subcorticalis:* compressa ramosa fusco-nigricans. *Pers. l. c.* — Clavaria phosphorea *Sowerb. fung. t.* 100. — in Abiete mortua vulgaris.

Hanc quoque in fungos majores (Merulios) evolutam vidisse se putarunt scrutatores, quod adhuc certius de formis minoribus subsimilibus (ex. gr. Rh. setiformi in Agaricum androsaceum abeunte) hinc omittendis constat.

553. STILBUM.

Pers. syn. p. 680. t. 5. f. 7.

Stipes subulatus (quasi conflatus filis pluribus mucoroideis, etiam sæpe inæqualibus lanuginem lateralem constituentibus) apice capitulo extus seminulifero sæpe deciduo. — *Fungilli ut videtur in summo septentrione rariores.*

2297. STILBUM *hirsutum:* persistens, stipite ochraceo hirsuto: pilis erectis strictis. *Pers. l. c. Hoffm. fl. germ. t.* 10. *f.* 2. — ad truncos putrescentes rarius.

2298. STILBUM *rigidum:* gregarium, stipite rigido persistente nigro crassiusculo, capitulo subrotundo primum aquoso lacteo demum griseo deciduo. *Pers. l. c. t.* 5. *f.* 7. *Aspegren bleking. p.* 101.

Hab. ad truncos putrescentes, vere.

554. ERINEUM.

Pers. syn. p. 699. Link B. Mag. V. 3. p. 21. cum Rubigine *f. 36. et V. 7. p. 40.*

Fila in cæspitulum folii plerumque impressum plus minus congregata rigidula intus grumosa, vel 1) *subattenuata* (Erineum Link l. c. Phyllerium Fries obs. 1. p. 217.) *n.* 299-301., vel 2) *apice plus minus dilatata in formam vesiculæ vel demum collabascendo cupulæ* (Rubigo Link l. c. f. 56. Erineum Fries l. c. p. 221.) *n.* 302. *Omnia e pilis vel poris epidermidis mutatis, quo magis difformatis eo magis coloratis.*

2299. ERINEUM *sorbeum:* floccis dense intricatis compressis albis demum flavescentibus. *Fries l. c.*

2300. ERINEUM *acerinum:* floccis densissime intricatis tenuissimis albido-cinereis. *Fries l. c. Pers. l. c.*

2301. ERINEUM *tiliaceum:* pulvinatum, floccis densissime intricatis variis pallide roseis. *Fries l. c. Pers. l. c.* — Eodem fere modo in foliis Pyri etc.

2302. ERINEUM *betulinum:* α suprafoliaceum: cupulis latioribus sangvineo-purpureis; — β infrafoliaceum: cupulis angustioribus demum rufo-fuscis. *Fries l. c. p.* 221. *Schlechtend. berol. p.* 151. *Decand. fl. fr. suppl. p.* 14. — Maxime vulgare, præcox et conspicuum, Svecis *Gökblod, Gökspyor* etc. Latitudo cupularum sæpe capilli humani. Subsimilia in Alno, Populo, Pado etc. epidermidem totam destruunt; itaque ex ejusdem cellulis magis quam e pilis formata videntur.

553. ÆCIDIUM.

Pers. syn. p. 204. (cum Ured. plur.) Cæoma *Link B. Mag. V.* 3. *p.* 5. *f.* 1. 3. 4; Hypodermium *ib. Vol.* 7. *p.* 26. *t.* 1. *f.* 1. 3.

Seminula a se invicem libera (nec concatenata) subrotunda vel rarius elongata, in partibus plantarum annuis viridibus (nec aliter coloratis) plerumque foliaceis enata, demumque erumpentia per epidermidem vivam: 1) *sacculo ex cellulosa interiore formato per epidermidem protruso* (Æcidium Pers.) a) *latissimo demum circumscisso, in arboribus Coniferis* (Peridermium Link) *n.* 3. b) *elongato exsertoque in formam tubuli, in foliis Pomacearum et Drupacearum* (Roestelia) *n.* 4-6. c) *subgloboso demum rumpente in formam cupulæ* (Æcidium Link) *) *cæspitoso n.* 7. 8. **) *sparso n.* 9. - - - - 2) *seminulis minus inclusis e cellulosa difformi irregulariter per epidermidem simplicem vel erumpentibus vel denique tantum penetrantibus* [*sine sacculo proprio ab epidermide distingvendo*] (Uredo Persoon. — Uromyces Link —) a) *cupulis epidermidis adhuc regularibus n.* 10. 11. b) *maculis elevatione epidermidis latiore factis irregularibus n.* 12-14. c) *poris epidermide adhuc cinctis n.* 15. d) *poris omnino nudis nec ullo modo circumscriptis n.* 16. e) *rimis in=*

determinatis magnam copiam seminulorum minimorum aterrimorum emittentibus, in plantis graminoideis aliisque monocotylidonibus (Ustilago) *n.* 17-19.

2503. ÆCIDIUM *Pini:* solitarium seriatum, sacculo interno extrorsum distento oblongo compressoque demum basi circumscisso, seminulis aurantiacis. *Pers. syn. p.* 213. *Schlechtend. berol. p.* 117. — In ramulis Pini sylvestris: sacculo singulo sæpe ultra tres lineas longo, sed in foliis ejusdem arboris multo minore.

2504. ÆCIDIUM *cornutum:* congestum, epidermidis interioris tubulis cylindricis curvulis apice in lacinias inæquales angustas fissis. *Pers. syn. p.* 205. *obs.* 2. *p.* 4. *t.* 4. *f.* 2. 3. *Wahlenb. lapp. n.* 1019. *Schlechtend. ber. p.* 111. (Cæoma). — Lycop. cornif. *Flor. Dan. t.* 838. — In Sorbi Aucupariæ foliis. Cornua interdum latere rumpuntur et sic tota tres lineas longa evadere possunt.

2505. ÆCIDIUM *penicillatum:* congestum, epidermidis interioris coronulis in fila tenuissima recta demum libera partitis. *Alb. et Schwein. p.* 320. *Schlechtend. ber. p.* 111. *Fl. Dan t.* 830. (Lycop.) *Pers. syn. p.* 206. *t.* 4 *f.* 7. 8. (Oxyac.). — Æ. laceratum *Decand. fl. fr.* 2. *p.* 247. *suppl p.* 98 — in foliis Mali, Padi, Oxyacanthæ etc., in quibus parum differt.

2506. ÆCIDIUM *cancellatum:* congestum, cellulosæ interioris cono elongato apice calloso inferne dehiscente in fila tenuissima. *Pers. syn. p.* 205. *Jacqu. austr.* 1. *p.* 13. *t.* 17. opt. *Fl. Dan. t.* 704. — In foliis Pyri communis præsertim cultæ rarius, in callis crassioribus innatum quam præcedens.

2507. ÆCIDIUM *Berberidis:* cæspitosum macula circumscriptum, epidermidis interioris sacculo subemerso flavo margine denticulato reflexo. *Pers. syn. p.* 209. *Schlechtend. ber. p.* 112. *Fl. Dan. t.* 1605.

2508. ÆCIDIUM *Ranunculorum:* cæspitosum, epidermidis interioris sacculo emerso pallido margine den-

ticulato reflexo, seminulis aurantiacis. *Pers. syn. p.* 210. *Schlechtend. ber. p.* 113. *Sowerb. fung. t.* 397. *f.* 4. *Decand. fl. fr. suppl. p.* 97.

2309. ÆCIDIUM *Tragopogi:* sparsum, epidermidis interioris sacculo albo margine lacero, seminulis flavis. *Pers. syn. p.* 211.

Æ. cichoracearum *Decand. fl. fr.* 2. *p.* 239.

2310. ÆCIDIUM *Epilobii:* sparsum subimmersum, margine subintegro albicante, fundo livido, seminulis pallescentibus *Decand. fl. fr.* 2. *p.* 238. *n.* 640. *Schlechtend. in Hor. phys. Berol. p.* 96. — in foliis præsertim radicalibus subsucculentis Epilobii alpini etc. frequenter. Vesiculas tenuissimas refert, quæ præcipue extrorsum membrana evanescente præditæ nullas fimbrias vel dentes relinquente.

2311. ÆCIDIUM *Phacæ frigidæ:* sparsum superficiale, cupulis demum explanatis subintegris lividis, seminulis fuscis. *Wahlenb. lapp. n.* 1020. — in foliis Phacæ frigidæ Lapponiæ superioris. Cupulæ capillo tantum triplo latiores, epidermidi valde homogeneæ, tenuissimæ, evanescentes: seminulis tamen persistentibus et demum totam paginam occupantibus.

2312. ÆCIDIUM *obvelatum:* dilatatum obvelatum epidermide scariosa nitente demum undique circumscissa, seminulis fuscis. Lyc. rubellum *Liljeblad fl. ed.* 2 *p.* 460? — in pagina superiore foliorum Ribis rubri. Maculæ epidermidis elevatæ sæpius lineam latæ. Seminulis oblongis pedicellatis ad Puccinias et speciatim P. Anemones accedit.

2313. ÆCIDIUM *interstitiale:* dilatatum inter costas foliorum irregulariter expansum primum epidermide tectum demum eâdem circumscriptum, seminulis luteis. *Schlechtend. in Hor. Phys. Ber. p.* 96. *t.* 20. *f.* 13. — in foliorum pagina inferiore Rubi arctici per Bottniam et Lapponiam inferiorem. Maculæ epidermidis solutæ sæpe ultra sesquilineam longæ.

2314. ÆCIDIUM *Alchemillæ:* elongatum ad venas foliorum primum epidermide lutescente tectum demum eàdem limitatum, seminulis luteis. *Pers. syn. p.* 215. (Uredo).

2315. ÆCIDIUM *Ledi:* subrotundum in areola singula solitarium margine epidermidis cinctum, seminulis aurantiacis. *Schlechtend. berol. p.* 122. *Wahlenb. lapp. n.* 1022. (Uredo).

2316. ÆCIDIUM *Salicis pentandræ:* seminulis nudis acervatim exsudantibus primum flavis demum umbrinis — in pagina inferiore foliorum autumno.

2317. ÆCIDIUM *Carbo:* seminulis aterrimis minutissimis coacervatis intra glumas graminum ex. gr. Agrostidum. *Decand. fl. fr. suppl. p.* 76. — Seminula sequentium omnium minima utpote capillo circiter decies angustiora, demum pulveris instar sponte aufuga. — Huic proximum videtur Æ. hypodytes in Elymo arenario genicula occupans et flectens ut supra monuimus. Hoc Æ. Carbo apud nos præsertim Triticum langvescens infestat et Svecice dicitur *Sot*, *Sådes-sot*, *Sot i Hvete*, (*Sotigt hvete*), magis atro-inquinans, minus perniciosum. — Contra autem Uredo Caries Decand. fl. fr. suppl. p. 78. omnino foetens est, longe præcocius et citius nec non magis active et modo contagioso Cerealium nucleum adurens, australioribus magis quam nostratibus nota, Svecice *Brand*, *Kallbrand*, *Kornbrand*, (*Brandig såd*), utpote etiam magis cum frumento advena potius ad Floram hospitam Sveciæ quam præsentem indigenam pertinet.

2318. ÆCIDIUM *urceolorum:* seminulis nigerrimis subcoadunatis intra capsulas Caricum, Luzularum etc. *Decand. l. c. p.* 78. *Pers. syn. p.* 225. (Caricis). — Seminula ejus fere duplo majora quam in Æ. Carbone, hinc etiam sub microscopio magis opaca, vix unquam sponte a se invicem separata, itaque non aufuga et non inquinantia.

2519. ÆCIDIUM *lineare:* longissimum primum flavum demum nigrescens, seminulis oblongatis. *Pers. syn. p.* 216. (Uredo). *Decand. fl. fr. suppl. p.* 84. — in foliis culmisque graminum rarius, quodammodo transitum ad genus Pucciniæ efficiens.

Ab hoc diversa dicitur U. Rubigo-vera Decand. l. c. p. 83, quæ Svecice *Röd-Rost*, cum U. Carie respectu temporis, noxæ etc. quodammodo analoga, nec commutanda cum nostro vulgari *Rost*, *Mörk-* vel *Svart-Rost* jam insequente.

556. PUCCINIA.

Pers. syn. p. 225. Link Berl. Mag. Vol. 3. p. 7. et Vol. 7 p. 29.

Seminula in cæspitulum conglomerata, subturbinata, pedicello adhærentia, septulis singulis vel pluribus intus divisa, magis nuda et prominentia. — *Est quasi continuatio generis præcedentis, tamen ordine inverso, ita ut minoribus graminum incipiatur procedendo ad majores fruticum dicotyledonearum usque dum in Rosaceis iterum maximæ Æcidiis Pomacearum quodammodo parallelæ.*

2520. PUCCINIA *graminis:* sublinearis, seminulis primum fuscis demum nigris elongato-clavæformibus: loculo superiore rotundato, inferiore in caudam longam attenuato. *Persoon syn. p.* 228. *Schlechtend. ber. p.* 131. *Decand. fl. fr. suppl. p.* 59. — Uredo frumenti *Sowerb. fung. t.* 140. — In culmis vaginis etc. fere omnium Graminum. Seminula grandiora quam proxime praecedentium, longitudine tota latitudinem capilli superantia et latitudine sua maxima, quintam partem capilli aequantia, ceterum utpote adfixa vix sponte delabentia vel inquinantia, sed tantum detrita ob pelluciditatem subferruginea. Hinc frumentum langvescens autumnum versus inhabitantia prae ceteris subsimilibus Svecis *Rost* vel *Mörk-Rost.*

2520*. PUCCINIA *Anemones:* ovalis seriatim disposita demumque in lineas confluens inquinans fusca, seminulis medio valde constrictis utrinque rotundatis. *Pers. syn. p.* 226. *obs.* 2. *p.* 6. *t.* 6. *f.* 5. — Æcid. fuscum *Sowerb. fung. t.* 53. — in pagina inferiore

foliorum etc. *Anemones nemorosæ* etc. verno tempore.

2321. PUCCINIA *mucronata*: e stromate confertim exserta vel evagans, pedicellis inferne inflatis superne linearibus pellucidis, clavulis subtriannulatis opacis extrorsum mucronatis. *Persoon syn.* p. 230. *Martius fl. erlang.* p. 322. — Aregma mucr. *Fries obs.* 1. p. 225. *Aspegren bleking.* p. 103. — in pagina inferiore foliorum vegetantium Rosarum ex. gr. collinæ, sed frequentius cultarum ex. gr. albæ. Basis vel stroma ejus flavum etiam in pagina superiore conspicuum, interdum in inferiore Æcidii formam assumit. Clavulae pulchre carneae quam in P. graminis plus duplo majores, latitudine dimidii capilli humani. Mirum quantum hae clavulae sacculis illis angustis Roesteliarum analogae!

557. STILBOSPORA.

Hoffm. germ. t. 13. f. 2. 3. Pers. syn. p. 96. Link Berl. Mag. Vol. 7. p. 30.

Seminula plerumque pyriformia, obsolete annulata, sæpe inter se coadunata in verrucas convexas atras, *Sphæriis epixylis non dissimiles vel quasi Pucciniam conflatam referentes.*

2322. STILBOSPORA *pyriformis*: verrucis elevatis irregularibus magnis atris stromate tenuissimo substratis. *Hoffm. l. c. f.* 2. *Pers. l. c.* (ovata). *Fries exsicc. n.* 214.

Hab. in ramis emortuis arborum frondosarum rarius.

558. MELANCONIUM.

Link Berl. Mag. 3. p. 9. t. 1. f. 7.

Seminula subglobosa, nuda, libera in superficie stromatis globosi sub epidermide ramorum mortuorum latentis.

2323. MELANCONIUM *atrum*: stromate subtus sulco notato atro, seminulis concoloribus. *l. c.* — in ramulis exsiccatis Fagi.

2324. MELANCONIUM *discolor*: stromate lævi atro apice pallescente. *Fries exsicc. n.* 298.

559. SPORIDESMIUM.

Link Berl. Mag. Vol. 3. p. 41. t. 2. f 64. -- Vol. 7. p. 40.

Seminula elongata præcipue versus basin attenuata in pedicellum subfiliformem, tota subarticulata a se invicem libera, quamquam congregata. — *Genus inter fungillos pulveraceos* (Stilbosporam) *et mucoroideos articulatos* (Racodium) *fere medium.*

2325. SPORIDESMIUM *atrum:* cæspitibus angustis longiusculis — e lignorum fabrefactorum vasis radiantibus, ubique usque in Lapponiam. — An huc etiam Exosporium Tiliæ quamquam stromate substratum, nam stromata plerumque efformantur in cortice arborum, sed desiderantur in partibus decorticatis vel etiam cortice nunquam præditis graminum etc.

560. FUSARIUM.

Link Berl. Mag. Vol. 7. p. 31. -- Vol. 3. p. 8 et 10. f. 5 et 10.

Seminula fusiformia e stromate provenientia et primum superficie communi epidermidis coacervata, semper cum stromate lætius colorata (nunquam ut in præcedentibus 4 generibus atra), — *in herbarum caulibus emarcidis.*

2326. FUSARIUM *roseum:* stromate hemisphærico roseo, seminulis dilutioribus. *ll. cc.* — in caulibus Malvacearum.

561. ÆGERITA.

Pers. syn. p. 684. Link Berl. Mag. 3. p. 34.

Seminula globosa provenientia e stromate inferne firmo.

2327. ÆGERITA *candida:* conferta candida. *Pers. l. c. Hoffm. germ. t. 9. f. 1.* (Sclerotium). — in Alni ligno et cortice.

562. TUBERCULARIA.

Tode meckl. p. 17. Pers. syn. p. 111.

Seminula cum massa subgelatinante conjuncta in stratum convexum persistens basi stipitiformi sustentatum. — *Fungillus ob conflatam materiem seminum magis persistenter coloratus et propter basin stipitiformem*

a cortice (nec ligno) *ortam magis protuberans quam affines.*

2528. TUBERCULARIA *vulgaris:* miniata undique rugosula, basi stipitiformi pallida. *Pers. syn. p.* 112. — Sphær. miniata *Bolton fung. t.* 127. *f.* 1. Tremella purpurea *Linn. svec. n.* 1142. *Hoffman veg. cr.* 1. *p.* 29. *t.* 6. *f.* 2.

Hab. optime colorata et quam frequentissima in ramis Ribesiorum, sed in Ulmorum etc. citius decoloratur et fuscescit.

563. ERYSIBE.

Decand. fl. fr. 2. *p.* 272. *Schlechtend. Berl. Verh.* 1. *p.* 46. *t.* 1. *f.* 5.
Mucor Erysiphe *Linn.*

Seminula pauca intra membranam s. sacculum minutum, basi radiis byssaceis folio vivo adnexum, demumque capillitio subsimili obtectum et forsan eodem sine ruptura progerminantem. — *Fungillus minimus ambiguus, forsan Mucori præcipue herbariorum* (Eurotio Link) *proximus, sed, quum seminula maximam partem fungi constituant et singulari modo progerminent, huc relatus. Inhæret superficiei vivae foliorum, fere non mutatorum, et utpote vix penetrans vel adurens etiam Svecis Mild-dagg s. Honingsdagg vel ob colorem Mjöl-dagg dicitur, sed copia sua nocivus evadit et præsertim florescentiam impedit. Occurrit præcipue in stolonibus nimium succosis locorum occultissimorum versus autumnum humidum, et in hortis cultisque magis quam in spontaneis, hinc etiam de speciebus multis enumerandis et definiendis hoc loco minus sollicitus ero, præsertim cum notis minimis sacculi, capillo non latioris, fundatæ sint.*

2529. ERYSIBE *communis:* subiculi floccis adpressis contextis effusis, sacculis minutis numerosissimis demum nigro-fuscis. *Schlechtend. ber. p.* 168. *Wallroth Berl. Verh.* 1. *p.* 51. (Alphitomorpha). — Muc. Erysiphe *Linn. svec. n.* 1292. *it. vestgoth. p.* 28. — in pagina superiore, communis herbis ad-

modum variis, ut Pisis, Thalictris, Polygonis, Convolvulis, Aquilegiæ, Heracleo, Scandici, Soncho arvensi, Lithospermo arvensi, Circææ.

2330. ERYSIBE *Aceris*; subiculi floccis in pelliculam contiguam determinatam contextis, sacculis sparsis majusculis capillitio multiradiato apice furcato. *Decand. fl. fr. suppl. p.* 104. — Alphitomorpha bicornis *Wallroth Berl. Verh.* 1. *p.* 38. — in pagina superiore foliorum Aceris platanoidis frequenter.

2331. ERYSIBE *Coryli*; subiculi floccis sparsis laxisque, sacculis dispersis majusculis demum apertis nucleum hyalinum emittentibus: capillitio demum genuflexo sacculum elevante. *Decand. fl. fr.* 2. *p.* 273. — E. vagans *Bernard. sicil.* 3. *p.* 19. *t.* 4. *f.* 5. — Alph. guttata *Wallroth l. c. p.* 42. — in pagina inferiore Coryli aliarumque Amentacearum, ubi filis arachnoideis parcis laxis vel a folio fere solutis, sacculisque sæpe quasi pendentibus minus conspicua, sed singularis et a præcedentibus facile distingvenda.

ADDENDA,

EMENDANDA ET CORRIGENDA.

Numerus primus (major) est speciei, secundus (minor) lineam sub hac specie numerandam significat. Ut autem locus eo facilius reperiatur, dein nomen abbreviatum speciei etiam adjunctum est.

2\. 7. HIPP. *vul. β Reichenb. ic. t.* 86. *f.* 182.
3\. 6. LIG. *vulg. Wikstr. ib.* 1824. *p.* 456.
4\. 6. CIRC. *lut. Wikstr. ib.* 1824. *p.* 451.
15. —— Halleberg inter Ättstupan et Lilla Hjerptorpet.
5\. 11. CIRC. *alp.* prope Quickjock ad Njammats et prope Vålgsjö: *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 185.
14. —— etiam in maritimis: ut Stockholmiæ ad Nacka, in Djurgården, Lidingön etc.: *Carl Stenhammar.*
6\. 10. VER. *spic. Fries hall. p.* 14.
13. —— γ V. hybrida β ib.
7\. 15. VER. *longif.* Uplandiæ ex. gr. Upsaliæ ad Vitulfsbergsträsk prope peninsulam et ad Bälinge in prato Bak-Faxan.
16. —— ad Glan in Risinge, prope Norrköking: *Carl Stenhammar.*
8\. 5. VER. *mar. Reichenb. ic. t.* 35.
13\. 8. VER. *Becc.* ad Angermanniam maxime meridionalem: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p* 177.
16\. 10. VER. *mont.* in omnibus sylvis a Gilleskrufven ad Krageholm usque: *Fries.*
17\. 8. VER. *Cham.* ad Ramsele et Umeå: *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181. 188.
18\. 7. VER. *agr. Fries femsjon. p.* 11. *not.* 2. *Regensb. Bot. Z.* 1822. *p.* 422. *Sprengel syst. veg.* 1. *p.* 75.
15. —— dein ad Säbrå Angermanniæ meridionalis: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 177.

23\. 5. PING. *alp. Reichenbach ic. t.* 81. *f.* 166.
6. —— *β ib. f.* 168.
7. —— *ib. f.* 167.
24\. 4. PING. *vulg. Reichenb. ic. t.* 84. *f.* 175.
25\. 4. PING. *vill. Reichenb. ic. t.* 83. *f.* 172. 173. foliorum respectu minus bona.
27\. 5. UTR. *min. Schmidel. ic. p.* 79. *t.* 21.
31\. 7. ANTH. *od.* existunt tamen in Vermelandia ferrimontana tam pineto-sylvestres regiones (ex. gr. circa Gammelkroppa), ut omnino desideretur.
34\. 5. FED. *olit.* — *Reichenb. ic. t.* 60. *f.* 121.
35\. 8. FED. *mixt.* — *Reichenb. ic. t.* 62.
10. deleatur tota secundum Reichenb. ic. t. 114.
15. *post* Böda *adde:* Björnholda, Replinge etc. *Fries.*
37\. 7. SCHOEN. *Mar. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 452.
14. Vestrogothiæ prope Höjentorp pluribus locis in congerie lacuum minorum infra Billingen sitorum.
39\. 8. SCHOEN. *ferr.* Oelandiæ ad Horns-sjön: *C. Stenh.*
10. —— ex. gr. in Östhammars stormossa et Lungeängen ad Börstel.
42\. 10. CYP. *fusc.* Gotlandiæ paroecia Wamblingbo ad Roffins ubi acidulæ juxta Långmyr ejusque finem septentrionalem copiose: *J. H. Wallman.*
43\. 7. SCIRP. *cæsp. femsjon. p.* 6. 11. (*Ramme* dictus, non nisi tertio quovis anno in pabulum demetendus).
46\. 7. SCIRP. *ac.* tantum usque ad Anundsjö Angermanniæ: *Læstadias Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 180.
47\. 4. SCIR. *fluit.* — *femsjon. p.* 11. *not.* 4.
49 14. SCIRP. *ruf.* nec non Sudermanniæ prope Dalarö ad Sandmar et in insula Velinge: *Carl Stenhammar.*
51\. 6. SCIRP. *mar.* etiam aquam dulcem excipientibus.
52\. 12. SCIRP. *sylv.* nisi ad Djupsjön Angermanniæ septentrionalis: *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 181.
53\. 13. SCIR. *lac. β* Sudermanniæ extra Dalarö in insula Velinge: *Carl Stenhammar.*
55\. 6. ER. *polyst. Regensb. bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 98.
61\. 9. PHAL. *arund.* usque ad Vâlgsjö et Storbacken

(nec in illis regionibus altius versus alpes): *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 183.

64. 7. PAN. *vir. Wikstr. ib.* 1824. *p.* 452. 456.

16. —— Bahusiam ad Uddevalla.

19. —— ad Omberg infra Södra Djurledet.

70. 4. ALEP. *prat. Fries femsjon. p.* 5.

12. —— excepta Smolandia occidentali usque ad Vexiö.

73. 8. AGR. *spic. v.* nec non Skellefteå Vestrobottniæ, sed Lapponiæ cito disparens: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 182. 183. 189.

75. 12. AGR. *alp.* Angermanniæ ad Tåsjöberget: *Læstad.*

76. 5. AGR. *alg.* Phipsia algida *Trinius* in *Regensb. bot. Zeit.* 1824. *Beil. p.* 99.

78. 7. AGR. *stol. Fries femsjon. p.* 12.

79. 8. AR. *sylv.* A. lapponica *β Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 161.

11. —— et exitum fluminis Ångermanån extra Nora: *Læstadius ib. p.* 179.

β Vermlandiæ ad fodinas Tabergenses, Angermanniæ ad Tåsjöberget, Upsaliæ ad Börjesjö.

80. 4. AR. *lapp. Sv. Bot. t.* 649.

8. —— descendens ad Luleå, Ytter-Lännäs, Ramsele et Anundsjö Angermanniæ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 185.

86. 7-8. AR. *balt.* A. maritima *Agardh Regensb. Bot. Zeit.* 1824. *p.* 561.

90. 7. AIR. *alp. Deinboll Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126.

93. 4. AIR. *atr. Deinb. Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126.

95. 12. AIR. *car. loco* A. flexuosa etc. *lege* A. flexuosæ var. vel potius A. uliginosa Weihe in Reichenb. ic. t. 150. jam copiose in Smolandia occidentali lecta a Cel. *Fries.*

96. 7. AIR. *præc. Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 456. (*Fries femsjon. p.* 5).

13. —— Bahusiæ usque ad Marstrand et ad Uddevalla frequenter.

14. —— Calmariensis regionis meridionalis.

97. 12. MOL. *aqu.* dein vix nisi ad exitum fluminis Ån-

germanån ad Bjerträ: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 179.

100. 8. MEL. *un. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 452. 457.
11. —— *loco* Bornholm *lege* Borgholm.
14. —— Calmariensi Gubernatione ex. gr. ad Döderhultsvik: *Fries*; Bahusiæ in Orost.

101. 6. MEL. *cil. Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 447.
13. —— et Alfvastra-branter.
14. —— nec non Sudermanniæ exterioris in plerisque insulis ex. gr. Utö, Björnö, Ornö etc. copiose: *Carl Stenhammar.*

105. 3. HIER. *alp. Regensb. bot. Z.* 1824. 2. *Beil. p.* 113.

106. 7. BRIZ. *med.* Medelpadiæ in Siljeberget: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 177.

108. 9. POA *flex.* P. arctica *Regensb. bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 104. Pedunculi et flores graminum in alpinis arcticis lævigati fiunt, hinc mihi varietas P. flexuosæ Host.

110. 11. POA *triv.* Arjeplog Lapponiæ Pitensis: *Læstad.*

111. 10. POA *sud.* Blekingiæ ad Elleholm, sed copiosissime Ostrogothiæ territorii Kinda ex. gr. in monte pone Borgberget: *Fries.*
11. Angermanniæ supremæ ad Tåsjöberget: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 185.

114. 6. POA *ang.* — *femsjon. p.* 12.

117. 16. GLYC. *aqu.* Norrköping etc.: *Carl Stenhammar.*

118. 10. GLYC. *flu.* Vestrobottniæ maxime meridionalis ad Stöksjö: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 181.
17. —— eam tamen Germanorum vera Mannagrütze non præstare, constat ex Regensb. Bot. Zeit. 1824. p. 457-463.

124. 11. FEST. *el.* usque ad Skellefteå Vestrobottniæ et Erkrik Angermanniæ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 182.

126. 14. FEST. *don.* ad Finspång in Finspångsjön: *Carl Stenhammar.*

128. 9. BROM. *sec. Fries femsjon. p.* 12.
15. —— excepta Lapponia: *Læstadius Vet. Handl.* 1824. *p.* 184.
17. —— Smolandiæque adjacentis.

151. 9. BROM. *arv.* excepta quoque Lapponia: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824 *p.* 183.
154. 14. BROM. *asp. post* Omberg *lege;* loco humido margaceo maxime umbroso ad rivulum infra Västraväggar intra scopulum Flintan dictum, tantum.
156. 8. BROM. *gig. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 452.
—— Upsaliæ infra rupes Godtsundenses.
157. 2. BRACH. *pinn.* culmo glabro.
6. —— β culmo hirto.
158. 7. AV. *fat.* usque ad Angermanniam et Vestrobottniam: *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 187, 189.
143. 9. AV. *sub. Regensb. bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 112. Semen exsulcum lateraliter compressum!
145. 13. DACT. *crist.* (glauca).
18. —— α Scaniæ septentrionalis interioris: *Åkerman.*
22. —— *loco* Sudermanniæ *lege* Calmariensis gubernationis extra Loftahammar? *Tôrner.*
146. 19. SESL. *cær.* nisi Scaniæ ad Årup adest: *Åkerman.*
155. 5. EL. *aren. Fries femsjon. p.* 11. *not.* 5.
11. —— et ad flumen Lagam.
154. 10. ELYM. *eur.* Oelandiæ in sylvis prope Tveta occidentem versus abunde: *Fries.*
158. 10. HOL. *umb.* Gotlandiæ multis locis: *Sundevall.*
161. 8. SCAB. *arv.* scil. Sollefteå: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
163. 21. SCAB. *col.* infra Stocklycke.
22. —— Sudermanniæ maritimæ extra Dalarö in Mörtö, Bunsö: *Carl Stenhammar.*
164. 6. SCAB. *svav. Reichenb. ic. t.* 76.
165. 8. SHER. *arv. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 457.
17. —— Bahusiæ ad Uddevalla.
166. 13. ASP. *odor.* nec non circa lacum Venern in Daliam usque.
167. 6. ASP. *tinct. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 452.
10. —— Calmariensis gubernationis usque ad Wimmerby: *Carl Stenhammar.*
13. —— nec non in Halleberg.
169. 6. GAL. *trif. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 111. 447.
7. —— *femsjon. p.* 12. *not.* 7.

169. 11. GAL. *trif.* et ejus finem occidentali-septentrionalem.
171. 17. GAL. *pus.* etiam Vestrogothiæ transitionis ad lacum Lången prope Sparresäter: *A. Holmblad.*
172. 7. GAL. *sax.* *Fries femsjon. p.* 7. 12.
174. 9. GAL. *ver.* Botheå Angermanniæ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
177. 5. GAL. *svav.* *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 185.
11. —— nec non Angermanniæ ad Sollefteå in Djupdalen.
178. 8. GAL. *Ap.* usque ad Glommers träsk Lapponiæ Pitensis: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824 *p.* 183.
183. 5. PLANT. *med.* *Sv. Bot. t.* 631. *Fries fems. p.* 4.
8. —— et rarescens Hallandiæ, Gothoburgi etc.
9. —— Angermanniæ ad Sollefteå: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
184. 4. PLANT. *lanc.* *Sv. Bot. t.* 632.
188. 11. CORN. *svec.* — *fems. p.* 7. 12. *Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 453.
189. 5. TRAP. *nat.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 456?
192. 20. APHAN. *arv.* Calmariensis gubernationis paroeciæ Lofta ejusque planitiei littoralis ad Åkerholm etc. *Carl Stenhammar.*
195. 5. POT. *ruf.* *Reichenb. ic. t.* 184.
12. —— Ab Arjeplog (minus), Gafsele Åselensium: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 183.
197. 9. POT. *gram.* *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 162. cum varietatibus.
199. 7. POT. *flex.* — *Reichenb. ic. t.* 185.
204. 4. POT. *lat.* — *Schlechtend. berol. suppl. p.* 245.
5. —— P. acutifolius *Reich. ic. t.* 176. *f.* 309. *β.* stipulis majoribus laceratis. P. Zosteræfolius *Reichenb. ic. t.* 175. *f.* 308.
7. —— Medelpadiæ ad Sillånger: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 177. Nordlandiæ Norvegicæ ad Salten: *Sommerfelt.*
205. 4. POT. *mar.* intra Ålön vel in Ålösund copiose, ad Hässlinge insulæ Ornö et ad Södra Stäket prope Bo-capell; nec non Calmariensis gubernationis paroeciæ Lofta prope Lerboholms lastageplats: *Carl Stenhammar.*

206. 9. POT. *pect.* dein in mari Angermanniæ ad Nora: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
207. 3. RUPP. *mar. Sv. Bot. t.* 650.
8. —— *Reichenb. ic. t.* 174. *f.* 307.
γ. tenuis rostellata *Ib. f.* 306.
17. γ. in aqua minus salsa Ostrogothiæ in Mörjevik et Sudermanniæ ad Utö, Norr Ljusterö etc. copiose.
209. 13. SAG. *ap.* argillaceo-rigidissimis.
17. —— β in maritimis Bahusiæ frequenter usque ad Marstrand: *P. F. Wahlberg.*
18. —— Calmariensis gubernationis et Oelandiæ ex. gr. ad Färgstaden: *Fries.*
21. —— α Pedunculi tam tenues, ut sæpe flexuosi et interdum vage reflexi (sicut in Sv. Bot.), nec definite incurvi ut in S. procumbente.
210. 4. TILL. *aqu. Laestad. Vet. Ac. H.* 1824. *p* 180.
211. 14. ECH. *vulg.* Quod desiderentur omnes Asperifoliæ præter duas Myosotides primarias in Smolandia occidentali æque ac in Vermlandia ferrimontana, in genere notari meretur.
212. 7. LITH. *off. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 441.
13. —— usque ad Gestriciam in insula Rödmaren.
213. 9. LITH. *arv.* Anundsjö Angermanniæ: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180. 188.
215. 17. PULM. *ang.* A nostra planta non differt P. azurea *Bess.* ex Ukrania nisi corolla paullo majore.
216. 10. PULM. *mar.* et in Skutholmen par. Tanum: *P. F. Wahlberg.*
218. 6. LYC. *arv.* usque ad Säfvar Vestrobottniæ: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181.
221. 5. MYOS. *scor.* — *Reich. in Sturm. Deutschl. Fl. n.* 2.
10. —— β *Ib. n.* 8.
12. —— *. major strigulosa: *Ibid. n.* 4.
222. 4. MYOS. *arv. Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 183. 188. 189.
5—6. —— M. intermedia *Reichenb. Ibid. n.* 14.
11. —— γ M. collina *Ibid. n.* 12. *Fries Phys. Sällsk. årsb.* 1824. *p.* 57.
14. —— β in Tåsjöberget Angermanniæ.

222. 16. MYOS. *arv.* Memorabile omnino, quod hujus et præcedentis speciei primaria forma sola in Smolandia occidentali etc. adsit, a quibus formis primariis et cardinalibus orire videntur ceteræ per regiones magis magisque campestres et littorales dispersæ, usque dum ad versicolorem, ne dicamL appulam, perveniamus.

223. 6. MYOS. *strict.* M. arvensis *Reichenb. l. c. n.* 15. 16.
9. —— *β Ibid. n.* 13. *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 457. (*Fries femsjon. p.* 5.).
16. —— vel etiam in arenosis maritimis ex. gr. ad Qville Bahusiæ, Calmariensis Gubernationis, Ostrogothiæ.

224. 8. MYOS. *defl. Schlechtend. Berl. Mag.* 8. *p.* 232.

228. 10. PRIM. *ver.* ad Hernösand: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 178.

229. 6. PRIM. *el.* etiam nunc copiose ad Öfvedskloster: *Fries Phys. Sållsk. årsb.* 1824. *p.* 54.

236. 6. LYS. *Num. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 448.
13. —— Sudermanniæ ad Thorshälla et Östby.

240. 7. CONV. *sep. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 449.
9. —— Calmariensis gubernationis, Ostrogothiæ; *Carl Stenhammar.*
11. —— nec non ad Westerås.

241. 14. POL. *cær.* per Siljeberget: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 176.

242. 13. CAMP. *pers.* Ad exitum fluminis Angermanniæ usque ad Bjertrå: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 179.

243. 15. CAMP. *pat.* Grythyttan, Bondbyn.
21. —— Ed Calmariensis Gubernationis copiosissime: *Carl Stenhammar;* Nericiæ ad Askersund: *Gust. Becker.*

248. 7. CAMP. *Trach.* C. urticæfolia *Schlecht. ber. p.* 144.
10. —— dein raro ad Tuna Medelpadiæ: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 176.

251. 16. CAMP. *Cerv.* Notabile videtur etiam hanc succosam formam sicut omnes campanulas foliis latioribus desiderari extra Lagam in Smolandia,

ubi etiam ceteræ grandiores species generis denique adeo rarescunt, ut tandem sola C. rotundifolia restet: *Fries fems. p.* 4. 13. *not.* 10.
252. 7. SAM. *val.* (*Fries femsjon. p.* 5).
11. Adjacentis Scaniæ usque ad Krogstorp (*Akerman*), Calmariensis gubernationis usque ad Westervik adscendens: *Carl Stenhammar.*
254. 5. LON. *xyl. Fries halland. p.* 43. (*fems. p.* 5).
10. —— (excepta tamen Hallandia meridionali, Smolandia occidentali et media).
15. —— Angermanniæ ad Tåsjöberget: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
256. 18. VERB. *Thap.* sed ut pleræque plantæ ruderales abest in Smolandia occidentali, provenit orientem versus primum ad Helgevarma, et denique in Oelandia quam maxime ruderali in varietates mire luxuriat cum sequente se jungens.
257. 16. VERB. *nig.* Siljeberget Medelpadiæ: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 176.
258. 6. HYOSC. *nig. Laestadius ib.* 1824. *p.* 179.
263. 5. RHAM. *Frang. Laestad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 183.
264. 9. RIB. *alp.* ad Ramsele Angermanniæ: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
10. —— *loco* tantum *lege* præsertim.
268. 8. HED. *Hel.* — *femsjon. p.* 13.
20. —— etiam Calmariensis gubernationis ex. gr. in paroecia Ed ad Hultö et Wråka sylvas totas perflectens: *Carl Stenhammar.*
36. —— *loco* primo vere *lege* sero autumno.
269. 6. GLAUX *m.* usque ad Råneå: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 182.
270. 8. THES. *alp.* (*Fries femsjon. p.* 4).
12. —— Åreda (in paroecia Himmesjö non procul a Vexiö) ut finis occidentalis.
272. 14. ER. *Cent. loco* Södra Vi *lege* Norra Vi in Ydre-härad Ostrogothiæ, etiam ad Lofta.
273. 6. ER. *ang.* E. linarifolia *Reichenb. ic. t.* 88.
19. —— sed β* intra littora Scaniæ magis evagat, ibique se melius distingvit.
274. 5. GENT. *Pnev. Sv. Bot. t.* 651.

274. 6. GENT. *Pnev. Aspegr. blek. p.* 105. *Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 453.
12. —— Blekingiæ ad Mörrum.
275. 7. GENT. *niv. Laestadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 186.
10. —— descendens ad Anundsjö et Ramsele Angermanniæ.
276. 6. GENT. *serr. Deinb. in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 125.
13. —— *loco* Pasvig *lege* Peizen.
277. 7. GENT. *inv. Deinboll l. c.*
279. 13. GENT. *camp.* et prope mare ad Ava in Nordmaling: *Laestadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 181.
280. 6. GENT. *Am. Agardh Phys. Sållsk. årsb.* 1824. *p.* 27. cum varietatibus, quarum β G. axillaris Reichenb. ic. t. 130. δ G. uliginosa Ib. t. 58. ambæ Sveciæ australioris plantæ.
8. —— ad Åsele et Umeå tantum: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181.
287. 9. CHEN. *alb. Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 187. 189. (Ch. viride).
295. 9. SALS. *kal.* quamquam denique non quovis loco.
296. 9. ULM. *camp.* β ad 297. ULM. *eff.* ut synonymon pertinet: *Fries.*
298. 7. HYD. *vulg. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 453. 457.
15. —— ad Halleberg et prope Såtenäs ad Vispbäcken.
301. 5. BUPL. *ten. Reichenb. ic. t.* 167. nimis macra.
303. 13. DAUC. *Car.* Norrköping, Söderköping et Calmariensem Gubernationem in Ed, Lofta etc. *Carl Stenhammar.*
306. 10. SEL. *pal.* rarescit tamen in Lapponiis elevatioribus meridionalibus supra Sollefteå: *Laestadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
309. 7. ATH. *Lib.* (*Fries femsjon. p.* 5).
10. —— Smolandiam orientalem et
311. 6. LAS. *lat.* (*Fries femsjon. p.* 4).
12. —— regionis Helgasjö.
312. 7. HER. *Sph. Laestadius ib.* 1824. *p.* 180. 188.
11. —— β *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 441.
18. —— Calmariensis regionis ex. gr. ad Casimirsborg par. Gamleby (*Stenh.*), Gestriciæ etc.

533. 5. ANG. *Arch. Sv. Bot. t.* 633.
23. — — β. ex. gr. in Ornö, Kymmendö, ad Elgsnabben: *Carl Stenhammar.*
537. 12. SIUM. *ang.* syn. Friesii ad α pertinet.
538. 6. SIUM. *Falc. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 459.
10. — — nec non Gotlandiæ extra Wisby meridiem versus.
539. 21. SIS. *in.* Adscribitur generi novo: Helosciadium *Reichenb. ic. t.* 318. *f.* 365.
525. 15. SCAND. *tem.* Smolandiæ orientalis passim: *Fries femsjon. p.* 5.
532. 15. PIM. *Sax.* Angermanniæ ad Tåsjöberget et Ava in Nordmaling: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181.
536. 11. VIB. *Op.* et ad exitum fluminis Ångermanån: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 179.
538. 7. SAMB. *Eb.* etiam inter Döderhultsvik et Fredriksberg copiose, ad Westervik in prato Norrlandsäng: *Rosén.*
539. 7. TAM. *germ. emendatur ita:* vel glareosis fluminis maximi totius Norrlandiæ Ångermanån circa Sollefteå copiosissime: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 165. et ulterius ad Ed; nec non ad Indalselfven circa Fors: *J. E. Flodberg.*
544. 6. STAT. *Lim. Wikstr. ib.* 1824. *p.* 457.
11. — — in insula prope Stillingsön.
546. 5. LIN. *Rad. Sv. Bot. t.* 652. *Schlecht. berol. p.* 186.
7. — — *Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 459.
548. 6. MYOS. *min.* Angermanniæ ad Hernösand: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 178.
549. 17. ALL. *urs.* Sudermanniæ ex. gr. in Björnö, Ornö, Utö, et Calmariensis gubernationis in paroecia Ed ad Djursnäs et Helgenäs, in Lofta ad Vinö, in Gammelby et Blackstad: *Carl Stenhammar.*
550. 9. ALL. *Scor. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 446. 451.
20. — — etiam Sudermanniæ maritimæ in Utö, Ornö prope Löttinge etc. Roslagiæ in Grimsö prope Norr Ljusterö etc: *Carl Stenhammar.*

351. 13. ALL. *ar.* Calmariensis regionis *Fries fems. p.* 5.
14. — — versus Utön multis locis: *Carl Stenh.*
354. 12. ALL. *Schoen. loco* rarius *lege* frequenter: *Stenh.*
355. 6. FRIT. *Mel. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 450.
10. — — etiam Ostrogothiæ ad Adelsnäs paroeciæ Åtved.
358. ORN. *min.* β differe floribus extus rubicundis etc. in fig. cit. non satis expressis asserunt *Fries* et *Åkerman* (nec non *Schlechtend. berol. suppl. p.* 249.); sed ut solum synonymon subjicitur in *Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 50. — Ornithogala omnia in Smolandia occidentali sicut in regionibus aliis elevatioribus sylvestribus in primis septentrionalibus abesse, in genere notandum.
361. 8. NARTH. *oss. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 453. 457.
363. 5. CONV. *maj. Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 183.
364. 16. CONV. *vert.* Angermanniæ supremæ ad Tåsjöberget: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 180.
365. 10. CONV. *Pol.* ad Bjerträ Angermanniæ: *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 179.
369. 5. JUNC. *congl. Regensb. Bot. Zeit.* 1825. *p.* 89.
371. 22. JUNC. *glauc.* ceterum rarissime in Lastaktjavelk Lapponiæ Lulensis et prope Arjeplog ad molendinam: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 184.
372. 5. JUNC. *arct. Deinboll Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126.
377. 7. JUNC. *nodul.* syn. Friesii excludatur utpote ad sequentem pertinens.
12. — — tamen in Smolandia occidentali par. Femsjö cum multis aliis abest: *Fries femsjon. p.* 14. *not.* 15.
384. 7. JUNC. *squ. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 453.
386. 7. JUNC. *buf.* ex. gr. ad Glommersträsk Lapponiæ pitensis: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 183.
389. 8. LUZ. *parv.* β. intermedia:
395. 9. RUM. *mar. Fries halland. p.* 63. (quod syn. delendum sub sequente).
15. — — Hallandiæ non frequenter.
396. 12. RUM. *pal.* ad Hjelmaren ejusque oram septentrionalem prope finem orientalem infra Eka paroeciæ Lista: *Wilh. Elgenstjerna.*

397. 6. RUM. *obt.* *Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 442. (nisi adventitius).
398. 6. RUM. *Nem. Sv. Bot. t.* 653.
402. 13. RUM. *aqu.* β. ubi agros infestat: *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 188. 189.
407. 4. SCHEU. *pal. Fries femsjon. p.* 7. 14.
411. 4. ALISM. *ran. Reichenb. ic. t.* 37. *f.* 79.
412. 5. ALISM. *nat. Ib. f.* 77. 78.
416. 5. EP. *pub. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 446.
417. 4. EP. *riv. Reichenb. ic. t.* 170.
418. 5. EP. *mont. Reichenb. ic. t.* 189.
6. — — β. *Schlechtend. berol p.* 216.
419. 5. EP. *ros. Reichenb. ic. t.* 190.
9. — — Calmariensis Gubernationis ex. gr. ad Fårestad in par. Ed, Ostrogothiæ ad Norrköping, Sudermanniæ in Ornö etc. *Carl Stenh.*
420. 5. EP. *tetr. Fries femsjon. p.* 14. *not.* 18.
8. — — β. *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 451.
9. — — β. — *Reichenb. ic. t.* 198.
11. — — γ. E. obscurum *Reichenb. ic. t.* 199.
12. — — α. locis siccis adustis sylvarum in Femsjö Smolandiæ occidentalis.
422. 14. EP. *alp.* et Angermanniam prope Bjerträ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 186.
434. 9. POL. *dum.* Calmariensis gubernat., Ostrogothiæ.
10. — — prope mare orientale ad exitum fluminis Ångermanån in Nora: *Læstad. Vet. Ac. Handl* 1824. *p.* 179.
435. 5. POL. *amph. Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 183.
8. — — dein ad Åsele (et Vålgsjö) nec non
436. 13. POL. *Pers.* usque ad Tåsjöberget Angermanniæ et Skellefteå Vestrobottniæ: *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 180. 182. — nec Lapponiæ nisi cito disparens *Ib. p.* 182. 183. 188. 189.
437. 14. POL. *bif.* Gothoburgi pluribus locis et Sudermanniæ in insulis nec non Stockholmiæ passim.
438. 15. POL. *min.* Daliæ ad Åmål; Uplandiæ inter Kipplingeberg et Jumkil: *P. F. Wahlberg.*
439. 9. POL. *Hydr.* ex. gr. ad Nyland prope Bjerträ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 179.

443. 7. RHEUM. *dig.* — *Regensb. Bot. Z.* 1824. 2. *p.* 94.
449. 7. ANDR. *pol. Fries femsjon. p.* 7. 15.
457. 14. PYR. *med.* Vestrogothiæ in paroecia Undenäs ad Sätrabruk: *P. F. Wahlberg.*
461. 9. PYR. *umb. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 446. 449.
23. — — Roslagiæ ad Håtö copiose et exinde in regionibus maritimis usque ad mediam regionem Calmariensem quam frequentissime, quæ ora ejus patria optima esse videtur.
462. 12. CHRYS. *alt.* vix tamen supra Sollefteå et in Laponiis meridionalibus altioribus: *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
463. 9-10. SAX. *Cot. β purpurata:* minor, floribus purpureo-maculatis. *Gaudin in Meisn. Naturwiss. Anzeig.* 1818. *n.* 9.
17. — — *β* inter Marasjaur et Ballaur prope limitem regni in alpibus Pitensibus: *Læstadius* 1825; ubi quoque altera forma adhuc minor et strictior, calyce glabrato et fructu magis supero ad S. Aizoon Jacqu. accedens.
464. ... De saxifragis hyperboreis aliisque ejusdem regionis plantis. Conf. *Regensb. bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 82-85.
469. 5. SAX. *gran.* (*Fries femsjon. p.* 4. 15. *not.* 19. *halland. p.* 71).
12. — — in Smolandia maxime occidentali omnino desideratur.
474. 8. SCLER. *ann.* Angermanniæ ad Bjerträ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 179.
477. 6. GYPS. *mur. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 451.
13. — — ad Näsby prope Roxen: *P. F. Wahlb.*
478. 10. DIANTH. *Arm.* Lomma.
12. — — in paroecia Ed ad Fårestad, et in Gamleby, in Locknevi, ad Figeholm: *Carl Stenhammar.*
480. 13. DIANTH. *delt.* ad Ramsele et Skellefteå: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181.
15. — — *β* Oelandiæ ad Ottenby (*Carl Stenhammar*) et Angermanniæ ad Sollefteå: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.

482. 6. DIANTH. *ar. Reichenb. ic. t.* 157. sed sine barba ad basin laminæ petalorum.
485. 9. CUC. *visc.* Sudermanniæ in insula parvula inter Bunsö et Lökholmen prope Ornöhufvud: *Carl Stenhammar* et *P. F. Wahlberg*; nec non
488. 10. SIL. *rup. Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 451.
18. — — in Ramunderhäll ad Söderköping multisque aliis locis frequenter, etiam Calmariensis gubernationis saltem septentrionalis vulgaris.
491. 4. STELL. *long. femsjon. p.* 7. 15. *not.* 20.
7. — — ad Lundsbrunn Vestrogothiæ: *P. F. Wahlberg.*
492. 11. STELL. *glauc.* etiam ad Nyland juxta Ångermanån: *Læstadius.*
493. 6. STELL. *ul. Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 166.
494. 6. STELL. *hum. Deinboll Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 126. (Arenaria).
14. — — Merito conjungitur cum sequente in *Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 393.
495. 8. STELL. *crass. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 457.
11. — — Bahusiæ paroecia Tossene prope Grafvarna.
500. 10. ALS. *strict.* Arenaria lapponica *Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 402.
503. 7. ALS. *viscos.* Ar. viscidula *Schlecht. berol. p.* 249.
507. 7. AR. *trin.* prope Anundsjö et Ramsele: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
508. 6. AR. *serp.* usque ad Ångermanån prope Sollefteå: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 180.
509. 12. AR. *cil.* Radix in nostra scandinavica planta etc.
511. 6. AGR. *Gith.* ad Anundsjö et Edsele *Læstadius l. c.* 180. 187.
513. 13. LYCHN. *Visc.* et Sollefteå: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
514. 21. LYCHN. *alp.* ex. gr. ad exitum fluminis Ångermanån ad Nora: *Læstad. V. Ac H.* 1824. *p.* 186.
22. — — in Alfvaren inter Resmo et Sandby: *Carl Stenhammar.*
515. 5. LYCHN. *dioic. Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 421.
β ad Sollefteå Angermanniæ: *Læstadius Vet. Handl.* 1824. *p.* 180.

516. 7. LYCHN. *ap.* *Deinboll in Tidskr. f. Naturv.* 1. *p.* 125. *Regensb. bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 77.

517. 5. CER. *visc.* *Reichenb. ic. t.* 234. *f.* 387. (rotundifol.).

11. — — *γ.* — *Reichenb. ic. t.* 230. *f.* 381. 382.

15. — — *γ.* Oelandiæ ad Borgholm: *Fries.*

518. 5. CER. *semid.* *Reichenb. ic. t.* 181. *f.* 315. 316.

7. — — *β.* — *Reichenb. ic. t.* 230. *f.* 379 380.

520. 9. CER. *vulg.* *β.* — *Reichenb. ic. t.* 181. *f.* 317. 318.

522. 6. CER. *alp.* *Regensb. Bot. Z.* 1824. 2. *p.* 77. cum varietatibus.

523. 8. CER. *aqu.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 457. *Fries femsjon. p.* 5.

16. — — Smolandiæ orientalis usque ad Vexiö.

527. 11. SPERG. *sub.* *β.* S. subulata *Fries fems. p.* 7. 16. *not.* 22.

528. 6. SED. *Tel.* *Læstadius ib.* 1824. *p.* 179.

529. 7. SED. *vill.* adscendens versus Balvan (Ballaur vel Balljaur) prope alp. Pitenses: *Læstadius* 1825.

530. 8. SED. *angl.* in Koön prope Marstrand multis locis: *P. F. Wahlberg.*

533. 10. SED. *sexang.* Calmariensis Gubernationis paroeciæ Ed: *Carl Stenhammar.*

537. 4. ASAR. *eur.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 456. *Fries Phys. Sållsk. årsb.* 1824. *p.* 54.

540. 8. RES. *Lut.* ut etiam inter Bjersjöholm et Ystad: *Åkerman.*

544. 6. EUPH. *ex.* *Sv. Bot. t.* 635.

546. 7. EUPH. *Cyp.* hortorum fere adventitia.

549. 8. PRUN. *av.* *Wikstr. ib.* 1824. *p.* 453.

552. 7. SORB. *Ar.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 451.

12. — — et ad Wisby septentrionem versus in petrosis Gotlandiæ.

553. 18. SORB. *scand.* media (desideratur enim in tota Smolandia occidentali: *Fries femsjon. p.* 5).

556. 21. MESP. *Cot.* *β.* in maritimis Ostrogothiæ: *Carl Stenh.*

558. 9. PYRUS *Mal.* et quidem copiose in ceterum macra illa Smolandia occidentali: *Fries fems. p.* 6.

559. 7. SPIR. *Filip.* *Fries femsjon. p.* 4.

12. — — jam constat eam plane abesse inter Lagam et limitem Hallandiæ.

566. 6. RUB. *frut.* *Schmidel ic. p.* 8. *t.* 2.

572. 7. RUB. *Cham. Aspegren bleking. p.* 105.
575. 13. FRAG. *vesc. Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 184.
576. 5. POT. *rup. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 454.
10. — — prope Hunneberg ad Nygård.
577. 10. POT. *Ans.* ad Edsele, Erkrik et Skellefteå: *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 182.
578. 11. POT. *rept.* Calmariensis Gubernationis, Ostrogothiæ, Sudermanniæ: *Carl Stenhammar.*
579. 17. POT. *arg. loco* Umeå *lege* ad Edsele et Skellefteå: *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 182. 184.
23. — — ita quoque Stockholmiæ, Ostrogothiæ: *Carl Stenhammar.*
580. 6. POT. *vern. Regensb. Bot. Z.* 1824. 2. *Beil. p.* 88.
581. 7. POT. *acaul. Schlechtend. berol. p.* 280.
8. — — (*femsjon. p.* 4.) usque ad Vartorp (in paroecia Rottne) ut limes ejus occidentalis.
583. 9. POT. *niv. Regensb. Bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 88.
12. — — ad Acharis Lapponiæ Pitensis: *Læstadius* 1825.
584. 12. POT. *norv.* adscendens usque ad Tåsjö Angerm. et Umeå: *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 181. 188.
585. 12. TORM. *rect. β.* scil. Carlscronæ in coemeterio ad Tyska Bryggarekrogen insulæ Vämmön.
587. 11. GEUM. *urb. β.* — *Reichenb. ic. t.* 3.
22. — — *β.* ad Vestervik in Norrlandsängen: *C. Stenh.*
δ. — Stockholmiæ in Djurgården et ad Carlberg.
591. 10. NYMPH. *lut. β.* — *Reichenb. ic. t.* 119.
592. 15. HEL. *vulg.* (excepta Smolandia maxime occidentali extra Lagam: *Fries femsjon. p.* 4).
593. 4. HEL. *oel. Reichenb. ic. t.* 1. *f.* 1.
12. — — *β Ib. f.* 2.
595. 8. TIL. *eur. Læstadius ib.* 1824. *p.* 176.
596. 7. PAP. *Rhoeas* in Ed et Lofta Gub. Calmariensis (*Carl Stenh.*), sed in Scania vix repertum: *Fries.*
597. 9. PAP. *dub.* Papavera omnia desiderari in Smolandia usque ad Calmariensem regionem: *Fries femsjon. p.* 5.
598. 9. PAP. *Arg. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 446.
15. — — Roslagiæ in Rådmansö ad Bredvik et paroeciæ Frötuna ad Byle.

599. 11. CHEL. *maj.* Medelpadiæ ad Siljeberget: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 176.
602. 5. AC. *Lyc. Sv. Bot. t.* 654. *Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 620.
605. 18. TROLL. *eur.* per Ostrogothiam ad Gubernationis Calmariensis partem septentrionalem passim copiose: *Carl Stenhammar.*
607. 7-8. RAN. *Ling.* β. sericeus: Junecopiæ etc. *Fries in litt.*
614. 8. RAN. *niv. Reichenb. ic. t.* 2. *f.* 6. 7. *Regensb. Bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 68. cum varietate.
615. 5. RAN. *pyg. Reichenb. ic. f.* 3-5.
616. 5. RAN. *hyp. Ib. t.* 11. *f.* 21. 22.
617. 6. RAN. *lapp. Ib. f.* 23. nimium macra.
8. — — *Deinboll.*
13. — — descendens usque ad Piteå et Wallsjö paroeciæ Sollefteå Angermanniæ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 186.
618. 11. RAN. *auric.* etiam in alpibus Lapponiæ Pitensis: *Læstadius* 1825.
619. 13. RAN. *scel.* nec non Medelpadiam ad Sundsvall: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 177.
622. 10. RAN. *pol.* (*femsjon. p.* 5.).
626. 13. RAN. *arv.* Ostrogothiæ in Östra Ryd: *Petrén.*
632. 10. AN. *prat. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 448.
17. — — nec non Sudermanniæ in paroecia Wårdinge copiose.
633. 8. AN. *vern. Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 442. 451. 454.
636. 10. AN. *ran. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 448.
13. — — Ostrogothiæ in Omberg copiose.
15. — — Sudermanniæ præsertim copiose in in Vårdinge ad Morstaberg, in Salema.
640. 7. THAL. *simpl. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 449.
13. — — Vestmanniam prope Vesterås.
15. — — Vestrobottniæ ad Umeå: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181. 188.
642. 4. THAL. *alp. Sv. Bot. t.* 655.
652. 4. MENTH. *lapp.* M. badensis *Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 724?
655. 7. GLEC. *hed.* denique ad Ångermanån prope Sollefteå: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 180.

657. ... non est L. maculatum L. ex Italia secundum Reichenb. ic. t. 215. f. 362. — sed L. lævigatum Linn. in tota fere Germannia et Sibiria obvium, ita proponendum:

(657. LAMIUM *lævigatum:* foliis deltoideo-cordatis inciso-serratis petiolatis, verticillis subdecemfloris, calycinis dentibus divergentibus hirsutis, corollæ labio crenato. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 808. *Reichenb. icon. t.* 216. *f.* 363.

L. maculatum *Fries nov. p.* 73. *Flor. Dan. t.* 1649? (forsan ad L. rugosum Reichenb. ic. t. 217. pertinens).

(Reliqua ut antea in contextu nostro).

658. 7. LAM. *purp. β.* — *Reichenb. ic. t.* 223. *f.* 370 371. (sed t. 224. f. 372. magis ad L. amplexicaule accedit quam verba et specimina Friesii visa indicant. Heic quoque Cel. auctor dicit: "*Forte etiam hoc, ad species non primævas, sed serius ortas, quibus naturam quotannis augeri jam persuasus sum, pertinet.*" Has autem sic dictas species nos cum Linnæo ut varietates consideramus et qua tales proponimus. Sic dissensus magis in verbis et modo proponendi quam in re.

13. — — ex. gr. Sollefteå Ångermanniæ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.

16. — — *β.* etiam Medelpadiæ ad Sillånger: *Læstadius.*

661. 9. GAL. *Tetr. γ.* — *Reichenb. ic. t.* 57.

663. 10. STACH. *sylv.* ad exitum fluminis Ångermanån extra Nora: *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 179.

667. 6. BALL. *nigr. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 454.

15. — — Calmariensis gubernat. ad Vinäs et Djursnäs in paroecia Ed: *Carl Stenhammar.*

17. — — in Halle- et Hunneberg.

668. 12. MARR. *vulg.* Ostrogothiæ circa Omberg alibique frequenter.

13. — — Calmariensis gubernationis copiose: *Carl Stenhammar.*

670. 5. DRAC. *Ruy.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 449.
13. — — Johannisberg in Storängen.
673. 6. CLIN. *vulg.* prius ad mare occidentale.
7. — — verum ad mare orientale interdum longius repertum ex. gr. ad Siljeberget Medelpadiæ: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 176.
674. 4. THYM. *Serp. Schlechtend. berol. p.* 327.
17. — — *loco* Nericiæ *lege* Vestmanniæ inter Grexåsar et Gyttorp.
675. 8. THYM. *Acin.* desideratur omnino in Smolandia occidentali sicut pleræque affines ruderales n. 672. 669. 668. 667. 663.
676. 14. PRUN. *vulg.* *β.* ad Erikssund semel: *Carl Stenh.*
678. 7. SCUT. *hast. Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 446. 448.
10. — — vix Scaniæ reperta: *Fries* et *Åkerm.*
679. 8. OR. *maj. Fries Phys. Sällsk. årsb.* 1824. *p.* 54.
680. 13. LATHR. *Squ.* in Smolandia tantum orientali adest: *Fries femsjon. p.* 5.
688. 7. MEL. *sylv. Regensb. Bot. Zeit.* 1824. 2. *p.* 454.
691. 10. PED. *sylv. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 451. 454.
694. 6. PED. *vers. Reichenb. ic. t.* 14. *f.* 31. sed neglectis pilis calycis, interdum obsoletis.
9. — — *β* floribus flavo-virentibus. P. Oederi *Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 782. *Flor. Dan. t.* 30. *Hornem. pl.* 3. *p.* 674. — Nam etiam P. palustris interdum virescit.
696. 6. PED. *lapp. Reichenb. ic. t.* 14. *f.* 30.
697. 18. PED. *Sceptr.* ad diversorium Ensta Roslagiæ: *Carl Stenhammar.*
27. — — ut etiam lacuum maximorum.
699. 6. ANT. *min. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p* 449.
10. — — etiam Vestmanniæ ad Ramnäs alibique.
702. 8. SCROPH. *nod.* Angermanniæ in Bjerträ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 179.
703. 6. LIM. *aqu.* tantum ad Anundsjö Angermanniæ: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 181.
706. 11. DRAB. *vern.* dein Angermanniæ ad Hernösand et Säbrå: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 178. — Fere omnes Siliculosæ non parum campestres sunt, adeo ut in Vermelandia ferrimontana desiderentur præter Thlaspides duas agrestes.

707. 9. DRAB. *mur.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 454.
708. 6. DRAB. *nem.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 442. *Læstadius ib. p.* 166.
8. — — ex. gr. ad Säbrå.
709. 12. DRAB. *inc.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 455.
16. — — frequentius in maxime campestribus ut ad Upsala, raro ad Stockholm.
713. 8. DRAB. *alp.* *Regensb. Bot. Z.* 1824. 2. *Beil. p.* 70.
12. — — ad Acharis alpium Pitensium summarum: *Læstadins* 1825.
715. 10. COCHL. *dan.* etiam Sudermanniæ in scopulis prope Utö et insulæ Ornö angulum meridionalem: *Carl Stenhammar.*
717. 14. MYAG. *sat.* ad Tåsjö Angerm. et Umeå: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181.
723. 7. IB. *nudic.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 455. 458.
14. — — nec non ad Qville ut etiam ad Alingsås.
724. 17. IB. *petr.* Sudermanniæ in insulis Utö et Ornö pluribus locis: *Carl Stenh.* et *P. F. Wahlberg.*
21. — — Semina jam iterum ut in Lepidio reperit Recensens in *Jena. Allg. Litt. Zeitung. Ergänzbl.* 1824. *n.* 69. *p.* 164. — De Capsella Conf. *Annal. des Sc. Nat. Tom.* 3. *Paris* 1824. *Sept. p.* 112.
728. 11. COR. *depr.* Bahusiæ in Marstrand et Götheborg: *P. F. Wahlberg.*
733. 10. CARD. *hirs.* *Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 449. 455.
18. — — Vestrogothiæ ad Hunneberg.
23. — — Calmariensis Gubernat. paroecia Ed ad Fårestad etc. in Tryserum etc. *Carl Stenh.*
24. — — ad Drottningholm, Vesterås.
734. 8. CARD. *parv.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 451.
13. — — ad Näsby.
15. — — ad Sjötorp: *P. F. Wahlberg.*
737. 4-5. CARD. *petræ.* β Siliquis subcarinatis. Arabis petræa *Decand. syst. nat.* 2. *p.* 229. *Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 891. *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 167.
7. — — β ad Hernösand.

Itaque in scopulis marinis aqua undarum sæpe conspersis similior Cardaminibus loca uda steriliora sæpe occupantibus, in siccis

aliis autem affinior Arabi locis exsiccatis quasi contracta et carinata.

738. 14. AR. *thal.* ad Hernösand, in Stigsjö etc.; denique in monte Itschak paroeciæ Arjeplog: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 177. 178. 184.

740. 4. AR. *hirs. Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 889.

741. 6. TURR. *glabr. Læstad. V. Ac. H.* 1824. *p.* 178. 184.

9. — — et Angermanniam ex. gr. in Döraberget rarius.

10. — — Nordlandiæ Norvegicæ in Saltdalen (*Sommerfelt*) et Lapponiæ Pitensis ad montem Atsats.

746. 11. NAST. *sylv.* Oelandiæ ad Hornsladugård: *Carl Stenhammar.*

755. 6. ERYS. *hier. Reichenb. ic. t.* 12.

757. 9. BRASS. *Nap.* Sudermanniæ in Nämndö ad Ekholmen, Ornö ad Hässlinge, Norra Ljusterö etc. *Carl Stenhammar.*

758. 8. SIN. *arv.* ad Tåsjö Angerm. et Umeå: *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181.

768. 14. GER. *prat.* Stockholmiæ ad Christineberg, Carlberg et Solna: *Carl Stenhammar.*

770. 8. GER. *boh. Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 179.

771. 7. GER. *robert. Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 179.

772. 15. GER. *luc.* Calmariensis Gubernationis frequenter nec non Sudermanniæ inter Dalarö et Utö passim: *Carl Stenhammar.*

18. — — nec non in Vestraväggar passim et supra Rödgafvel.

775. 16. GER. *moll.* Calmariensis Gub. ad Ed, Lofta etc. *Carl Stenhammar.*

17. — — Sudermanniæ prope Utö, in omnibus insulis, — ad Marstrand: *P. F. Wahlberg.*

777. 9. GER. *col. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 458.

14. — — Calmariensis Gub. ad Figeholm, Vestervik, Ed etc. Ostrogothiæ ex. gr. ad Söderköping, Sudermanniæ in insulis: *Carl Stenh.*

16. — — Bahusiæ in Orost. — Omnia fere Gerania annua rotundifolia (n. 72-77) desiderari in maxima parte Smolandiæ (sicut in

aliis sylvestribus) *Fries femsjon. p.* 5.; magis autem mirum ipsum G. sylvaticum extra Lagam abesse nisi ad limites.

779. 8. MALV. *rot. Læstadius ib.* 1824. *p.* 176.
10. — — *Reichenb. ic. t.* 20. *f.* 38.
14. — — *β.* — *Ib. f.* 37.
19. — — (sylvestres et montosas regiones denique etiam hæc evitat ut in Smolandia occidentali extra flumen Lagam: *Fries femsjon. p.* 4).
25. — — *β.* ceterum vix in interioribus nisi formationis transitionis ut Ostrogothiæ ab Omberg usque ad Husbyfjöl copiose.

780. 12. MALV. *sylv.* ad Vestervik: *Carl Stenhammar.*

783. 7. LAV. *thur. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 449.
10. — — Aggarön paroeciæ Kärrbo prope Granfjärden Vestmanniæ.

784. 7. FUM. *off. Læstadius ib.* 1824. *p.* 181.

785. 6. FUM. *parv.* F. Vaillantii *Reich. ic. t.* 50. *f.* 103.
8. — — etiam ad Drottningholm: *Carl Stenh.*

786. 14. COR. *cav.* Calmariensis Gub. paroecia Ed in prato extra Vråka-by versus Edsviken tum alba ac rubra: *Carl Stenhammar.*

788. 6. POL. *vulg. Reichenb. ic. t.* 25. *Fries Phys. Sällsk. årsb.* 1824. *p.* 57. cum varietatibus.
7. — — rupestribus vel declivibus.

789. 5. POL. *com. Reichenb. ic. t.* 26. *f.* 54-56. *Fries Phys. Sällsk. årsb.* 1824. *p.* 59.
9. — — in pratis collinis fundo glareoso vel arenoso Upsaliæ ex. gr. in Liljeconvaljsholm copiose, ad Norby prope Sandgrind, ad Vitulfsberg etc.; Ostrogothiæ tantum in Omberg infra Stocklycke; Oelandiæ ad Borgholm; Gotlandiæ.

790. 6. POL. *am. Fries Phys. Sällsk. årsb.* 1824. *p.* 59. P. uliginosa *Reichenb. ic. t.* 21. *f.* 40. 41.
7. — — *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 451.
14. — — Scaniæ orientalis ad Ärup: *Åkerman.*

798. 6. OR. *vern. Læstadius ib.* 1824. *p.* 179.

801. 4. PIS. *mar. Sv. Bot. t.* 656.

803. 7. LATH. *sylv. Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 178.

809. 17. VIC. *cass.* ad Sätra in paroecia Rök.
812. 5. VIC. *sep. Læstadius ib.* 1824. *p.* 179.
814. 10. VIC. *lath. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 448.
17. — — Sudermanniæ in paroecia Vårdinge in insula lacus Sillen.
816. 7. ERV. *hirs.* tantum usque ad Fjellsjö et Önska Angermanniæ: *Læstad. V. Ac. H.* 1824. *p.* 180. 187.
818. 18. PHAC. *frig.* in Saulovaggi Saltensium Nordlandiæ: *Læstadius* 1825.
819. 10. PHAC. *lapp.* ad Saltdalen: *Læstadius* 1825.
820. 11. PHAC. *camp.* Oxytropis arctica *Regensb. Bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 88. var. pauciflora, qualem etiam ex Fælles-district mecum communicavit Deinboll.
833. 16. TRIF. *frag.* Calmariensis Gub. ad Vestervik — Ostrogothiæ ad Stegeborg — Stockholmiæ præsertim ad Carlbergs canal et Blockhustullen: *Carl Stenhammar.*
836. 7. TRIF. *proc.* Sudermanniæ ex. gr. in Utö: *Carl Stenhammar.*
840. 17. LOT. *mar.* Händelop paroeciæ Gladhammar, in paroecia Ed et Loftahammar: *Carl Stenh.*
841. 7. MED. *lup.* attamen Smolandiæ occidentali abest cum permultis affinibus scil. Trifoliis scariosis n. 833-837. 830. Astragalis et Phacis fere omnibus, Viciis et Lathyris plerisque, Orobis duobus etc.
845. 13. HYP. *quadr.* Angermanniæ ad Önska: *Læstad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 181.
850. 6. HYP. *hum. Fries Phys. Sällsk. årsb.* 1824. *p.* 55.
855. 6. SONCH. *arv. Læstad. V. Ac. H.* 1824. *p.* 181. 188.
856. 10. SONCH. *ol.* usque ad Sollefteå Angermanniæ: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
861. 5. LEONT. *Tar. Schlechtend. berol. p.* 404. *Regensb. Bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 90.
865. 13. HYP. *rad.* Gothoburgi ad Lärje: *P. F. Wahlberg.*
868. 6. AP. *hisp. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 451.
23. — — Calmariensis gubern. ex. gr. in Ed ad Vinäs: *Carl Stenhammar.*
870. 8. HIER. *Pil.* ad Tåsjön et Skellefteå: *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 182.

872. 5. HIER. *dub.* *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 168. 184.
22. — — (*Reichenb. ic. t.* 56. *et* 17. parviflorum).
874. 4. HIER. *pell.* *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 172.
875. 5. HIER. *mur.* *Læstadius ib. p.* 171.
6. — — *Fries femsjon. p.* 10. 20. *not.* 59.
9-10.— — γ. nigricans: caule subunifloro superne calyceque nigro-hirsuto.
10. — — γ. in Lapponia Pitensi: *Læstad.* 1825; ubi mirum in modum cum H. alpino confluit.
876. 4. HIER. *sylv.* *Læstadius ib. p.* 169. cum var.
877. 10. HIER. *pren.* nec non Nordlandiæ Norvegicæ inferalpinæ in convallibus intimis Ran-dalen et Salt-dalen copiose: *Læstadius* 1825.
881. 5. LAPS. *com.* *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180. *bis.* 188.
893. 24. CARD. *ac.* Calmariensis gubernationis.
894. 13. CNIC. *ol.* dein tantum in formationibus transitionis Vestrogothiæ prope Sköfde infra Våmb ad rivulum: *A. Holmblad*; et Norvegiæ ad Moe.
897. 10. BID. *trip.* prope Råneå: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 182.
899. 10. EUP. *cann.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 445. 449.
18. — — et ad Vesterås.
902. 6. ART. *vulg.* *Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 183.
912. 13. GNAPH. *carp.* nec non supra Salten Nordlandiæ: *Læstadius* 1825.
915. 5. GNAPH. *ul.* *Læstadius Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 173. (var. simplex) *et p.* 183.
917. 4. ER. *acre.* *Fl. Dan. t.* 874. (Droebachense).
921. 8. TUSS. *frig.* T. corymbosa *Regensb. Bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 91? 135.
922. 10. TUSS. *alb.* in convalle ad Röddinge in Färshärad: (*Åkerman*).
924. 7. SEN. *vul.* ad Sollefteå et Själevad Angermanniæ: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 180. 188.
926. 7. SEN. *visc.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 449.
928. 10. SEN. *Jac.* *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p* 442. 446.
16. — — Roslagiæ ad Håtö pluribusque locis paroeciæ Frötuna copiose, denique Gevaliæ inter Brynäs et Holmsund.

929. 7. SEN. *aqu.* a Götheborg usque ad Gräfsnäs (scil. juxta Säfveån) frequenter: *P. F. Wahlberg*; prope Göthaelf usque ad Ström supra Kongelf satis copiose: *W. Elgenstjerna.*
8. — — *excludatur*: Ostrogothiæ ad Norrköping.
9. — — Vestervik in Norrlandsstranden sec. exemplar *S. Tôrner.*
933. 7. CIN. *camp. Reichenbach. ic. t.* 131. (minor) 132. (major) *et* 133. (dentata).
14. — — nec non 4) in Råbybacke paroeciæ Ifvetofta: *Åkerman.*
20. — — Huc quoque pertinere C. congesta *Regensb. Bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 90. mihi vix dubium videtur.
941. 6. ARN. *alp. Regensb. Bot. Z.* 1824. 2. *Beil. p.* 90.
8. — — ad Roudnas passim et ad Tjågneres prope Rissa-bergen (på östra sidan om Rissa-bäcken) copiose: *Ullenius*; nec non Lapponiæ Pitensis ad Kåbrenojve: *Laestad.* 1825.
944. 6. CHRYS. *Levc. Laestad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 185.
948. 13. ANTH. *Cot.* Calmariensis Gub. ubique: *C. Stenh.*
952. 8. ACH. *Ptarm. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 449.
953. 6. CENT. *Cyan. Laestadius Ib.* 1824. *p.* 182. 189.
960. 15. LOB. *Dortm.* usque ad Anundsjö Angermanniæ: *Laestad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 180.
962. 9. VIOL. *hirt. Laestad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 176.
11. — — Viola palustris? *Laestad. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 164.
17. — — nec non Helgasjö Smolandiæ mediæ: *Fries femsjon. p.* 4.
964. 4. VIOL. *pers. Reichenb. ic. t.* 100.
965. 10. VIOL. *lact. β.* — *Reichenb. ic. t.* 97. 99.
966. 6. VIOL. *can. Reichenb. ic. t.* 75. *f.* 154.
7. — — *Laestad. V. Ac. H.* 1824. *p.* 162. cum varietatibus 181.
10. — — *β.* — *Reichenb. ic. t.* 74. *f.* 150. 151.
968. 18. VIOL. *mir.* jam etiam lecta Lapponiæ Lulensis in monte Vartok prope alpem Zäkkok passim, in Njammats rarius: *Ullenius* 1825.
970. 7. VIOL. *tric. Laestadius ib.* 1824. *p.* 181. 188.

972. 10. ORCH. *pyr.* nec non ad Lundegård paroeciæ Köping: *P. F. Wahlberg.*
974. 14. ORCH. *mil.* ad Årup: *Åkerman.*
981. 9. ORCH. *samb. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 446. *β* etiam Stockholmiæ ad Sickla etc. *Carl Stenh.*
982. 9. SAT. *alb.* — *femsjon. p.* 7. 22.
15. — — occidentalis quam frequentissime, dein per mediam.
985. 13. SAT. *odor. loco* cretaceo *lege* margaceo.
988. 17. HERM. *Mon.* Ostrogothiæ in Dagsmosse, Dalekarliæ ad Boda-Capell; — Vermelandiæ ad Uddeholmsbruk; — Upsaliæ prope Norby ad Sandgrind.
989. 17. OPHR. *myod.* Scaniæ orient. ad Årup: *Åkerman.*
990. 10. OPHR. *alp.* supra Salten Nordlandiæ pluribus locis: *Læstadius.*
991. 20. NORN. *bor.* prope Umeå lecta a *Carlsten.*
992. 6. MAL. *mon. Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 442. 446. 448. 450.
17. — — Vestmanniæ ad Sala, Sudermanniæ, Roslagiæ ad Lohärad.
993. 5. MAL. *pal. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 446. 447.
13. — — ad Finspång: *Carl Stenhammar.*
994. 10. MAL. *Loes.* Scaniæ *loco* ad Årup etc. *lege* in palude ad Lefrasjön supra Ifvetofta: *Åkerman.*
996. 3. EP. *aph.* — 1824. p. 174.
12. — — denique Dalecarliæ transitionis ad oram meridionalem lacus Skatungen infra Jocksälls fäbodar paroeciæ Orsa, sed prope limitem ad Ore: *J. G. Clason.*
16. — — Labium corollæ sursum versum maxime ornatum est non tantum punctis vel maculis, verum elevationibus callosis acutis et fimbriatis ruberrimis, quibus præsertim ad oras positis columna genitalium eo magis inclusa fuerit et saltem contra siccitatem munita. Hujus conformationis ne vestigium conspicitur in fig. Sv. Bot.
997. 9. EP. *Nid.* Oelandiæ ad Lundegård paroeciæ Köping: *P. F. Wahlberg.*
998. 6. SER. *lat. Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 442.

998\. 12. 13. — γ. albens: floribus albidis bractea duplo brevioribus — Ostrogothiæ prope Vadstena in Ladugårdsängen supra arena lacus Vettern.
19\. — — Gestriciam rarissime.
20\. — — β. præsertim in præcipicio Mulski äerne dicto optima.
999\. 8. SER. *long*. *Wikstr*. *V*. *Ac*. *H*. 1824. *p*. 442. 447. 448.
12\. — — etiam ad Omberg.
1000\. 13. SER. *ensif*. in convalle ad Röddinge in Färshärad: *Åkerman*.
1002\. 16. LIST. *ov*. Ostrogothiæ ad Sätra in Rök etc.
1005\. 7. CYP. *Calc*. *Wikstr*. *Vet*. *Ac*. *H*. 1824. *p*. 182.
13\. — — Hassla in Vallersta.
19\. — — Gestriciæ prope Kubbo et Mårtsbo.
1006\. 7. AR. *mac*. prope Halmstad ad Slottsmölla (olim).
1007\. 5. CALL. *pal*. *Læstadius* *Vet*. *Ac*. *H*. 1824. *p*. 182.
1008\. 19. ZOST. *mar*. nec non Sudermanniæ inter Utö et Dalarö: *Carl Stenhammar*.
(p. 576. lin. 6. lege *integerrima*
1012\. 6. NAJ. *mar*. *Wikstr*. *V*. *Ac*. *H*. 1824. *p*. 442. 447.
13\. — — Sudermanniæ ad Utö et Dalarö: *Carl Stenhammar*.
1014\. 5. LEMN. *min*. *Læstad*. *ib*. 1824. *p*. 177.
1017\. 8. TYPH. *ang*. *Wikstr*. *Vet*. *Ac*. *H*. 1824. *p*. 443.
1018\. 8. TYPH. *lat*. *Wikstr*. *Vet*. *Ac*. *H*. 1824. *p*. 443.
12\. — — Roslagiam et Gestriciam rarissime.
1022\. 10. KOBR. *scirp*. Lapponiæ Pitensis: *Læstad*. 1825.
1034\. 5. CAR. *mur*. *Læstadius* *ib*. 1824. *p*. 178.
1037\. 7. CAR. *ar*. *Wikstr*. *Vet*. *Ac*. *H*. 1824. *p*. 456.
9\. — — et Norr Ljusterö: *Carl Stenhammar*.
12\. — — et Halleberg.
1038\. 8-9. CAR. *lep*. β. argyroglochin: spicis albescentibus *Fries femsjon*. *p*. 22. *not*. 47. *Flor*. *Dan*. *t*. 1710. — in umbrosis Smolandiæ occidentalis.
1041\. 6. CAR. *microst*. — *femsjon*. *p*. 10. 22. *not*. 46.
8\. — — *Wikstr*. *V*. *Ac*. *H*. 1824. *p*. 450.
11\. — — ad Hemmingsbo diversorium paroeciæ Fläckebo.
13\. — — Vestrogothiæ paroecia Undenäs ad Hallnatorp: *P. F. Wahlberg*.

1042 11. CAR. *norv.* juxta Täcka udden.
1043. 7. CAR. *glar. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 443.
1046. 5. CAR. *lol. Sv. Bot. t.* 664.
7. — — *Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 443. 450.
13. — — Calmariensis gub. paroeciæ Blackstad ad Trästad: *Carl Stenhammar.*
1049. 6. CAR. *rem.* — *femsjon. p.* 10. 22. *Wikstr. V. Ac. Handl.* 1824. *p.* 456.
7. — — per Smolandiam ex. gr. ad Älmås paroeciæ Femsjö.
8. — — in Omberg versus Mullskräerna
1052. 12. CAR. *dist.* Scaniæ orientalis: *Åkerman.*
1053. 8. CAR. *ext. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 445. Roslagiæ prope Norr Ljusterö ejusque angulum septentrionalem (*Carl Stenh.*) et Engskär.
1066. 16. CAR. *orn.* — et Lapponiæ Pitensis in monte Itsjak: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 184.
1068. 7. CAR. *ped.* supra Randalen septentrionem versus Nordlandiæ: *Læstadius* 1825.
1070. 8. CAR. *glob. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 443.
12. — — Niklasdams-mosse supra Christinehamn.
1073. 6. CAR. *alp.* — *Læstadius ib.* 1824. *p.* 185.
1079. 14. CAR. *Psevd.* Gothoburgi ad Lärje: *P. F. Wahlb.*
1098. 15. CER. *dem.* etiam fructificans in Clarasjön et ad Carlbergsbom: *Carl Stenhammar.*
1102. 6. ALN. *glut. Læstadius ib.* 1824. *p.* 179.
1105. 11. BET. *nan. Wikstr. ib.* 1824. *p.* 450.
19. — — et in Niklasdams-mosse supra Christinehamn.
1109. 6. COR. *Av. Læstadius ib.* 1824. *p.* 179.
1111. 12. PIN. *Ab.* — *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 443.
1117. 19. SAL. *lan.* extra alpes usque ad Kasker Lapp. Pitensis: *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 186.
1119. 11. SAL. *pol.* etiam Lapp. Pitensis: *Læstad.* 1825.
1129. 6. SAL. *am. Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 173. 185. "Arbor procera corticem exteriorem abjiciens!"
1131. 21. SAL. *hast.* infra Omberg ad Brobybro optime.
1134. 4. SAL. *nigr. Sprengel syst. veg.* 1. *p.* 102.
1139. 4. SAL. *liv. Sprengel syst. veg.* 1. *p.* 105.

1140. 6. SAL. *fusc. Læstadius ib.* 1824. *p.* 182.
1143. 14. VISC. *alb.* in paroecia Ed ad Vinäs: *C. Stenh.*
1146. 5. MYR. *Gal. Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 182.
1149. 4. POP. *alb. Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 244.
1151. 11. MERC. *per. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 450.
23. — — etiam in Fulleröñ.
1153. 4. STRAT. *aloid. Nolte de Strat. et Sagitt. p.* 19-38. *t.* 1. Fructus (inter 55 et 52 gr. lat., ubi utriusque sexus flores, tantum maturescens) cucumerinus (Pepo) vel excentricus: dissepimentis e pariete externo ortis duodecim, sed alternis conniventibus: loculamentis alternis tantum seminiferis.
1155. 9. TAX. *bacc. Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 444. 458. 459.
20. — — Gestriciæ ad Grindugaby in Idmyren.
1156. 6. ATR. *hast. Reichenb. ic. t.* 16.
1158. 6. ATR. *pat. Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 180.
1160. 14. ATR. *lac.* Oelandiæ ad Färjestaden: *Christ. Söderberg.*
1161. 15. HAL. *ped.* Hallandiæ ad Warberg in N. Näs copiose: *P. F. Wahlberg.*
1169. 5. POL. *Thel. Schmidel ic. p.* 45. *t.* 11.
1173. 5. POL. *mont. Sv. Bot. t.* 666.
6. — — *Læstadius Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 185.
1179. 7. POL. *Lonch. Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 459.
12. — — Dalecarliæ supra Porphyrverket.
14. — — ex. gr. in Hesselskog.
1180. 3. ASPL. *sept. Læstad. V. Ac. H.* 1824. *p.* 178.
1181. 8. ASPL. *alt. Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 444. 448. 456.
13. — — Vestrogothiæ in Hunneberg.
1182. 8. ASPL. *Rut. Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 444. 448.
18. — — ad Vårdinge Sudermanniæ.
1183. 5. ASPL. *Trich. Læstad. V. Ac. H.* 1824. *p.* 178.
1186. 7. BLECHN. *Spic. Fries femsjon. p.* 7. 24.
22. — — Ostrogothiæ mer. montosæ prope Gusumsbruk non procul a diversorio Åby: *Carl Stenhammar.*

1183. 6. PTER. *aqu. Læstadius ib.* 1824. *p.* 180. 183.
1189. 19. ON. *Struth.* Calmariensis gubernationis septentrionalis frequenter: *Carl Stenhammar.*
1190. 7. OSM. *reg. Fries femsjon. p.* 7. 24.
13. — — prope Tvååker in Presthagen: *P. F. Wahlberg.*
14. — — occidentalis circa Femsjö frequentiss.
1191. 7. BOTR. *Lun. Fries femsjon. p.* 24.
1192. 5. BOTR. *rut. Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 444. 450. *Læstadius. ib. p.* 185.
7. — — *femsjon. p.* 7. 24. *not.* 65.
18. — — Vestrogothiæ in paroecia Undenäs ad Hallnatorp: *P. F. Wahlberg.*
1193. 6. BOTR. *virg.* — 1824. *p.* 175. (cum descript.) 185.
1200. 9. LYC. *inund. Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 456. 458. *Fries femsjon. p.* 7. 24.
1203. 17. PIL. *glob.* ad Sommen in Svartå: *Fries femsjon. p.* 24. *not.* 66.
1210. 7. EQU. *rept. Wikstr. ib.* 1824. *p.* 444.
10. — — et Gestriciæ.
1212. 4. CHAR. *hisp. Læstad. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 180.
1213. 4. CHAR. *tom. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 444.
10. — — Gestriciæ rarius ex. gr. ad Edsk-ön in Verkfjärden, ad Utnåra fäbodar.
1214. 5. CHAR. *flex. Schmidel ic. p.* 53. *t.* 14.
1219. 14. HYPN. *del.* in Gripsholms djurgård: *Dillén.*
1241*. HYPNUM *albicans:* surculis subrepentibus, ramis vagis, foliis ovato-lanceolatis longe attenuatis integerrimis subuninervibus erectis, operculo conico. *Hedw. st. cr.* 4. *t.* 5. *spec. p.* 251. *Hook. et Tayl. p.* 101. *t.* 25.

Hab. in terra macra Scaniæ ad Årup: *Åkerman.*

Surculi primarii crassiusculi; ramis longe tenuioribus, albicantibus. Setae e surculis primariis vix semiuncia longiores; capsulis eximie ovatis, brevibus, incurvis, fere nigricantibus et minutis.

1251. 11. HYPN. *lur.* ad Nacka juxta molendinam: *Carl Stenhammar.*
1261. 10. HYPN. *prol.* extra Stockholm ad Nacka: *Carl Stenhammar.*

1274. 13. NECK. *crisp.* extra Stockholm ad Nacka et Carlberg: *Carl Stenhammar.*
1278. 5. FONT. *squ. Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 445.
9. — — et Gestriciam
1279. 5. FONT. *falc. Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 444.
8. — — et Gestriciam
1293. 10. BRY. *and.* nisi ad Mälaren fructificans ex. gr. ad Agnesunds färgställe in Aspö Sudermanniæ et in Granholmen prope Drottningholm.
1306. 9. POHL. *elong. loco* Gammelboskogen *lege* Gunneboskogen.
1310. 9. MEES. *deal.* Upsaliæ in Norbykärret, Scaniæ ad Krogstorp.
1313. 7. TIM. *aust.* Ostrogothiæ in Omberg ad sinum umbrosissimum promontorii Borgsudde.
1314. 1. FUN. *hygr. loco* hygometrica: *lege* hygrometrica.
1337. 6. POL. *læv. Regensb. bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 116.
1357*. DICRANUM *flexuosum:* caule subsimplici rigido, foliis lanceolato-subulatis strictis nervoque lato constitutis, seta flexuosa, capsula recta oblongata striata, calyptra fimbriata. *Hedw. spec. musc. p.* 146. *t.* 38. *Hook. et Tayl. musc. p.* 53. *t.* 16.

Hab. in uliginosis turfosis Scaniæ maxime orientalis ad Leingaröd inter Råby et Näsum: *Åkerman.*

Muscus flavidus, scariosus, Dicranis variis non dissimilis, sed Capsula fere sequentis generis.

1366. 8. DID. *incl.* Upsaliæ ad Norbykärret.
1371*. DIDYMODON *trifarium:* caule subdiviso, foliis subtrifariis lanceolatis acutis nervo non excurrente carinatis patulis, capsula oblongo-ovata erecta, operculo conice rostrato. *Hook. et Tayl. musc. p.* 67. *t.* 20. *fig. min.*

Hab. in schisto argillaceo ad molendinam (Bösamölla) fluvii Löddeström inter L. Harje et Hoby Scaniæ occidentalis: *Ahnfelt.*

Muscus multo minor quam praecedens, folia vix unquam incurvans, tum setis tum capsulis laetius rubellis.

1379. 7. WEISS. *nigr.* Upsaliæ ad Norbykärret.
1381. 16. WEISS. *fug.* ad Nacka extra Stockholm: *Carl Stenhammar.*

1389. 15. GRIM. *apoc.* γ. ex. gr. Stockholmiæ ad Nacka: *Carl Stenhammar.*

1394. 6-7. TORT. *rig.* T. brevirostris *Hooker in Brewster Edinb. journ. of scienc.* 1824. *n.* 2. *p.* 289. *t.* 11. *f.* 1. simulque synon. emendanda; quamvis valde dubito an longitudo operculi sufficiat ad species distingvendas.

1396. 4. TORT. *mucron. Regensb. Bot. Zeit.* 1824. 2. *Beil. p.* 121.

1404. 5. SPL. *lut. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 450.
8. — — et Loka Vestmanniæ.

1464. 7. JUNG. *pus. Schmidel ic. p.* 82. *t.* 22.
8. — — *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 445.
10. — — Gevaliæ.

1468. 5. JUNG. *Blas. Regensb. bot. Zeit.* 1824. *p.* 641. 664. 671.

1470. 4. MARCH. *pol. Schmidel ic. p.* 106. *t.* 29.
7. — — *Schmidel ic. p.* 58. *t.* 9.

1471. 4. MARCH. *hemis. Schmidel ic. p.* 130. *t.* 34.

1472. 16. MARCH. *pil.* β. etiam circa Qvickjock Lapp. Lul. *J. E. Flodberg.*

1473. 5. MARCH. *con. Schmidel ic. p.* 117. *t.* 31.

1480. 6. LICH. *parell.* in Omberg infra Stocklycke.

1497. 9. LICH. *cup.* undis lacus Vettern sæpe consperso

1500. 11. LICH. *ulm.* alibique Ostrogothiæ

1561*. LICHEN *caperatus*
— ad truncos arborum frondosarum in Ö. Ryd Ostrogothiæ: *Agrelius.*

1577. 10. LICH. *sylv.* ad Omberg inter Vesterlösa et Nordöstra Djurledet parce.
12. — — sed tantum Scaniæ cum scutellis: *Fries femsjon. p.* 32. *not.* 33.

1581. 9. LICH. *prun.* et ad Sätra in paroecia Rök

1592. 4. LICH. *odon. Regensb. bot. Z.* 1824. 2. *Beil. p.* 132.
6. — — Stockholmiæ ad Marieberg etc.

1631. 4. PELT. *arct. Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824 *p.* 451.

1663. 7. BAEOM. *Pap. Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 451.
11. — — Ostrogothiæ in Ramunderhäll ad Söderköping.

1722. 8. VERR. *nit.* prope radices Fagorum etiam in Omberg ad Stocklycke

1746. 8. END. *sin.* in Ombergs sjösida. nec non Stockholmiæ ad Stora Sickla: *C. Stenh.*

1764. 6. BYSS. *kerm.* Protococcus *Agardh phys. sållsk. årsb.* 1824. *p.* 67. — Sphærella Wrangelii *Sommerfelt Mag. f. Naturv.* 1824. *p.* 252. — Palmella? *Lyngbye.*

1773. 6. FUC. *ves. Sv. Bot. t.* 191.

1818. 4. CERAM. *litt. Sv. Bot. t.* 420.

(p. 918. lin. 37. *lege* lignicoli

(p. 944. lin. 17. *loco* quadriseriatis *lege* evidenter quadristellulatis vel tetradidymis (*Link Berlin. Mag.* 3. *p.* 37. *t.* 2. *f.* 56-58).

2010*. BOLETUS *benzoinus:* pileo carnoso-suberoso fusco-fuligineo strigulosoque margine cærulescente, poris minimis umbrinis.

Hab. ad caudices abietinos putridos in intimis sylvæ Kungsparken penetralibus Upsaliæ.

Supra omnino B. fusco simillimus ibique inodorus, sed subtus B. odorato similior. Utroque saepe major est, radio spithamaeo. Omnino perennis esse videtur, quamquam strata valde confluentia, forsan ob locum intimum vel optime occultum. Odor pororum non tam anisatus ac in B. odorato, sed potius Vanillae vel adhuc magis Benzoës, unde etiam nomen desumsi, quod simul resinosam naturam B. fusco vel resinoso analogam et odoris indolem quodammodo indicaret.

2036. 2. THEL. *lac. loco* -crispis *lege* -ciliatis

7. — — jam etiam Upsaliæ in caudicibus putridis abietinis.

8. — — Cilia extra discum fructificantem longe prominent et in lacinias tenuissimas confluunt.

2041. 8. THEL. *hirs.* *β.* in Abiete passim, Pinu rarius.

2050. 6. CLAV. *crisp.* etiam Upsaliæ in Kungsparken ad Knäppingen d. 16 Oct. 1825.

8. — — Sub exsiccatione vel modice calefacta odorem edit tam mitem et svavem, ut eo sapidior evadat, cum contra plerique fungi edules ob saporem fere nullum minus grati sunt sine condimento conveniente.

Addenda ulteriora

post impressionem primæ plagulæ addendorum accepta.

70. 14. ALOP. *prat.* Pitensium alpium inferiorum pluribus locis (a vulgari minime differens): *Læstad.* 1825.

75. 5. AGR. *alp.* (*Sv. Bot. t.* 545. *f.* 1. vix citanda utpote rudis). *Sprengel syst. veg.* 1. *p.* 259.

76. 5. AGR. *alg. Sv. Bot. t.* 545. *f.* 2. pessime mutuata (R. Brown) e Flor. Lapp., ubi nec optima ob glumas accessorias nullibi adpositas.

8. — — jam (1825) in alpibus Pitensi-Saltensibus lecta a Rev. Læstadio et nova icone pro more optime illustrata. In ejus exemplaribus magis vegetis bene apparent glumæ illæ exteriores, quæ affinitatem quandam cum Molina aquatica indicare videntur, cum contra in exemplaribus meis Finmarkicis in aqua magis immersis et hyalinis non nisi ad basin paniculæ rarius conspiciuntur. Americana exemplaria, in litoribus nivalibus enata, omnibus nostris speciminibus duplo triplove majora, et singulis suis partibus magis conspicua sunt, adeo ut forsan non tantum speciem diversam, verum etiam genus novum Phipsiæ multo melius efficiant. Lapponiæ summæ gramen interim ad nostram normam maneat Agrostidis species, quasi aquâ nivali alpium in minimum redacta.

177. 11. GAL. *svav.* et in ipsa convalle Salt-dalen copiose: *Læstadius* 1825.

245. 15. CAMP. *un.* ad Acharis alpium Pitensium insigniter copiose: *Læstadius* 1825.

278. 10. GENT. *glac.* ad alpem Velkespoult juxta rivum Puoitesjokko satis frequenter, ad Roudnas rarius: *Ullenius*; ad Acharis prope alpem Saulo Lapponiæ Pitensis: *Læstadius* 1825.

CATALOGUS

PLANTARUM ADVENTITIARUM ET DUBIARUM NEC NON MINUS COGNITARUM

ab Auctoribus variis assumtarum, in præcedentibus omissarum.

Blitum virgatum *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 449. *Hartman flor. p.* 116. Vestmanniæ ad Wirsbo alibique, ex hortis oleraceis disseminatum.

Veronica persica *Fries nov. p.* 63. in hortis cicur, etiam Upsaliæ.

Veronica peregrina *Linn. svec. n.* 24. (acinifolia *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 7. *Rosén obs. p.* 59. *n.* 51.) jam ubique evanuit, etiam Hallandiæ *Fries p.* 16.

Verbena officinalis *Linn. svec. n.* 30. *Leche scan. p.* 1. *n.* 2. (*Sv. Bot. t.* 182. culta). *Fries phys. sållsk. årsb.* 1823. *p.* 88. — 1824. *p.* 54. ex hortis Scaniæ interdum evagans ad Helsingborg et Åsum.

Salvia verticillata *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 4. ex Liljeblad, qui eam reperit in Tinnerbacken Lincopiæ, ubi dein disparuit.

Iris sibirica *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 14. *Wikstr. V. Ac. H.* 1824. *p.* 452. in alneto ad Slättås paroeciæ Larf Vestrogothiæ.

Iris germanica *Sv. Bot. t.* 360. *Aspegr. blek. p.* 5. *Fries halland. p.* 17. vix indigena!

Scirpus supinus *Swartz summ. scand. p.* 3. dubius.

Panicum vertillatum *Fries halland. p.* 20. ex hortis aufuga.

Leersia oryzoides *Fries nov. p.* 4. *halland. p.* 21. juxta ripas rivuli inter frutices ad Dahla prope Falkenberg rarissime, pauca specimina, an satis evoluta et evidentia, jamdudum in Germannia sept. valde claudestina.

Stipa pennata *Linn. nov. in faun. svec. p.* 557. Vestrogothiæ ad prædium Vartofta paroeciæ Åsaka pone Ålleberg, olim; post semisæculum non reperta.

Agrostis verticillata *Fries nov. p.* 65. an satis evoluta et copiosa?

Festuca tenuifolia *Fries nov. p.* 27. in Kullaberg Scaniæ minus evidenter diversa a varietatibus F. ovinæ.

Avena brevis *Fries nov. p.* 44. *femsjon. p.* 12. in agris avenaceis.

Avena strigosa *Sv. Bot. t.* 575. *Fries femsjon. p.* 12. *halland. p.* 30. utraque cum A. sativa invito seritur Smolandiæ: conf. *Introd.* p. VIII.

Dipsacus pilosus *Fries nov. p.* 84. ex hortis Lundensibus Scaniæ evagans.

Galium sylvaticum *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 5. dubium.

Galium tricorne *Fries nov. p.* 46. *halland. p.* 34. in Hallandia ad Halmstad raro inter Cerealia.

Isnardia palustris *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 37. maxime dubia Conf. *Fries halland. p.* 36.

Ilex Aquifolium *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 458. Bahusiæ ad Wägga paroeciæ Tossene.

Lysimachia nemorum *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 56. sed non in Svecia unquam re vera lecta.

Verbascum Lychnitis *Linn. svec. n.* 196. secundum *Rosén scan. p.* 8. ex hortis evagans etiam in Svecia media orientali.

Verbascum bracteatum *Agardh phys. sållsk. årsb.* 1824. *p.* 73. Stockholmiæ ad Ålkistan. Mihi ignotum.

Datura Stramonium *Linn. svec. n.* 198. *Leche scan. p.* 3. *n.* 14. *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 1. *Sv. Bot. t.* 43. *Fries phys. sållsk. årsb.* 1825. *p.* 89. *halland. p.* 44. Americana planta, nunc vix nisi ad littora Scaniæ superstes. Conf. *Introd.* p. VIII.

Ribes Grossularia *Sv. Bot. t.* 133. extra hortos evagans.

Ribes reclinatum β *Fries nov. p.* 49. ad Bohult paroeciæ Femsjö Smolandiæ.

Thesium Linophyllum *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 61. *diss. fl. scand. suppl. p.* 6. in pratis collinis Scaniæ: *Liljebl. herb.* — Th. ebracteatum *Swartz summ. p.* 9.

Gentiana lingulata *Agardh phys. sållsk. årsb.* 1824. *p.* 19. ad Upbo prope Dalelfven.

Chenopodium ambrosioides *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 501.' ex *Montin* in plateis Halmstad. jam evanuit secundum *Fries halland. p.* 46.

Chenopodium opulifolium *Aspegren blek. p.* 21. ad Carlshamn, Lyckeby etc.

Oenanthe crocata *Linn. svec. n.* 251. secundum *Leche scan. p.* 6. *n.* 21. Conf. *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 1. — sed videndum ne fuerit Oe. pimpinelloides *Flor. Dan. t.* 1454.

Caucalis daucoides *Fries nov. p.* 69. Scaniæ versus Fjelkinge exportata.

Ligusticum Livisticum *Fries halland. p.* 52. prope Laholm; *Aspegren bleking. p.* 22. ad Christianopel; — ex hortis ejecta.

Scandix odorata *Sv. Bot. t.* 574. *Hartman flor. p.* 122. diu persistit ubi semel culta.

Chærophyllum bulbosum *Swartz summ. p.* 11. in Horto Botanico veteri Upsaliæ persistens.

Linum usitatissimum *Fries halland. p.* 56. *Montin.* — *Osbeck.*

Galanthus nivalis *Fries halland. p.* 57, ad Hasslöf, Getinge; etiam Scaniæ variis locis.

Narcissus poëticus *Samzel. Vet. Ac. Handl.* 1764. *p.* 247. *Wikstr. Vet. Ac. H.* 1824. *p.* 441. 449. etiam ex hortis ejectus diu persistit uti insequentes et pleræque bulbosæ.

Narcissus Psevdo-narcissus *Aspegr. blek. p.* 24. ad Gredby in prato.

Lilium bulbiferum *Linn. nov. in faun. svec. p.* 557. *Fries hall. p.* 57. *Sv. Bot. t.* 398. *Aspegren blek. p.* 25.

Lilium Martagon *Retz. scand.* 2. *p.* 76. *Sv. Bot. t.* 381.

Tulipa sylvestris *Linn. svec. n.* 284. ex *Leche scan. p.* 6. *n.* 24. (Conf. *Rosén scan. p.* 10. *obs.* sub Verbasc.) *Sv. Bot. t.* 202. *Fries halland. p.* 57.

Ornithogalum umbellatum *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 77. *Fries hall. p.* 59. *Sv. Bot. t.* 388.

Ornithogalum nutans *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 77. *Vet. Ac. H.* 1769. *p.* 246. *Fries hall. p.* 59.

Hyacinthus botryoides *Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 441. *Hartm. flor. p.* 135. *Fries hall. p.* 60.

Juncus Tenageja *Swartz summ. p.* 13. dubius.

Juncus maximus *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 22. *Fries halland. p.* 62. in fagetis Scaniæ ad Torup territorii Segeân et Hallandiæ meridionalis — videtur Luz. pilosa var. multiflora.

Oenothera biennis *Linn. nov. in faun. svec. p.* 557. *Fries hall. p.* 64. *Sv. Bot. t.* 549. Americana planta, in occidentalibus provinciis jam inquilina juxta vias.

Polygonum Fagopyrum *Linn. svec. n.* 345. ex *Leche scan. p.* 7. *n.* 28. *Fries hall. p.* 68. inquilinum in agris arenosis Sveciæ meridionalis.

Rheum Rhaponticum *Samzel. Vet. Ac. H.* 1764. *p.* 247. ad Dylta Nericiæ; — *Hartman flor. p.* 162. ad Stockholm.

Saxifraga hypnoides *Flor. Dan. t.* 548. Norvegiæ australioris, an etiam Helgelandiæ: *Deinboll.*

Saponaria officinalis *Rosén scan. p.* 24. *Sv. Bot. t.* 338. *Fries halland. p.* 72. Ad Ö. Torp Scaniæ: *Fries.*

Silene Armeria *Fries nov. p.* 8. Scaniæ ad Malmö, ex hortis dispersa.

Silene anglica *Fries nov. p.* 88. Ad Malmö Scaniæ in agris abunde jam crescens, sed ut nuper adventitia an persistens?

Oxalis stricta *Fries nov. p.* 8. in agris solanaceis Svec. merid. Conf. *Introd. p.* VIII.

Prunus domestica *Linn. svec. n.* 430. *Sv. Bot. t.* 193. initio plantata ut insequentes.

Prunus insititia *Fries halland. p.* 82.

Prunus Cerasus *Fries halland. p.* 82. *Wikstr. V. Ac. Handl.* 1824. *p.* 442. usque ad Holmsund Gestriciæ.

Rosa pimpinellifolia *Sv. Bot. t.* 559. (spinosissima) ex hortis ejecta diu serpit.

Fragaria elatior *Fries nov. p.* 115. *halland. p.* 83. *Hartman flor. p.* 199. ex hortis elapsa.

Tilia europæa β intermedia *Sv. Bot. t.* 40. plantata.

Chelidonium Glaucium *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 10. *Wikstr. Vst. Ac. Handl.* 1824. *p.* 457. Bahusiæ in Wassholmen paroeciæ Qville, in Tistelholmarne aliquando. An itaque persistens si undis de novo non adportatur? (*Sv. Bot. t.* 171. cultum).

Papaver somniferum *Sv. Bot. t.* 525. *Fries hall. p.* 92. ex hortis disseminatum.

Aconitum intermedium *Fries nov. p.* 116. *femsjon. p.* 16. N. neomontanum *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 1236. *Sv. Bot. t.* 46. ex hortis?

Elsholtzia cristata *Fries nov. p.* 10. *hall. p.* 98. *femsjon. p.* 17. ex hortis per Sveciam occidentalem disseminata.

Ballota alba *Linn. svec. n.* 536. (quæ nigra *Sprengel syst. veg.* 2. *p.* 758.) cum saburra glareosa navium adportatur, quæ jam in perficiendas portas saltem Scaniæ magis sepelitur quam olim, hinc post Linnæi tempora hæc planta evanuit, nisi in septentrionalibus. Conf. *Introd. p.* IX.

Scrophularia vernalis *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 146. *Hartman flor. p.* 242. ex hortis disseminata.

Digitalis purpurea *Wikstr. Vet. Ac. Handl.* 1824. *p.* 458. Bahusiæ in sylva ad Bodeland et Utgård paroeciæ Quille. Adventitia?

Lunaria annua *Sv. Bot. t.* 478. ex hortis ne dicam ollis ejecta.

Lepidium Draba *Fries nov. p.* 55. *Aspegren blek. p.* 48. Cochlearia Draba *Linn. spec.* cum terra pouzzolana ex Italia adportata Carlskronæ extra Nya Dockan deposita. Conf. *Introd. p.* IX.

Cochlearia Armoracia *Linn. svec. n.* 580. *Leche scan. p.* 11. *n.* 46. *Sv. Bot. t.* 242. ex hortis oleraceis ejecta et dispersa.

Sinapis tenuifolia *Sv. Bot. t.* 501. *Fries nov. p.* 10. (Diplotaxis tenuifolia *Decand. syst. nat.* 2. *p.* 632.) Calmariæ etc. cum saburra navium adportata.

Sinapis alba *Fries nov. p.* 36. *halland. p.* 111. in agris ad Wessige etc. disseminata; Stockholmiæ.

Fumaria capreolata *Fries nov. p.* 11. *hall. p.* 114. olim in Halmstad ad sæpes hortorum lecta.

Polygala amarella *Fries phys. sållsk. årsb.* 1824. *p.* 59. *hall. p.* 114. prope Hallandiæ fines Smolandicas in prato paludoso.

Genista anglica *Osbeck götheb. handl.* 4. *p.* 22. ad Wåxtorp; etiam ad Westervik in Norrlandsäng lecta est, sed jam ibi disparuit.

Pisum arvense *Linn. svec. n.* 639. *Fries halland. p.* 116. *femsjon. p.* 7. 18. cum P. sativo disseminatum. Conf. *Introd. p.* VIII. etc.

Lathyrus latifolius *Linn. hort. Cliff. et Upsal.* — originalis hortensis fuit e Monspelio ortus, multo majoribus floribus ornatus quam in ullo indigeno.

Lathyrus tuberosus *Sv. Bot. t.* 582. *Hartm. flor. p.* 278. ex hortis Stockholmiæ evagans.

Ervum Lens *Retz. diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 9. in agris Ostrogothiæ disseminatum.

Trifolium alpestre *Fries hall. p.* 120. specie dubium.

Medicago sativa *Retz. diss. fl. scand. suppl.* 2. *p.* 9. Scaniæ ad Trelleborg.

Tragopogon porrifolius *Fries nov. p.* 96. in munimentis Christianstadii.

Lactuca quercina *Linn. svec. n.* 691. *it. gotl. p.* 289. evanuit Gotlandiæ, nec ulla talis planta adest Nericiæ in insula Fjerdingen lacus Sottern (*Samzel. ner. p.* 58.) ubi frustra quæsita a *Gust. Becker* 1825.

Picris echioides *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 185. *oec. p.* 499. cicur in Paradis-lyckan Lundæ, olim, jam evanuit.

Erigeron canadense *Hartm. flor. p.* 315. cum saburra navium adportatum Gevaliæ, Stockholmiæ.

Senecio sarracenicus *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 15. ad Dylta Vestmanniæ videtur maxima Solid. Virgaurea fuisse, sed verus Stockholmiæ ad Trångsund: *Hartman flor. p.* 317.

Anthemis maritima *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 198. dubia.
Calendula officinalis *Linn. svec. n.* 777. *Retz. scand.* 2. *p.* 199. (arvensis) ex hortis dispersa.
Centaurea nigra *Retz. scand. ed* 2. *p.* 199. Dalecarliæ valde dubia.
Orchis pallens *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 204. specie valde dubia.
Serapias lancifolia *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 208. Epip. pallens *Sv. Bot. t.* 465. nunquam in Svecia lecta.
Aristolochia Clematitis *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 208. *Linn. nov. in faun. svec. p.* 558. *Sv. Bot. t.* 377. ex hortis repens.
Carex Wormschöldiana *Hartman Vet. Ac. H.* 1818. *p.* 139. 160 mascula tantum, an satis certe a C. alpina monstrosa distincta?
Carex Schreberi *Aspegren blek. p.* 66. ad sinum Pukavik Blekingiæ non procul a Norje. A me non visa.
Carex leptostachys *Retz. diss. fl. scand. suppl. p.* 14. erronea.
Amarantus Blitum *Linn. svec. n.* 865. *Leche scan. p.* 18. *n.* 75. *Fries halland. p.* 143. *Hartman flor. p.* 117. Lundæ in Scania ex hortis ejicitur; etiam Stockholmiæ in Kungsholmen inter olera. Conf. *Introd. p.* VIII.
Ceratophyllum submersum *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 225. vix ac ne vix a *C. demerso* discrepans.
Salix cæsia *Fries nov. p.* 59. Smolandiæ; insufficienter nota mihi videtur.
Atriplex hortensis *Montin Vet. Ac. H.* 1766. *p.* 246. *Fries halland. p.* 49. ex hortis dispersa.
Asplenium Adiantum nigrum *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 249. *Vet. Ac. H.* 1769. *p.* 248. in sylvis Scaniæ maxime australis inter Dybeck et Efverlöf; sed per semisæculum non iterum repertum.
Equisetum Telmateja *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 247. *oec. p.* 233. (*Leche scan. p.* 20. *n.* 84. *Vet. Ac. H.* 1744. *p.* 284?) valde dubium.
Targionia hypophylla *Zetterstedt res.* 2. *p.* 132. ut fructu carens omnino dubia.

SVENSKT NAMN-REGISTER.

sp. species numer. g. genus numer.

INDEX

NOMINUM GENERICORUM

g. generum numerus. — sp. species synonymicæ cum nom. trivialibus præcipuis. — p. pagina in Addend. et Introduct.

Nomina *italica* (*cursiva*) pure synonymica vel trivialia sunt.

Nomina et paginæ plantarum adventitiarum etc. parenthesi includuntur.